# SPECIMEN IURIS ECCLESIASTICI APUD GALLOS USU RECEPTI, QUO...


Jean Doujat, Jean Frosne

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 K
37 M
VII 2
13-19. a. 26.

e. X. 117.

60


SPECIMEN IVRIS ECCLESIASTICI APVD GALLOS VSV RECEPTI
I. Frosne Fecit
PARISIIS
APVD ÆGIDIVM ALLIOT

# SPECIMEN IVRIS ECCLESIASTICI APVD GALLOS USU RECEPTI,

QVO

PRAGMATICÆ SANCTIONES,
CONCORDATA,
INDULTORUM GENERA VARIA,
LEGATORUM
PONTIFICIORVM MANDATA,
eorumque modus,

*Summa Iuris Regaliæ, cæterorumque Iurium Regiorum; Notitia Epiſcopatuum, & Abbatiarum Galliæ, aliaque continentur, quorum Index proximâ poſt Epiſtolam nuncupatoriam paginâ ſubjectus habetur.*

Cum Præfatione, quæ horum omnium Hiſtoricam enucleationem complectitur,

*Operâ* IOANNIS DOVJAT, *Advocati, atque Anteceſſoris Pariſienſis, & Regij Sacrorum Canonum Profeſſoris.*

PARISIIS,
Apud ÆGIDIVM ALLIOT, Bibliopolam Iuratum, viâ Iacobæa, ſub ſigno S. Norberti.

M. DC. LXXI.

*Cum Privilegio Regis.*

# REGI.

SVmma duo ſunt dona, Rex Chriſtianiſſime, *quæ humano generi largitus eſt Deus: Sacerdotium, & Imperium. Hoc ad temporariæ atque mortalis, illud ad æternæ vitæ procurandam felicitatem comparatum. Vtraque poteſtas ab eodem orta principio, ac diverſum magis quàm diſpar miniſterium ad publicam exercens utilitatem, mutuo alterius auxilio indiget. Sanè ut Pontificibus honorificum eſt hinc doctrinâ Fidei, Sanctiſque monitis, inde omni Sacrificiorum & cæremoniarum religione, cœlum inter & Principem populumque arbitros quodammodò agere: ſic inter Imperantis officia nihil, meo quidem judicio, majus eſt*

*atque auguſtius, quàm Sacerdotij ſancti-tatem maieſtate Imperij munire atque fovere.*

*Sed quod in cæteris Principibus officium, in ſingulis Francorum Regibus jus ac dignitas; id in te* Rex Chriſtianiſſime, *ingenita virtus eſt, ac propè natura. Te quippe non modò naſcendi jure primum inter Eccleſiæ filios cuncti agnoſcunt: verùm temet ipſe, propriâ quadam propenſione, ejus tam religiosè ubique ſtudioſum exhibes: nihil ut tibi, ipſius pace, dignitate, incremento antiquius, nihil ſanctius eſſe appareat; Tuque ad ejus aſſerenda, firmandaque commoda tuopte natus ingenio ac divinâ providentiâ deſtinatus potiùs, quàm alieno exemplo ductuve factus videare. Itaque cum indefeſſis laboribus omnes Regis eximii partes cumulatiſſimè impleas: reliquas tamen ſollicitudines tuas huic uni cedere, omnes ad verum divini numinis cultum propagandum referri nemo non videt. Sic etſi omnium confeſſione cum Carolis, Magni, Sapientis, Fortunati; cum ſu-*

*perioribus Ludouicis, Pii, Iuſtique; cum Philippis, Auguſti, Audacis, Pulchri etiam, cognomina tibi unus vindicare meritò poſſes: communem tamen Chriſtianiſsimi titulum cæteris anteponere videris, ut per ſingularem Chriſtianæ totius rei curam, præcipuo jure facias tuum.*

*Qua enim de cauſa bella, tum ante regimen tuum inchoata, tum poſteà ex regii muneris neceſsitate ſuſcepta, tam facilè, tam æquis hoſti Catholico, iniquis Tibi, conditionibus finiſti*, Rex invictiſſime? *Cur armorum tuorum felicitati, cum omnia fauerent, ſolus poſuiſti modum? Cur victoriæ tuæ frænos ultro injeciſti, & ſponte remiſſo jure tuo, victi propemodum perſonam victor induere voluiſti: niſi ut orbis Chriſtiani conſtitutâ quiete, Eccleſia, Religioque Catholica in tuto collocaretur, priſtinumque ſplendorem reciperet. Quæ Majeſtatem Tuam ratio impulit, vt Germanis in Pannonia laborantibus, ut periclitantibus in Creta inſula Jtalis, cum diſcrimini propiores ceſſa-*

*rent, adverſus arma Othomanicæ opem ferret, nec alieno ac procul poſito periculo copias ſumptuſque immenſos dubitaret impendere: niſi ut barbarorum impetu fortiter retuſo, belli ſucceſſu tumentibus optabilem efficeret pacem, quam Chriſtiano populo neceſſariam eſſe conſtabat? Cur deinde ad rem Nauticam Gallicæ potentiæ hactenus neglectam, animum tantâ adjeciſti contentione, ut paucos intra annos ſterni audiamus armatis navigiis tuis omnes interni externiq; maris ſinus? nimirum ut infractis piratarum præſertim Afrorum viribus, per quos tot in dies Chriſtianorum capita in miſerandam corporis animæque ſervitutem abripiebantur; liberè poſthac per cujuſque generis mercium utilem cunctis gentibus commutationem, pretioſioris mercis, veræ nempe Fidei, negotiatio exerceatur; & cum fragilis vitæ commodis, longinquas in terras, per Gallos præcones, melioris vitæ, ac ſalutis æternæ ſemina commeent. Quid memorem intra Galliam tuam, ſummo rei Eccleſiaſticæ bono, heterodoxis, per ite-*

*rata edicta, ſine vi tamen, ac ſalvâ edictorum priorum indulgentia & fide, ereptam nocendi, creſcendique licentiam? Quid ipſorum orthodoxorum Theologorum periculoſas, & niſi cohiberentur, in Religionis perniciem erupturas diſſenſiones incredibili curâ ſapientiaque compreſſas? Quid pari judicio delectos, quà licet, præſtantiſſimos & moribus & eruditione viros, qui Sacris præficiantur, ac verbo ſimul & exemplo populum doceant? Quid denique, optimorum cujuſque ætatis Principum more, novis conſtitutionibus inſtauratum referam priſcorum Canonum uſum, & cum Eccleſiæ juribus, Regni compoſita jura; ut ſacræ profanæque Iuriſdictioni conſtet dignitas ſua, ſui cuique limites ſerventur?*

*Quæ omnia, cum Majeſtatis tuæ enixum rerum divinarum & Eccleſiaſticarum ſtudium evidentiſſimis argumentis oſtendant: eá ego maximè fiduciâ adductus ſum*, auguſtiſſime Rex, *ut hanc* Iuris Eccleſiaſtici apud nos uſu recepti *Collectionem, aut veriùs Collectionis*

Specimen, *conſecrari ſub nomine auſpiciiſque tuæ Majeſtatis ambirem. Ejuſmodi ambitioni vix erit, opinor, qui ſuccenſeat, ſi modò, auerſis à tenuitate mea, & operis forma, oculis, rem ipſam per ſe intueatur, ac vero æſtimet pretiò.*

*Non ſum equidē neſcius majeſtati, ſapientiæ, limatiſſimoque Iudicio* LVDOVICI XIV. *cujus vel ipſum nomen pro eximia laude, virtutes laudibus longè majores, ſingula dicta factaque ſupra fidem ſint; nihil eſſe offerendum niſi quod fuerit caſtigatiſſimum. Verùm eumdem novi Regem eſſe Chriſtianiſſimum, tantique nominis, niſi heres dignisſimus extitiſſet, propriis in Chriſti religionem meritis auctorem futurum; eumdem Iuſtitiæ tenaciſſimum, eóque Legum Canonumque acerrimum vindicem; Fidei atque Eccleſiæ perpetuum, invictisſimumque Defenſorem. Quis igitur eo indigna dixerit Eccleſiæ Regnique Iura, quæ præcipuis curis tuenda ſuſcepit: quis probata jamdiu inſtituta, quibus ſacra diſciplina, & per eam ſalus populorum con-*

*tinetur, ab eo rejici poſſe putaverit?*

*Hæ mihi cauſæ fuerunt* Rex maxime, *cur ſperare auſus ſim, fore ut pro tua erga omnes aliquid in litteris artibuſque egregiis conantes clementia & liberalitate, hoc qualecunque Specimen benignè ſuſcipere non dedignareris. Id ego à Te, à divino nomine hoc unum peto, ut Publico bono Majeſtatem tuam; cumque optima Regina, utriuſque mixtam imaginem Sereniſſimum* Delphinum, *Francorum poſt Te, ac per Te, ſpem atque delicias; Regiamque domum omnem, in dies feliciter auctam, ventura in ſæcula ſalvam atque incolumem præſtet.*

Sacræ Majeſtati tuæ,

*Lutetiæ Pariſior.*
*Prid. Id. Septembr.*
*an.* 1670.

Devotiſſimus J. DOUJAT.

*INDEX TITVLORVM ET Capitum quæ hoc volumine continentur.*

PRÆFATIO.

*Quâ eorum quæ in hac Collectione continentur, origine indicatâ, ad jus Eccleſiaſticum Gallicanum via Tironibus aperitur.* pag. 1

*PRÆFATIONIS CAPITA.*

CAPUT. I. DE jure Sacro Gallicano in genere. 2

CAP. II. De Epiſcoporum atque Abbatum Electione, ac priſca Beneficiorum Collatione. 5

CAP. III. De Pragmatica Sancti Ludovici Sanctione. 20

CAP. IV. De Caroli VII. Pragmatica Sanctione Bituricenſi. 26

CAP. V. De Concordatis ſeu Conventis Franciſci I. cum Leone X. 28

CAP. VI De Concordatis Germanicis, 41

CAP. VII De Indultis in genere. 42

CAP. VIII. De Indultis Regiæ Nominationis ad majora Beneficia, quæ Concordatis non comprehenſa dicuntur; de Brevibus de non Vacando in Curias deque Monaſteriis à lege Nominationis immunibus. 43

CAP IX De Indultis Nominationis Regiæ ad vacatura Beneficia in gratiam D. D. Cancellarij, & Senatorum Pariſienſium. 53

CAP. X. De Indultis Cardinalium, iiſque quæ aliis, eorum exemplo, conceduntur. 55

CAP. XI. De Collationibus Beneficiorum in Britannia & Provincia. 58

CAP. XII. De Legatorum Pontificiorum in Gallia poteſtate. 60
CAP. XIII. De Avenionenſi Legatione. 61
CAP. XIV. De Regalia aliiſque juribus Regiis, circa res Eccleſiaſticas. 63

*In Segmento I.*

PRAGMATICA SANCTIO D. LUDOVICI. pag. 1
PRAGMATICA SANCTIO CAROLO VII. pag. 5
*Proœmium.* pag 5
TIT. I. *De autoritate & poteſtate ſacrorum generalium Conciliorum*, temporibuſque & modis ea convocandi & celebrandi.
CAP. I. Seu Decretum Concilij Conſtienſis. 13
CAP. II. De autoritate ſanctæ Synodi Baſilienſis. 15
Canon. I Concilium generale repræſentat Eccleſiam militantem & Chriſtum. 16
Can. II. Concilio generali non obedientes pœnæ ſubjiciuntur. 17
De loco tempore & firmitate Concilii. *ibid.*
TIT. II. *De Electionib.* *ibid.*
De ſolemnitatibus in Epiſcopi vel Abbatis Electione obſervandis. 20
De qualitatibus in eligendo requirendis. 21
De ambitione reſecanda. *ibid.*
De Electionibus Confirmandis. 22
TIT. III. *De Reſervationibus ſublatis.* 26
TIT. IV. *De Collationibus.* 27
De Gratiis Expectativis ſublatis. 28

De Reſervationibus particularibus ſublatis. 30
Reſervationes legitimæ. 30
Præventio Papæ in Reſervationibus. *ibid.*
De Collationibus Graduatis & Litteratis faciendis. 31
De Decreto irrante. *ibid.*
De tẽpore hujus Cõſtitutionis obſervandæ. 32
Cap. II. *aliàs* §. 8.
De Graduatis & eorum qualitate. 33
Qui dicantur Graduati, & eorum ordo. *ibid.*
De Gradu, Tempore Studij, & Nobilitate Collatoribus notificanda. 34
De Theologis præferendis. *ibid.*
Vt Graduum ordo, in Beneficiis electivis ſervetur. *ib.*
De Repletione Graduatorum. *ib.*
De villis Muratis. 35
De nomine Graduatorum quolibet anno, tẽpore Quadrageſimæ, Collatoribus exhibẽdo. 35
Decretum irritans. 36
Regularia regularibus, ſecularia ſecularibus conferantur. 36
De jure quæſito per Gratias expectativas non tollendo. 37
Contra de cætero Gratias expectativas obtinentes. *ibid.*
De Præventionibus. 38
De Graduatis & de turno. *ibid.*
De Graduatis ab Vniverſitatibus nominandis & eorum Prælatione. 39
De Gradu & numero Beneficiorum in litteris Nominationum exprimendis. 40
De Turno. *ibid.*

De ad Gradum promotione. 40
De Mandatis Apoſtolicis. 41
De Collationibus Eugenio IV. Papæ reſervatis. *ibid.*
De Canonicis ad effectum à Papa creandis. 42
TIT. V. *De Cauſis.* 43
De Evocatione Cauſarum ad Romanam Curiam. 44
De Cauſis in partibus tractandis. *ibid.*
De Appellationibus. 45
De Sententia interlocutoria. *ibid.*
De Appellatione ad Papam in partibus tractanda, Decretum irritans. 46
Exceptio. *ibid.*
De Cauſis Concilio reſervatis. *ib.*
Acceptatio & modificatio hujus Decreti. 47
TIT. VI. *De frivolis Appellationibus.* 50
TIT. VII. *De Pacificis Poſſeſſoribus.* 51
TIT. VIII. *De numero & qualitate Cardinalium.* 52
TIT. IX. *De Annatis.* 54
TIT. X. *Quomodo Divinum Officium ſit celebrandum.* 58
TIT. XI. *Quo tempore quiſque debeat eſſe in Choro.* 60
TIT. XII. *Qualiter Horæ Canonicæ ſunt dicendæ extra Chorum.* 61
TIT. XIII. *De his qui tempore Divinorum Officiorum vagantur per Eccleſiam.* 62
TIT. XIV. *De Tabulâ pendente in Choro.* 63
TIT. XV. *De his qui in Miſſa non complent Credo, vel cantant Cantilenas, vel nimis baſſè Miſſam legant, aut ſine Miniſtro.* 63

TIT. XVI. *aliàs* XIV. *De Pignorantibus cultum divinum.* 64
TIT. XVII. *De tenentibus Capitula tempore Miſſæ.* 65
TIT. XVIII. *De Spectaculis in Eccleſia non faciendis.* 65
TIT. XIX. *De Concubinariis.* 66
TIT. XX. *De Excõmunicatis non vitandis.* 70
TIT. XXI. *De Interdictis indifferenter non ponendis.* 71
TIT. XXII. *De ſublatione Clementinæ Litteris, quæ eſt in Tit. de Probat.* 72
TIT. XXIII. *De Concluſione Eccleſiæ Gallicanæ.* 72

CONCORDATA FRANCISCI I. CUM LEONE X.

*Procemium.* pag 67
Approbatio Concordatorum per Concilium generale Lateranenſe. 81
TIT. I. *De Conſtitutionibus.* 82
TIT. II. *De Electionis & poſtulationis derogatione.* 86
TIT. III. *De Regia ad Prælaturas Nominatione facienda.* 87
De Monaſteriis purè Electivis. 89
De ſingulorum privilegiis, & quod in ſcriptis tantùm probari debent. 90
TIT. IV. *De Reſervationibus ſublatis.* 91
De Canonicis ad effectum creandis. 91
TIT. V. *De Collationibus.* 92
De Graduatis, Nominatis & ſimplicibus. *ibid.*
Decretũ irritans in favorem Graduatorũ 94
De Tempore ſtudij. *ibid.*

De Prima inſinuatione & exhibitione littera-rum. 95
De Probatione Nobilitatis. 95
De Inſinuatione & exhibitione litterarum tempore Quadrageſimali. *ibid.*
De duobus menſibus gratificationis. 96
De Beneficiis exprimendis. De Repletione. De Regula *Regula Regularia.* & de generibus vacationum quæ ad Graduatos non pertinent. 97
De Eccleſiis Parochialibus in villis Muratis. 99
De Vniverſitatum Nominationibus. *ibid.*
De Patronis à Graduatis non moleſtandis. *ibi.*
Tit. VI. *De Mandatis Apoſtolicis.* 100
Tit. VII. *Forma Mandati Apoſtolici.* 102
Tit VIII. *Forma Litterarum executorialium Mandati Apoſtolici.* 106
Tit. IX. *De Mandatis Apoſtolicis pro Regularibus.* 108
Tit. X. *De Cauſis.* 108
Tit. XI. *De frivolis Appellationibus.* *ibid.*
De Exemptorum Appellationibus. 109
Vt intra biennium lis Beneficialis terminetur. 110
A ſecunda interlocutoria, & tertia definitiva, non provocetur. *ibid.*
Tit. XII. *De pacificis Poſſeſſoribus.* *ibid.*
Tit. XIII. *De publicis Concubinariis.* 111
Tit. XIV. *De Excõmunicatis non vitandis.* 114
Tit. XV. *De Interdictis non leviter ponendis.* 115
Tit. XVI. *De ſublatione Clementina Litteris.* 116

Tit. XVII. *De perpetua ſtabilitate Concordatorum.* 117
Tit. XVIII. *Concluſio Concilij generalis Lateranenſis.* pag. 120
Tit. XIX. *Litteræ patentes Regiæ pro acceptatione & confirmatione Concordatorum.* 123
Arreſtum verificationis Parlamenti. 124
Tit. XX. *De prorogatione temporis ad recipiendum & approbandum Concordata, tam à Prælatis regni, quàm ab aliis perſonis, & ad verum valorem Beneficiorum exprimendum.* 125
Papa ad Regis poſtulationem prorogat ſex menſes datos ad approbandum Concordata, ad annum à data præſentium computandum. 126
Altera prorogatio petitur ad annum à fine alterius computandum, eo quod propter varias occupationes non fuit concordatum approbatum & receptum à Regnicolis. 125
Conceditur ſecundus annus à fine primi computandus ad hoc, ut concordata recipiantur & obſerventur à Regnicolis. 129
Tit. XXI *De Annatis.* 131
Tit. XXII *De Regiſtratione Concordatorum in Curiis facienda.* 134
Tit. XXIII. *De Regia facultate primum Menſem Graduatis debitum nominandi.* 135
Tit. XXIV. *De pœna temperè venientium contra hujuſmodi Concordata.* 159
Tit XXV. *De protectione Concordatorum Franciæ Regibus conceſſa.* 140

CONCORDATA GERMANICA inter Legatum ſedis Apoſtolicæ & Imperatorem Fredericum III. Approbata per Nicolaum V. Pontificem, anno 1447. pag. 143
Declaratio Gregorij XIII ſuper Concordatis Germaniæ. 156

## In Segmento II.

I. INDULTA NOMINATIONIS D. Cancellario, Præſidibus & Conſiliariis PARLAMENTI PARISIENSIS conceſſa. 1
Paulina ſive Bulla Pauli III. pag 1
Indultum SS D. Clementis Papæ IX in gratiam D D Cancellarij, Præſidentium & aliorum Officialium ſupremæ Curiæ Parlamenti Pariſienſis. 3
II. INDULTA CARDINALIUM ad liberam Beneficiorum collationem. 12
Indultum Ioannis Cardinalis Lotharingi 1530 ibid.
Ampliatio Indulti Hypolyto Cardinali Ferrarienſi à Paulo IV conceſſa anno 1555. 19
Indultum ampliationis ſeu liberioris Collationis Armando Ioanni Cardinali Richelio conceſſum ab Vrbano P. 8. ann. 1629. 23
Bulla S. D N. Clementis Papæ IX. qua continetur Indultum Beneficiorum liberè conferendorum ad inſtar Cardinalium, Ser. Pr. Ioan. Caſimiro Regi Poloniæ, &c. conceſſum, 29
III. INDULTA REGIÆ NOMINATIONIS ad Epiſcopatus, Abbatias, & reliqua Beneficia Conſiſtorialia Britanniæ, Provinciis

*aliarumque ditionum Francicarum.* 54
Indultum Franciſco I. à Leone X conceſſum circa Britanniæ & Provinciæ Beneficia. 34
Indultum ab Alexandro VII Ludovico XIV. Regi conceſſum pro Nominatione ad Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem ac Virdunemſem, 11. Decembris 1664. pag 265
Bulla Clementis IX, continens Indultum perpetuum Nominationis ad Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem & Virdunenſem, ac Monaſteria in iis ſita, Ludovico XIV. Regi Chriſtianiſſimo ejuſque ſucceſſoribus conceſſum 21 Mart. 1668 38
Lettre d'attache ſur les Indults des Papes Alexandre VII. & Clement IX. pour la nomination aux Eveſchés de Mets, Toul, & Verdun. 270
Indultum Nominationis ad Epiſcopatum Elnenſem & Beneficia in eo ſita 44
Bulla ejuſdem Clementis IX Nominationis ad Epiſcopatum Atrebatenſem, ejuſque Beneficia 9. April. 1668. 48
Indultum Papę Clementis IX. conceſſum Regi ejuſque ſucceſſoribus pro Nominatione ad Epiſcopatum Tornacenſem 282
Indultum Papæ Clementis IX. Regi conceſſum pro Nominatione ad Conſiſtorialia per Belgium Beneficia, 9. April. 1668. 272
Indultum aliud Clementis IX. quo Regi conceditur Nominatio ad alia Beneficia Belgij Franciciæ ditioni ſubjecti. 27 Aug. 1668. *ibid.*
IV. *Breve ejuſdem D. Clementis IX. Papa de non vacando in Curia ad Chriſtianiſſimum*

*Regem Ludovicum XIV. pro Abbatiis Em. Franciſci Mariæ Cardinalis Mancini.* 52
V *Littera Regia Henrici II. circa Pontificiam Collationem Beneficiorum in Ducatu Britanniæ & Comitatu Provinciæ.* 54
Formula acceptandæ ab Epiſcopis Britannicis alternativæ cum Pontifice Collationis. 130
Relatio in acta ejuſdem acceptationis. 132
VI. MANDATA LEGATIONUM PONTIFICIARIUM, *moduſque ex uſu Galliæ ipſis impoſitus.*
Facultates Legationis conceſſæ Domino Hieronymo Card. Sancti Georgij in velo aureo in Regno Franciæ à Latere Legato. 59
Breve Pontificium ad Legatum. 82
Summarium eorum quæ in præcedentibus Facultatis litteris continentur. 84
Senatus Pariſienſis decretum circa Mandata Legationis Hier. Card. S. Georgij data. 90
Regiſtra & ſigillum Legationis delegatis à Curia Senatoribus tradenda. 97
Formula juramenti præſtiti à F. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presb. Card. Mauroceno, Henrico III. Francorum Regi Chriſtianiſſimo 1576. 99
Bulla Legationis Em Flavij Card. Chiſij. anno 1664. 100
Senatus decretum circa Mandata ſive Facultates Em. Fl. Card Chiſij à Latere Legati. 121
VII. *Mandata ſive Facultates* Em. Iacobo Cardinali Roſpillioſo *Legato Avenionenſi conceſſa* à Clemente IX. 126

VIII. IURIS REGALIÆ *brevis Notitia.*
Regaliorum privilegia & jura, ex D. Arnulfi Ruzei tractatu ſummatim excerpta. 133
Summa quæſtionum LXIII. circa jus Regaliæ per Phil. Probum editarum privilegiiſque dicti juris Regaliæ pro illius ampliori elucidatione adjunctarum. 138
Senatus Pariſienſis Decretum de jure Regaliæ in omnibus regni Eccleſiis Regi competente anno 1608. 143
Conſtitutio Henrici IV. quâ Superioris Senatus conſulti executio ſuſpenditur, anno 1609. 144
Privati ſive Supremi Regis Conſilij Decretum eodem pertinens an. 1638, 145
Aliud ejuſdem Conſilij Decretũ,an.1653. 147
Aliud ejuſdem Conſilij Decretũ,an.1645. 149
Aliud ejuſdem Conſilij Decretũ, an. 1661. 151
Editum Ludovici XIII. quo fructus Epiſcopatuum vacantium, Regi jure Regaliæ debiti, ac Theſaurario & Canonicis S. Sacelli Pariſienſis anteà ceſſi, in fiſcum revocantur, ſucceſſoribus à Rege concedendi; attributâ Theſaurario & Canonicis prædictis Abbatia S. Nicaſij Rhemenſis, an. 1642. 153
Aliud Ludovici XIV. edictum eadem de re, an. 1644. 156
IX. REGUM *ac Regni* FRANCORUM *præcipua jura* ex Caroli de Graſſalio regalium Franciæ libris duobus ſummatim excerpta, & cum tractatu Ioannis Feraldi de privilegiis Regni Franciæ collata. 161

# PRÆFATIO.

*Quâ eorum quæ in hac Collectione continentur, origine indicatâ, ad jus Eccleſiaſticum Gallicanum via Tironibus aperitur.*

CVm Bibliopola novam geminæ Pragmaticæ Sanctionis, & Concordatorum, itemque Polyptychi, ſiue Indicis Gallicorum Epiſcopatuum & Abbatiarum editionem inchoaſſet; mecum agere cœpit, vt ſi quid eius generis mihi occurreret, quo Lectoris, circa Ius Eccleſiaſticum apud nos vſu receptum, ſtudia juuari poſſe viderentur, id adjicere ne gravaret. Ego qui nullam, ſiue adornanda juridicæ huius, vt ita dicam, ſpartæ; ſiue de Canonum, legumque ſtudioſa juuente benè merendi occaſionem mihi prætermittendam puto, ejuſmodi precibus annui non illibenter; & non pœnitendâ, ni fallor, acceſſione, ſuſceptam ab eo editionem locupletaui: vt vel ex Indice operi præfixo, facilè æſtimare quiſque poterit.

Sed ne Collectoris tantùm partibus fungi videar, operæ pretium me facturum exiſtimaui, ſi ex Manuductionis ad forum Gallicum opuſculo à me pridem exarato, ea decerperem quæ ad hanc rem facere viderentur.

# DE IVRE SACRO Gallicano in genere.

## CAPVT I.

1. *Quavis Natio, Provincia, Ciuitas, vniuerſitas, præter ius Commune, aliquid proprii iuris habere poteſt.*

VT in ciuili foro & rebus profanis, hodiè partim ex Romanis, per vniverſam ferè Europam velut communi iure receptis vbique, legibus, partim ex conſtitutionibus Principum, & ciuitatum moribus, negotia deciduntur: ſic in foro Epiſcopali, & Eccleſiaſticis cauſis, Nationes, Provinciæ, Epiſcopatus, Collegia, præter commune Canonum jus, proprijs quæque inſtitutis reguntur. Cum enim duo ſint circa quæ Ius Canonicum & Eccleſiaſtica ſcientia verſatur, res fidei, Morumque diſciplina: alia longè ratio eſt dogmatum fidei, in quibus, cum ea vna & omninò immutabilis ſit, Orientem cum Occidente, omnes denique fideles convenire neceſſe eſt: alia Canonum ſeu regularum quibus diſciplina & ritus continentur. Hæc quippè ſine Chriſtianæ vnionis diſpendio, *per loca terrarum regioneſque variantur.* Ita vt *totum hoc genus liberas habeat obſervationes*, quemadmodum D. Aug. loquitur in *can. illa autem, ij diſt.* 12. Quare D. Gregorius in *can nos conſuetudinem*, 8. *ead. diſt. Conſuetudinem, quæ contra fidem Catholicam nihil uſurpare dignoſcitur, immotam permanere* concedit. Idem Eccleſiæ Doctor & Pontifex, Auguſtino Anglorum Epiſcopo reſcribens in *can. nouit.* 10. *ead. quoque diſt*, teſtatur ſibi placere, vt *ſiue in Roma-*

*na, ſiue in Gallicana, ſiue in qualibet Eccleſia, aliquid inueneris, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicitè eligas:* & Leo. IX. in can. 3. ibidem, ad Michaëlem Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſic ſcribit: *ſcit ſancta Romana Eccleſia quòd nihil obſunt ſaluti Credentium diverſæ pro loco & tempore Conſuetudines, ſi illis Canonica non obſiſtat autoritas.*

Et ſanè in in jure noſtro non pauca occurrunt, quæ vniverſa Eccleſia ab inſtitutis Eccleſiæ Gallicanæ mutuata eſt, quam *majorum perſonarum ſcientiâ, & honeſtate præfulgere* teſtatus eſt Alexander III. *cap. quanto,3. in parte deciſa,ex. de Magiſtris.* In his duo ſunt imprimis notatu digna, Præbendæ nimirum per vnamquamque Eccleſiam Magiſtris humaniorum ſacrarumque literarum aſſignandæ, & Matrimonij publicè in parœciis denunciandi vſus. II. *Quædam ex vſu Eccleſiæ Gallicæ deprompta, & in Eccleſiæ vniuerſæ vſum tranſlata ſunt.*

Etenim cum Carolus Magnus Scholas divinæ & humanæ literaturæ per ſingula Epiſcopia & Monaſteria inſtitui juſſiſſet, quemadmodum ex eius *Epiſtola generali* conſtat, cujus exemplum Baugulfo Abbati Fuldenſi inſcriptum, à Iac. Sirmondo editum eſt, *Tomo* 2. *Conciliorum Galliæ ſub an.*788. & ex *Capitulari Aquiſgranenſi anni* 789.*cap.* 72. Ea conſtitutio tum *Cabilonenſis* 2. *Concilij an,* 813. habiti *cap.*4. tùm à Ludouico Pio apud Attiniacum an. 822. & Capitularis ſequenti anno Miſſis dominicis dati *cap* 15. confirmata eſt, ac Conciliorum *Meldenſis* an. 845. *cap.* 35. *Valentiui* 3. an. 855. *cap.* 18. & quadriennio poſt *Lingonenſis cap.* 10. renouata. Hunc vſum per Italiam ſeruari præcepere in Synodo Romana Eugenius 2. & Leo 4. vt patet ex *can de quibuſdam* 12. *diſt.* 37. Cum deinde vt ea III. *Vt Magiſtris aſſignanda Præbenda vſus.*

res faciliùs exitum ſortiretur, Epiſcopi per omnes ferè Eccleſias maiores Gallicanas, Præbendam ſeu beneficium aliquod ad ſuſtentationem eius qui ſcholas regeret, aſſignaſſent, teſte Alexandro 3. in Epiſtola ad Bellouacenſem Epiſcopum ſcripta, quæ refertur *cap. vn. de Magiſtris in 2. compilat.* Eiuſmodi ſalutare inſtitutum decretis ſuis partim ſequutæ ſunt, & vbique recipi ſanxerunt, partim amplificarunt generales ſynodi Lateranenſis 3. & 4. quarum Canones habentur *cap. 1. & cap. quia nonnullis, 4. ex. de Magiſtr.* quod & Tridentina Synodus renouauit, *ſeſſ. 5. in decreto de Reformat.*

IV. *Itemque Matrimonium contrahentium nomina in Eccleſia Denunciandi Mos*

Ab Eccleſia quoque Gallicana fluxiſſe conſuetudinem Edicta publicè in Eccleſiis proponendi, vt Matrimonium contrahere volentium nomina Bannis, ſeu denunciationibus per Presbyteros populo innoteſcerent, & ſic furtiuis & illicitis coniunctionibus occurreretur, palàm prædicat Innocentius III. in *cap. cum in tua, de ſponſalib. & matrimonijs in 4. Compilat.* Idem verò ſpecialem hanc quorumdam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogauit in Conc. 4. Lateranenſi generali, cujus exſtat Decretum in *cap. cum inhibitio 3. ex. de clandeſt. deſponſ.* quod à Tridentini poſteà Concilij patribus iterum cautum *Seſſ. 24. decreti de reformat. matrim. cap. 1.* Raimundus Barcinonenſis, cuius operâ in ſua Decretalium collectione ex quinque maximè antiquis concinnandâ vſus eſt Gregorius IX. licet decretalem illam Innocentij III. *cum in tua*, ſub tit. *de ſponſalib. cap. 17.* inſeruerit, illa tamen verba *ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ* omiſit: cuius & laudes ex antè citato *cap. quantò, ex de magiſtris* expunxit: ac in eodem

titulo decretalem Alexandri III. ad Rhemenſem Archiepiſc. in qua deputandi Magiſtro Beneficij mos per Gallicanas Eccleſias inoleuiſſe memoratur, omninò prætérijt. Quod quidem ab homine Hiſpano ex minùs benè affecto in Gallicum nomen animo profectum ſuſpicari liceret, niſi viri religioſi, aliundè cognita ſanctitas, id breuitatis potiùs ſtudio adſcribere cogeret.

Quod igitur Clerus Gallicus in multis ad iuriſdiſdictionem, atque ad diſciplinam pertinentibus ſingulari iure vtitur: id nec vitio verti à quoquam, nec cuiquam mirum videri debet: præſertim cum pleraque iuris noſtri (vt breui Deo dante ſingulari opuſculo me demonſtraturum ſpero) ex communibus priſcorum Canonum fontibus deriuata ſint. Horum quidem obſeruationi maiores noſtri paulò arctiùs quàm finitimæ nationes inhæſerunt. At eadem illis conceſſa facultas erat: quam ſi qui, nonnullis in rebus ſibi præripi paſſi ſunt; nihil eſt quò iam nunc de nobis querantur, aut verò nobis inuideant. Præcipua iuris huius capita ſubjecti articuli breuiter explicabuntur.

*V. Non igitur clero Gallico vitio vertendum aut invidendum, quòd in nonnullis ſpeciali iure vtatur.*

*DE EPISCOPORVM ATQVE Abbatum Electione, ac priſca Beneficiorum Collatione, cap. II.*

EPiſcoporum Electio, primis Chriſtianæ religionis ſeculis iuxta exemplum ab Apoſtolis in eligendo B. Matthia, atque in Diaconis conſtituendis traditum, à toto Fidelium vnaquaque in Eccleſia cœtu fiebat

*I. Omnes initio Fideles Electionum Epiſcopalium participes.*

donec in Oriente ablata eſt turbis, id eſt plebi, facultas priſtina futuros ſacerdotes eligendi, *Laodicenæ Synodi can.* 13. In Occidente tamen diu poſt ea tempora, ad nonum vſque, decimumue ſeculum, vniuerſa Plebs, aut certè eius loco Honorati, id eſt Magiſtratus, & qui honoribus functi erant, in Epiſcoporum Electionem ſe aliquatenus interpoſuere: ita vt autore Metropolitano, præſentibus Epiſcopis comprouincialibus, Clerici non ſine ciuium conſenſu eam celebraſſe videantur. Idque non ſolùm ex eo probari poteſt quod de D. Ambroſij Electione à Theodoreto narratur *lib.* 4. *hiſt. Eccleſ. cap.* 5. *&* 6. Sed ex Romanorum Pontificum Leonis 1. Gelaſij, Pelagij, Gregorij, Nicolai, aliorumque epiſtolis colligitur *relatis in can.* 10. *& ſeqq. ad* 19. *& can.* 27 *diſt.* 63. Eum verò vſum in Gallia noſtra obtinuiſſe demonſtrant, quæ de Electione s. Hilarij Pictauenſis, s. Martini Turonenſis, s. Germani Autiſſiodorenſis, s. Remigij Rhemenſis, Simplicij Bituricenſis, Cæſarij Arelatenſis & aliorum apud Fortunatum, Sulpitium Seuerum, Hincmarum, Sidonium & Gregorium Turonenſem leguntur.

*II. Deinde Principes in his Electionibus partes ſuas interpoſuerunt.*

Principes initio non niſi tanquàm populi capita Electionibus interfuiſſe credibile eſt. Etenim Valentinianus junior Auxentio Mediolanenſi ſucceſſorem inuitantibus licèt Prouinciæ Epiſcopis, nominare recuſauit, vti ex Eccleſiaſtica hiſtoria refertur in *can.* 5. *ante laudata diſt.* 63.

At poſtquàm in Gallia vicinisque regionibus, valuit, pulſis Romanis, potentia Regum: hi cum ob præſulum apud populum autoritatem, ſuâ intereſſe putarent

non alienos à partibus rebuſque ſuis Antiſtites ciuitatibus præfici, eos non niſi arbitratu aut conſenſu ſuo eligi à Clero & populo permittebant; nec niſi probatos ſibi à Metropolitano & coëpiſcopis cæteris, per reſcripta ſua ordinari: vti ex quamplurибus Gregorij præſertim Turonenſis, & Hincmari locis, exque formulis Marculfi oſtenderunt eruditiſſimi viri Hier. Cignonius ad lib. 1. Formularum eiuſdem Marculfi cap. 5. 6. & 7. ac Iac. Sirmondus in Appendice ad Tomum 2. Conciliorum Galliæ. Id verò non inuitis omnino præſulibus primùm opinor à Clodouæo eſſe introductum: eo certè poſtulante antiſtites an. 507. Aurelianenſis 1. Concilij can. 4. decreuerint, vt *nullus ſecularium ad clericatus officium præſumatur, niſi aut cum Regis juſſione aut cum Iudicis voluntate.* Quòd autem ſequentibus temporibus plures Galliæ Synodi Electionem Epiſcopi ſecundum Canones à Clero & Ciuibus coram comprovincialibus Epiſcopis fieri jubent, contrà verò eas damnant irritaſque pronunciant quæ Principum juſſu aut potentiorum patrocinio fiunt: id non tam ad Regum excludendum conſenſum pertinet, quàm ad improbanda violenta potentiorum extra ordinem facta indignos aliquando præſules clericis ac plebibus repugnantibus obtrudentium. Id imprimis à Clotario & Chariberto in gratiam Emerij Epiſcopi, Santonenſibus, ſine Cleri populique ſuffragijs dati, & nolentibus cum Metropolitano Epiſcopis, actum refert Gregorius Turonenſis *lib. 4. hiſt. cap. 26.* Hunc autem ſenſum colligo ex verbis ipſis earum Synodorum. Nam Cureba:

nenſis 5. & Cruernenſis 1. can. 10. id tantùm cauetur *vt nullj Epiſcopatum præmijs aut comparatione liceat adipiſci: ſed cum voluntate Regis, iuxta electionem Cleri ac plebis, ſicut in antiquis Canonibus tenetur ſcriptum, à Metropolitano, vel quem vice ſuâ permiſerit, cum comprovincialibus Pontifex conſecretur* Canone autem ſequenti conſtituitur dumtaxat, *vt nullus inuitis detur Epiſcopus: ſed nec per oppreſſionem potentium perſonarum ad conſenſum faciendum Ciues aut Clerici, quod dici nefas eſt, inclinentur. Quòd ſi factum fuerit, ipſe Epiſcopus, qui magis per violentiam, quàm per decretum legitimum ordinatur, ab indepto pontificatus honore in perpetuum deponatur.* Nec alia mens fuit Pariſienſis 3. Concilii can 8. quo decernitur vt *nullus ciuibus inuitis ordinetur Epiſcopus, niſi quem populi & Clericorum electio pleniſſimâ quæſiuerit voluntate, non principis imperio, neque per quamlibet conditionem* (id eſt pactionem) *contra Metropolis voluntatem, vel Epiſcoporum comprouincialium, ingeratur.* Principis hic merum imperium & abſoluta voluntas intelligitur, nullo eligentium conſenſu adhibito, vt ſequentia docent, quæ habentur *in can. ſi per ordinationem* 5. *diſt.* 63. Idem vult etiam Pariſienſis 5. ſynodus can. 1. cum Canonum inſtituta obſeruari iubet, *vt decedente Epiſcopo, in loco ipſius ille Chriſto propitio debeat ordinari, quem Metropolitanus à quo ordinandus eſt, cum prouincialibus ſuis, clerus vel populus ciuitatis, abſque vllo commodo vel datione pecuniæ elegerint. Quòd ſi aliter, aut poteſtate ſubrepat, aut quacumque negligentiâ, abſque electione Metropolitani, cleri conſenſu, vel ciuium, fue-*

*rit in Eccleſia intromiſſus; ordinatio ipſius, ſecundum ſtatuta patrum, irrita habeatur.*

Eodem pertinere exiſtimo Decreta à Conciliis per ea tempora extra Galliam habitis edita veluti Nicænæ 2. ſynodi can. 3. quo ſecundum 31. Canonem Apoſtolorum *irrita* pronunciatur *Electio Epiſcopi vel Presbyteri vel diaconi à principibus facta*, per poteſtatem nimirum & coactionem, non ſi ab Epiſcopis, principum conſenſu interueniente, facta fuerit: quomodo accipiendus etiam fuerit Octauæ ſynodi œcumenicæ canon 22. qui definiuit *Promotiones & conſecrationes Epiſcoporum, Clericorum Electione ac decreto Epiſcoporum Collegii fieri: & neminem laicorum Principum vel Potentum ſemet inſerere Electioni vel promotioni Patriarchæ vel Metropolitæ aut cuiuſlibet Epiſcopi; ne ſcilicet inordinata hinc & incongrua fiat confuſio, vel contentio.* Si enim abſciſsè ſumatur hic canon, pugnabit haud dubiè cum certo eorumdem ſæculorum vſu. Etenim ſaltem à ſexto ſeculo deſinente, imperatorum aſſenſu in Italia, Illyrico, Græciaque conſtitui ſolitos Epiſcopos euincunt Epiſtolæ Gregorii 1. Stephani 4. & Leonis itidem 4. quarum ſententiæ in *can. 9. 10. 16. & ſeqq. iam ſæpius laudata 63. d.* referuntur. Idem Ius Gothis Hiſpaniæ regibus decreto Concilli Toletani 12. anno 681. attributum oſtendit Canon 25. *eād. diſt.* quod Angliæ deinde, aliique Reges ſibi quoque vindicarunt.

*III. Pari iure poſteà vſi ſunt alij Principes.*

Narrat in chronico ſigebertus Carolo magno, ſub tempus Papienſis obſidionis, ac debellati Deſiderii Longobardorum Regis, Romam profecto, Synodi apud Late-

*IV. Principum jus in Pontificum aprobatione.*

ranenſem baſilicam celebratæ conſenſu ab Hadriano 1. pontifice collatam fuiſſe poteſtatem eligendi Pontificem Romanum & ordinandi Apoſtolicam ſedem, atque Epiſcopos per ſingulas prouincias ante conſecrationem approbandi: quod ſequutus eſt Gratianus *cap. Hadrianus* 22. & cap. ſeq. diſt. 63. Sed quod ad Epiſcoporum Electionem approbandam pertinet, id Iuris ſibi iam anteà Principes arrogabant vti ſuperiori articulo 2. eſt demonſtratum. In ipſorum ſummorum Pontificum promotione, non ſecus ac in cæteris conuentibus Eccleſiaſticis, recepto etiam vſu interveniebant, ni fallor, Imperatorum Legati, ita vt hæc Carolo non ſpeciatim, ſed tanquam Regii faſtigii & Patriciatus Romanorum, qui poſteà in Imperatorium titulum tranſiit, appendices, adiecta fuiſſe crediderim. Et tamen ſigeberti hanc narrationem variis argumentis conuellunt Annalium Eccleſiaſticorum ſcriptores. Vt ſit, qualecunque hoc jus remiſiſſe putatur Ludouicus pius pacto illo donationis, ſeu confirmationis quod adducitur *in can ego Ludouicus* 30. *iam ſæpius laudatâ diſtinct.* 63. & ab eruditiſſimo ac religioſiſſimo viro Iac. Sirmondo S. I. Presbytero accuratiùs refertur *tomo* 2. *Concilior. Gall.* Apparet nihilominus jus illud agnitum aliquatenus confirmatumque fuiſſe à Stephano 5. *eiuſdem diſt. cap. quia ſancta* 28. At in Hadriano 2. promouendo minimè ſeruatum memoratur *ibid. can. ſeq.* Hadrianus autem 3. tempore Caroli craſſi decreuit vt pontifex deſignatus ſine præſentia Imperatoris aut legatorum ejus conſecrari poſſet, teſte Sigonio *lib.* 5. *de regno Italia* quamuis Leo 8. *can. in ſynodo* 23. *ibid.*

Othoni

thoni 1. Ius idem in electione Pontificum conceſſiſſe legatur, quod Hadrianus 1. Carolo magno attribuiſſe dicebatur: feruntur tamen non tantùm Henricus 1. qui Teutonico regno contentus, Italica minùs curauit; ſed & ipſe Otho electionis illiùs libertati nihil ſe allaturum impedimenti pacto interpoſito cauiſſe *can.* 32: *ead. diſt.* Othonis ſucceſſores, tum Saxonicæ, tum Sueuicæ ſtirpis Cæſares, multum ſibi in conſtituendis atque amouendis Pontificibus ſumpſiſſe, tota illorum temporum hiſtoria docet. Francorum etiam Regum, tanquàm præcipuorum Eccleſiæ defenſorum honori datum, vt de electione celebrata confeſtim certiores fierent.

Ad Epiſcoporum Electionem quod ſpectat, Caroli magni Conſtitutione, quæ habetur *Capitularium lib.* 1. *cap.* 84. & antè citatæ 63. diſtinctioni à Gratiano inſerta eſt, *can. Sacrorum* 34. ſancitum fuerat vt ii Canonicè id eſt ſecundùm priorum Conciliorum placita crearentur. Ab eo tamen vſu receſſiſſe Lotharium Caroli filium ipſiuſque poſteros indicant Leo 4. aliique antedicti Pontifices *in can. Reatina* 30. *anterioribuſque & ſeqq. canonibus.* Quæ lex ab Imperatoribus Germanicis non ſemel violata ingentibus inter eos atque Pontifices turbis atque adeò bellis cauſam præbuit ad Concilium vſque Lateranenſe 1. anno 1122. in quo Henricus 5. Imperator inueſtituræ Epiſcoporum quæ per annulum & baculum fiebat, tandem renunciauit; conceſſitque in omnibus Eccleſiis fieri Electionem, & liberam conſecrationem: & viciſſim Calliſtus 2. conſenſit vt Electiones Epiſcoporum, & Abbatum Teutonici re-

*V. Poſt Car. m. quid in Italia Germaniaque ſeruatum.*

V. Mol.

gni, quæ ad regnum pertinerent, in præſentia Imperatoris fierent abſque Simonia, & aliqua violentia: vt ſi qua inter partes diſcordia emergeret, Metropolitani & prouincialium conſilio vel judicio, ſaniori parti aſſenſum, & auxilium præberet: Electus autem Regalia (id eſt dominia & jura profana, in vnamquamque Eccleſiam à Principibus collata) per ſceptrum ab eo reciperet. Hæc ad elucidandam Diſtinctionem illam Gratiani 63. dicta ſint; quam autoris ataxia non parum obſcuram reddidit atque intricatam.

VI. *Quis in Gallia vſus Carolidarum poſteriorum.* In Gallia, etſi antè laudatâ, plurimiſque aliis Caroli magni, Ludouici pii, & Caroli calui Conſtitutionibus, Epiſcopalium dignitatnm, per clericorum maximé ſuffragia canonicè deferendarum leges non ſemel iteratæ fuerunt: tantùm tamen inualiierat à Carolo Martello, vt creditur, inuecta conſuetudo; vt poſterioribus adhuc Carolidarum temporibus Eccleſiaſtici honores, non ſecus ac profana dominia laicis, & militarrbus viris, atque aulæ proceribus ſæpenumerò aſſignarentur; nec raro Abbatis, perinde ac comitis titulus, propemodùm inter palatina officia numeraretur. Cui vitio, Regni per ea tempora calamitates, & Carolinæ ſtirpis in Italia primùm, tum in Germania quoque ac tandem in Gallia extinctæ, euerſionem aſcribere non dubitant Eccleſiaſtici ſcriptores, atque imprimis, priores ſequutus. Io Fileſacus *in ver. querela Eccleſ. Gall.*

VII. *Quis ſub Capetiis prioribus.* At melioribus auſpiciis, vt maiori religione Hugonidæ ſeu Capeuingii Reges Eccleſiæ non minùs quàm regni ſui iura tuenda ſuſceperunt. Eius rei exemplum illuſtre Paulus Æmilius refert lib. 3. hiſt.

in Electionne Leoterici Archiepiſcopi Senonenſis, memorans *comitia deligendi eius Pontificis, conſenſu ſacerdotum Ciuitatis, Epiſcoporumque eius prouinciæ approbatione, ac Pontificis Romani autoritate, Regiſque nutu* celebrata, atque à Roberto Rege illatum Reginaldo ciuitatis comiti bellum, qui cum Brunoni Fromundi fratris ſui filio prælatum Leotericum indigné ferret, Senones tyrannide opprimebat. Obſeruat lib. 5. idem hiſtoricus profanum Cœnobiorum opes proceribus attribuendi morem ab eodem Rege ſolutum: eaque in re Henricum Regem paternæ ſanctitatis fuiſſe æmulum. Cum eodem Æmilio narrat Papirius Maſſonus *lib.* 3. poſt Concilium à Paſchali Pontifice apud Tricaſſes habitum, à Ludouico 6. iura Sandionyſiani cœnobii aduerſus Burchardum Montis-Maurentii dominum, Eccleſiæ Bellouacenſis aduerſus Drogonem Monciacenum, & Eccleſiæ Rhemenſis aduerſus Ebalum Ruciacenſem fortiter armis vindicata. Quamuis autem Ludouico fidelitatem per manum & ſacramentum, exemplo cœterorum regni antiſtitum, facere eodem tempore coactus fuerit Radulphus, Eccleſiaſtici ordinis iudicio, Archiepiſcopus Rhemenſis creatus, quemadmodun teſtatur Iuo Carnotenſis epiſtola ad Paſchalem Pap. ea de re ſcripta; atque hoc priſtinum ius Reges ſemper retinuerint: non tamen Germanicorum regum Cæſarumve imitatione, inueſtituram Epiſcoporum, per annulum & virgam, ſibi arrogarunt.

Quod attinet ad Abbates, quos Græci *archimandritas*, quaſi mandris, id eſt cellis monachorum præpoſitos; *hegume-* VIII. *Abbatum Electione.*

*nos* quaſi præeuntes, aliiſque nominibus vocant: ſatis conſtat eorum Electionem monachis cuiuſque cœnobii eſſe permiſſam, vt qui omnibus eſt imperaturus, omnibus, aut certè maiori parti probetur. Ea in re vt minùs paulò varius fuiſſe vſus videtur, quàm in Epiſcopis eligendis: attamen propter Abbatum non minimam apud populum, & epiſcopali ferè ſupparem autoritatem, nihil hîc quoque ſine Regum nutu in maioribus monaſteriis fieri iamdudum obtinuit. Nam nec generaliter publici vlli conuentus eo inconſulto haberi debent: & rei publicæ intereſt non ſolùm moribus ac doctrinâ idoneos muneri; ſed prætereà principi fidos, nec vniuerſæ nationi ſuſpectos legi qui magnis ſodalitatibus præſint. Huius rei minorem, etiam Epiſcoporum cauſâ primis Romanorum Imperatoribus fuiſſe curam nihil mirum, cum religione Chriſtianâ vix vltra Romanos fines progreſſâ, non eſſet quod infidos ſibi, aliiſque dominis addictos fore præſules facilè ſuſpicacentur. Quâ ratione ex Philippi auguſti mente promouerentur eâ ætate Epiſcopi & Abbates docet eius in Syriam nauigaturi, ſiue mandatum, ſiue edictum anno 1220. compoſitum, quo cauebatur, vt, *ſi forte contingeret ſedem Epiſcopalem, vel aliquam Abbatiam regalem vacare; Canonici vel monachi ad Reginam,* (cuius regimini regnum committebat) *venirent, liberam eligendi poteſtatem petituri; quam ſine contradictione concederet.* Regales Abbatiæ intelligendæ videntur à Regibus conſtructæ, aut locupletatæ: præſertim verò in propria regum ditione atque dominio, extra optimatum ſcilicet prouincias, ſitæ. Sed quemadmodum Ca-

nonicos, vt eligendi iure fruantur, ſacris ordinibus eſſe initiatos neceſſe eſt *Clem.* 2. *de ata, & qual. præfic.* ita & monaſticam Regulam profeſſi, ac ſolemnibus votis adſtricti ſint oportet, qui in Abbatis alteriuſue Regularis præfecti Electione ſuffragium ferunt. *cap. ex eo* 32. *de elect. in vi.* Nec verò cunctis vitæ monachali publicè obſtrictis id iuris ſtatim competit: ſæpe enim certum à profeſſione tempus exigitur, prout cuiuſque ordinis, aut congregationis legibus definitum eſt. Idem verò in monialibus Abbatiſſam, ac in monachis Abbatem ſibi deligentibus obſeruatur, qua de re *cap. indemnitatibus* 43. *eod. tit. in vi.*

At Sacerdotia, ſeu Præbendas, aliaque minora Beneficia nemo neſcit iure communi ab Epiſcopo cuiuſque ciuitatis intra eius territorium conferri, vt pote cuius poteſtati & Juriſdictioni, tam Clerici, quàm Eccleſiæ omnes, ac religioſa loca, eorumque ordinatio ſubiaceat: quod apertè non tam conſtituunt, quàm declarant Aurelianenſis 1. aliorumque Conciliorum canones, relati *in can. omnes baſilicæ, xvi. quæſt.* 7. *can. decretum eſt & ſeqq.* x. *quæſt.* 1. Et ſanè cum nemini liceat proprio nutu publicum ſibi officium vindicare; longè potiori ratione ſacra attingere nefas erit, niſi hierarchæ autoritate deſignatis. *Nec enim quiſquam,* ait D. Paulus *ad Hebr.* 5. *ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Verùm non Epiſcopis modò, ſed & Abbatibus, cæteriſque prælatis eccleſiaſticam iuriſdictionem ſuo iure exercentibus, qui ordinarij vocantur, facultas eadem conceſſa eſt conferendorum beneficiorum quæ cuique ſubjecta ſunt: quod quidem jus vel conſenſu Epiſcopi,

IX. *De Collatione Beneficiorum.*

vel legitimâ præſcriptione introductum videtur, *ex cap. cum paſtorali* 11. *e. de jure patron*,

X. *Priſcus Ordinationum vſus mutatus.* Primis quidem religionis Chriſtianæ ſeculis, cum oblationes, Decimæ deinde, cunctæque res eccleſiarum, ſecundum apoſtolicas regulas, per Synodum Antiochenam innouatas, (vt ex *can. ſint manifeſtæ, ac ſeqq. xii. quæſt. 1.* patet) in manu eſſent Epiſcoporum; cumque omnes Clerici, primorum exemplo Fidelium, communem agerent vitam: quiſquis Eccleſiaſticis ordinibus initiabatur, eidem aſſignabatur cum debito ſtipendio, certum in Eccleſia miniſterium; à quâ iniuſſu Epiſcopi recedere vetitum, vt colligitur vel ex *can. Clericos 4. diſt.* 71. Igitur abſolutè, & ſine tituli ac præbendorum, ideſt ad victum neceſſariorum, adjectione, quemquam ordinare inſolens, & nominatim prohibitum Chalcedonenſis & Placentinæ Synodorum canonibus quæ in 70. *diſt.* exſtant; eoque ſpectat etiam *can. quorumdam* 6. *diſt.* 74. Deinde auctis, cum fidelium numero facultatibus Eccleſiarum, & Clericorum in maiori copia imminuto feruore, vt parœcias, decimaſque, ita & reliquos prouentus diuidi placuit, deſcriptâ cuique ſuâ proprios in vſus portione. Id in ijs qui per longè diſſitas parœcias ſparſi erant, ferè jam neceſſarium, generaliter receptum eſt; vt vnuſquiſque res Eccleſiæ, veluti quodammodò ſuas, diligentiùs curaret, nec, quod plerunque fit, tanquam communes, negligeret. Portiones illæ Beneficia circa nonum opinor, ſeculum dici cœperunt, nomine, ipſoque propemodùm vſu ab armata in ſacram militiam tranſlato. Ex eo paulatim inualuit vt ab officij & beneficii aſſigna-

tione Ordinatio ſeiungeretur. Cui prauo vſui non pauci magnam partem adſcribunt malorum, quæ poſterioribus ſeculis in ſacrum ordinem irrepſerunt. Inde quippe factum vt dum plerique ſterili ſacerdotio, abſque miniſterio fructuque vllo, non tam decorantur, quàm onerantur; alii coaceruatorum honorum & ex his redituum Eccleſiaſticorum pondere, contra priſtinum morem, contra Lateranenſis 3. œcumenici, aliorumque Conciliorum præſcripta, opprimi geſtiant: & qui ſæpe vnius clerici partes dignè obire aut nolunt, aut ne poſſunt quidem, plurium commoda cum titulis occupent: cum tamen nec in vno eodemque corpore eiuſmodi confuſionem admittat natura, quæ ſingulorum membrorum officia ita diſtinxit, vt nec auris videat, nec audiat oculus. Qua de re poſt D. Paulum *ad Rom* 12. Gregorius 1. Pontifex *can.* 1. *diſt.* 89. diſſeruit. *ſicut indecorum eſt*, inquit, *in corpore humano vt alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum noxium, ſimulque turpiſſimum eſt ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa.* Iuſtis quidem de cauſis, & neceſſariâ cautione adhibitâ, hæc in ſublimes & literatas perſonas indulgentia in majorem aliquando Eccleſiæ vtilitatem cedere poteſt: vt *ex cap. de multa* 28. *in fine, è de præb. & dignit.* colligitur: ſed ſuæ ſunt cuique rei metæ, nec temerè vulgandum, quòd tunc demum jure fiet, ſi rarò fiat.

Eccleſiarum ædificatoribus quinto jam ſeculo permitti cœpit vt in ſacris ædibus aut altaribus cujuſque ſumptu erectis dotatiſve ordinandos Clericos Epiſcopo abſque repulſa commendent: quo in honore jus ſacri patronatus maximè verſatur. Atque XI. *De Iure Patronatus.*

hinc factum eſt vt Epiſcopalis beneficiorum Collationis duplex ſit genus; alterum liberum, quod propriè nomine collationis intelligitur; neceſſarium alterum & coactum, inſtitutionem vocant, quòd poſita ſit in inſtituendis Sacerdotibus & Clericis per patronos oblatis: qui, modò idonei fuerint, reiici nequaquàm poſſunt *can.* 32. *decernimus* XVI. *quæſt.* 7. *cap. illud, de iure patron.* é. De Electionibus priſcis earumque forma, & Regio in iis jure, qui plura volet, conſulat, præter jam laudatum Sirmondum, & Ren. Chopinum, imprimis Fr. Florentem Anteceſſorem Pariſ. *ad tit. Decretal. de Elect.* Antonium Dadinum Altaſerram Anteceſſorem Toloſ. *lib.* 1. *de Ducib. & Comitib. prouincial. cap.* 7. Commentatorem tractatus Pithœani de Libertatib. Eccleſ. Gallic. *art.* 68. & earumd. Libertatum Probationes *cap.* 15.

XII *Præcipua ſummi Pontificis in beneficiis diſpenſandis jura.* Quo tempore Pontifices maximi, tanquàm Ordinarij ordinariorum, extra ſpecialem ſuam Diœceſin ac ſuburbicarias regiones, extraque Italiam, cum omnibus Prælatis in Beneficiorum Collatione concurrere cœperint, ita vt occupantis melior ſit conditio, (quo iure Pontificii quoque Legati vtuntur): quando primùm certa Beneficiorum genera, aut beneficiariorum obitu in Romana curia, aliove modo vacantia diſpoſitioni ſuæ reſeruare, ademptâ ordinariis eadem conferendi facultate: quando in ſingulis Eccleſiis vacatura huic vel illi Clerico per Apoſtolica Mandata deſtinare inſtituerint, mihi quidem nondum ſatis liquere fateor. Horum ſanè pleraque ſeculo Chriſti duodecimo haud multùm antiquiora videntur. Nam Collatio quæ neglectu inferiorum à ſuperioribus, tandem-

que à Pontifice Romano fit iure ab illis ad hos gradatim deuoluto; ex Lateranenſis 3. Concilii conſtitutione manat, vt patet *ex cap. 2. e. de conceſſ. præb.*

XIII. *De Curiæ Romanæ exactionibus antiquis.*

Circa eadem, ni fallor, tempora, initium habuerunt variæ vectigalium ſpecies, quas Eccleſiis & Clericis Curia Romana indicere conſueuerat, partim ad communem totius Eccleſiæ vtilitatem & veræ fidei defenſionem, partim ad ipſius Curiæ ſumptus ſubleuandos: modò ſcilicet Decimas, aliave ſubuentionum, & collationum nomina, liberandæ Saracenorum è manibus Palęſtinæ; & diuerſis ex cauſis charitatiua, quæ vocantur ſubſidia imperando; modò Clericorum morientium ſuppellectilem, reſque alias Eccleſiæ contemplatione quæſitas, quaſi ex mente *canonis vlt. xii. quæſt.* 4. *& cann.* 4. *&* 5. *ead. cau. quæſt.* 5. itemque vacantium beneficiorum fructus ſibi vindicando; modò confirmationis & conſecrationis titulo, ab electis & inaugurandis prælatis certam primùm fructuum partem, eiuſve loco definitam pecuniam, in vſus tum Papæ ipſius & Cardinalium, tum cubiculariorum ſacri Palatii, minorumque Curiæ officialium, ſub nomine communium, & minutorum ſeruitiorum, quæ receptis pridem apud Græcos inthroniſticis reſpondebant: deinde dimidiorum, mox totorum vnius anni redituum æſtimationem per Annatarum nomen exigendo.

## DE PRAGMATICA SANCTI LVDOVICI *Sanctione.*

CAP. III.

*I. S. Ludouici de omnibus ante memoratis Edictum.*

HIs ita, vti ſuperiori Capite memoratum eſt, magna ex parte conſtitutis, Ludouicus IX. Rex numquam ſatis laudatus, quem eximia morum ſanctitas, & Catholicæ religionis ſingulare ſtudium cœlitum albo adſcripſere; vt, & Canonum obſeruationi, & Eccleſiæ Gallicæ commodis conſuleret, ſalutari edicto ſub ipſa regni auſpicia, id eſt anno 1228 dignitates eccleſiaſticas liberis eligentium ſuffragiis deferri iuſſit, exploſâ penitus ſimoniæ labe, ceſſantibuſque Romanæ Curiæ oneribus, niſi quæ volenti clero Regis ipſius conſenſu iuſtas ob cauſas imponerentur. Sancta præterea, & cum libertatibus, atque immunitatibus eccleſiaſticis generalibus, intacta eſſe conſtituit Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumque religioſorum iura, quæ ſpecialibus priuilegiis vnicuique ab inclitæ memoriæ Francorum Regibus conceſſa fuiſſent. Hoc edictum in veteri ſtylo Parlamenti habetur, & ab Antonio Fontanone Collectioni Regiarum Conſtitutionum eſt inſertum: in cuius etiam appendice legitur inſequentis anni reſcriptum, quo pius Princeps Eccleſiaſticæ Libertatis vſum nominatim apud Albigenſes, cæteroſque Occitaniæ populos, qui Toloſanis Comitibus parebant, ſeruari præcepit. Etſi autem Electionibus præſulum ſuam libertatem conſtare voluerit: non idcirco quæ regii iuris erant omnino remi-

ſit. Patet enim ex mandatis Blancæ Reginæ datis anno 1248. cum trans mare profecturus, ei procurationem regni crederet toto poſt ſuperius edictum vicennio, ſolita nihilominùs fuiſſe adhuc Capitula Canonicorum, & Monachorum cœnobia, ab eo, eiuſve vices agente, Eligendi licentiam, more priſtino, petere.

*II. Pragmatica eiuſdem de rebus iiſdem Sanctio.*

Sed & paulò ante vltimam in fidei hoſtes expeditionem, primum illud Edictum innouauit Pragmaticâ Sanctione, quæ anno 1268. in ordinum regni comitiis, præſente Legato Pontificio, promulgata eſt: & primum non immerito in hac collectione obtinet locum. Eius articuli ferè omnes, ex conſtitutione anni 1228. deſcripti ſunt: in qua ſub vno eodemque titulo continebantur Articuli tres huius poſterioris Sanctionis, nimirùm Primus qui ordinariorum Collatorum & Patronorum iura; Secundus, qui liberas in Eccleſiis Cathedralibus aliiſque Electiones tuetur; & Quartus qui vtrique generi communis eſt, omniaque ſecundum Canones fieri iubet. Tertius ſimoniæ crimen: Quintus Curiæ Romanæ Exactiones prohibet: Sexto Immunitates Eccleſiarum confirmantur. Huius Pragmaticæ Sanctionis, qui pleniorem notitiam habere volet, ei perlegenda erit Fr. Pinſſonii Biturici, Pariſienſis Aduocati erudita lucubratio, quâ illam hiſtoricâ Præfatione, & luculento commentario illuſtrauit.

*III. Quid Sãctio Pragmatica in genere.*

Sanctionis nomen propriè de ea Legum ſiue Conſtitutionum parte dicitur, quæ pœnam in violatores pronunciat, & ſic quod conſtitutum eſt ſanciendo ac muniendo, velut ſanctum efficit. Generaliùs tamen pro quauis conſtitutione hoc vocabulum accipitur. Pragmaticæ verò Sanctiones ſunt



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Edicta vel Reſcripta generalia de certis cauſis, negotiiſve edita. Pragma enim Græcè pro negotio ſumitur. Eæ ad vtilitatem ferè & uſum communem vniuerſitatum pertinent, ac de rebus ad ordinem, corpus, collegium, ciuitatem aut prouinciam ſpectantibus, maturo ſacri Conſiſtorii Conſilio, condi ſolent, petente plerunque vniuerſitate, aliquando Principis ſponte: vti Cuiacius *in parat. Cod. tit. de diuerſis reſcriptis*, aliique obſeruarunt. Sunt qui Pragmaticas Sanctiones ad firmanda inſtaurandaque vetera ſcita, & inſtituta maximè referant: cuiuſmodi Pragmatica Sanctio Iuſtiniani ad probandam conſtitutionem Amalarici & Amalaſuntæ, Pragmatica item Tiberii ſecundi confirmandis Iuſtiniani quibuſdam Conſtitutionibus. Sic apud nos S. Ludouicus hac Sanctione nihil noui iuris inuexit, ſed iamdiu receptos Canones, ſuumque prius de rebus Eccleſiaſticis edictum innouauit: Carolus autem VII. Pragmaticâ ſuâ, de qua *proximo cap.* Decreta Baſilienſis Concilii, paucis additis, demptis, aut immutatis, confirmauit.

## DE CAROLI VII. *Pragmatica Sanctione Bituricenſi.*

### CAP. IV.

*I. De Caroli VI. Edictis firmandæ D. Lud. Sanctioni.*

QVæ rectè conſtituta ſunt, rarò perdurant: ſed per innata humano generi vitia facilè labefactantur: Idque non minùs in Eccleſiæ moribus, quàm in reliquis rebus contingit. Itaque ſub initium decimi quarti ſeculi, Pontificiâ ſede Auenionem

tranſlatâ, ortum eſt paulò poſt breue ſchiſma, quod deinde morte Gregorii XI. grauius diutiuſque exarſit, protractumque eſt ad ſequens ſeculum, quo adulto adhuc recruduit. Cum inter has diſtractæ in partes Eccleſiæ turbas collapſa vbique diſciplina, & Clerus præſertim Gallicus variis aulæ Pontificiæ Auenione reſidentis artibus exhauſtus, remedium poſcerent: ei curæ incumbendum ſeriò cenſuit Carolus VI. ſapientis exemplo patris, tum diſſidij inter veros falſoſque Pontifices componendi, tum emendandorum morum, reſtituendique ordinis Hierarchici cupidus. Poſtquàm ergo his de cauſis ſuſcepta Auenionenſis profectio fruſtrà fuerat: Regni ordines habitis comitiis; & Pariſienſis Academiæ Theologos præſertim ac Iuriſconſultos, inſtitutis colloquiis, de more conſulendos putauit. Communi omnium ſententiâ non alia conuenientior graſſantibus malis medendi via occurrit, quàm ſi generale Concilium celebraretur. Quare huic conuocando vnà cum Sigiſmundo Imperatore Carolus inſtitit, quod à Ioanne XXIII. tandem indictum. Interim, ne quid, quod in ipſo eſſet, prætermiſiſſe videretur; ſolenni edicto quod anno 1406. conditum, biennio poſt in Senatu recitatum, & in acta relatum eſt, atque inter Probationes Libertatum Eccleſiæ Gall. cap. 22. num. 10. refertur, D. Ludouici Sanctionem in vſum reuocauit, ſtatuitque vt ſecundum eius placita Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, ac Monaſteria Francicæ ditionis, Electione Canonicâ deferrentur; cætera verò Beneficia Eccleſiaſtica, excluſis Pontificiis Reſeruationibus, Mandatis de prouidendo, & quibuſlibet Gratiis expectatiuis, per Collatores

ordinarios diſpenſarentur. Eodem anno Benedicti XIII. officiariorum exactionibus modus per Senatuſconſultum poſitus eſt, faceſſere regno juſſis Curiæ Romanæ miniſtris, qui primas Annatas, vacantias, Procurationes, aliaque eius generis onera, onerumve reliqua colligebant; variiſque penſitationum, ſiue ſubſidiorum nominibus Clericos vexabant.

Anno deinde 1414. Sigiſmundi Imperatoris & Caroli VI. Regis operâ inchoatum eſt Conſtantiæ in Germaniæ finibus generale Concilium, quod Ioanni XXIII. & Benedicto XIII. Pontificatum abrogauit, Electoque Martino V. ſchiſma jam quadragenarium ferè ſuſtulit anno 1417. conſtituitque poſteà vt poſt quinquennium Papiæ, ſeptennio poſt in Gallia, & deinceps ſingulis decenniis, Concilium vniuerſæ Eccleſiæ commodis locis haberetur. Papiæ deinde loco, propter graſſantem peſtem, Senis in Tuſcia celebratus eſt conuentus, an. 1423 vbi pauca decreta, niſi quod Baſileam conſtituto tempore conueniendum conuocati patres ſtatuerunt. Itaque anno 1431 indictum eſt Baſileenſe Concilium á Martino V. cui ſuffectus eodem anno Eugenius IV. Iulianum Cardinalem à Martino Legatum, præeſſe juſſit. Sed paulò poſt, quòd de Pontificia poteſtate liberiùs in eo diſſeri audiret, ibi congregatos vltrà progredi vetuit: vnde inter Papam & Concilium nata diſſidia, & Concilij Patres quaſi contumaces anathemate ab Eugenio notati: quod tamen agente Sigiſmundo reuocatum anno 1433. verùm cum Eugenius, Græcorum reconciliandorum occaſione, Concilium, inuitis pleriſque Patribus, Ferrariam transferret, diſcordia recruduit anno 1437. Vn-

de Eugenii nouum in Synodum anathema; & Synodi viciſſim in illum exautorationis tandem ſententia.

Inter hæc ad Carolum VII. Regem Christianiſſimum miſſi vtrinque Legati, alii Pontificis, Synodi cauſam alii defenſuri: & qui concilii mandata ferebant, eius decreta obtulerunt, ea in regno ſuſcipi ſeruarique poſtulantes. Carolus cum illa in Epiſcoporum, atque adeò omnium ordinum celeberrimo conuentu apud Bituriges habito, diſcuti curaſſet; ea ad tuendam publicam diſciplinam pertinere viſa: ideoque ne per Pontificis conciliique diſſenſionem res Eccleſiaſtica peſſum iret, communi conſenſu magnam partem probata ſunt. Rebus itaque accuratè perpenſis, pleraque capita abſolutè recepta ſunt, quibuſdam conuentûs iudicio certus additus eſt modus, non quo in dubium poteſtas concilii vocaretur; ſed quod ita res, tempus, ac locus ſiue mores Gallici poſcerent. Articuli fuere omninò tres ſupra viginti, quorum ordinem, materiam, Concilii Baſileenſis loca ex quibus deſumpti ſunt, & quatenus à Comitiis Gallicanis ſuſcepti fuerint, ſequens tabella indicabit.

*II. Decreta Concilij Baſileenſis vt à Carolo VII. ſuſcepta.*

# ARTICVLORVM SIVE Capitum Pragmaticæ Sanctionis

| Numerus. | *Materia.* | Cõc. ſeſſ. | *Suſceptionis modus.* |
|---|---|---|---|
| I. | *De Conciliorum generalium autoritate ac tempore.* | 1. | receptus prouti iacet. |
| II. | *De poteſtate Concilij, circa reformationem Eccleſiæ in capite & in membris.* Ex Concilio Conſtantienſi, &c. | 2. | acceptus vt iacet. |
| III. | *De Electionibus earumque Confirmatione.* | 12. 13. | modificatus. |
| IV. | *De Reſeruationibus ſublatis.* | 23. | acceptus. |
| V. | *De Collationibus.* | 31. | temperatus. |
| VI. | *De Cauſis.* | 31. | temperatus. |
| VII. | *De friuolis Appellationibus.* | 20. | acceptus. |
| VIII. | *De Pacificis poſſeſſoribus.* | 21. | acceptus. |
| IX. | *De numero & qualitate Cardinalium.* | 24. | temperatus. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | *De Annatis.* | 21. | temperatus. |
| XI. & ſeqq. ad 19. | *De celebratione diuini Officij* : & aliis ad ſacra pertinentibus. | 21. 21. | temperatus. accepti. |
| XX. | *De Concubinariis.* | 20. | acceptus. |
| XXI. | *De Excommunicatis non vitandis.* | 20. | acceptus. |
| XXII. | *De Interdictis temerè non ponendis.* | 20. | acceptus. |
| XXIII. | *De ſublatione Clementinæ Literis.* | 23. | acceptus. |

Horum articulorum dumtaxat quintus qui eſt de *Collationibus*, & ſextus *de Cauſis*, tempore poſtremi, poſt ſecundam Eugenij à concilio ſeceſſionem editi, à Rege Eccleſiaque Gallica aliqua ex parte mitigati: reliqui viginti & vnus diſſidium illud poſterius præceſſerant tempore, erantque inter acta Concilij ab eodem Eugenio, ubi in concordiam cum Patribus redierat, approbata: niſi quòd nonus, ad numerum Cardinalium ſpectans, ab eo poſteà reuocatus eſt.

Hæc omnia conuentus ille regiâ conſtitutione firmari poſtulauit: eaque cauſa fuit edendæ huiuſce Sanctionis, quam Senatus anno 1439 in acta retulit.

Pragmaticam hanc Sanctionem eruditis gloſſis illuſtrauit Coſmas Guymier, Præſes Inquiſitionum, quibus notas ſuas addidit Phil. Probus Bituricus ad componenda Sanctionis & Concordatorum diſſidia, quæ omnia cum annotationibus marginalibus,

earum conſtitutionum Hiſtoria, veteribuſque inſtrumentis eò pertinentibus edidit Fr. Pinſſonius iam laudatus, an. 1666.

## DE CONCORDATIS ſeu Conuentis Franciſci I. cum Leone X.

### Cap. V.

*I. Pragmatica à Pontificibus impugnata.*

PRoximæ Sanctionis Pragmaticæ placita, non ſolùm Ordinariis, tum in conferendis Beneficiis, tum in Cauſis iudicandis; & canonicorum, monachorumque collegiis in Prælatis abſque munerum præſtatione Eligendis, ius ſuum ferè illibatum ſeruabant: ſed & ſublatis Sedis Apoſtolicæ Reſeruationibus, Gratiiſque Expectatiuis, &, quod caput eſt, Conciliorum generalium poteſtatem Pontificiâ ſuperiorem agnoſcendo, Curiæ Romanæ, ipſorumque Pontificum iamdiu receptæ autoritati & commodis non mediocriter detrahebant. Idcirco eam ſummi Pontifices non ſecus ac perniciofam hæreſim execrati, omnibus viribus impugnare non deſtiterunt. Eam ſanè nullius roboris eſſe aſſerebant, quòd eius decreta, & ex Baſileenſis iam illegitimi ac Ferrariam tranſlati concilii decretis, tempore ſchiſmatis editis, deprompta atque conflata; & ipſi etiam concilio (ob reſtrictiones adiectas) neutiquam probata fuiſſe dicerent: noſtris hominibus contrà, concilii ius, ex temporum antè indicata diſtinctione, atque inde vim decretorum Bituricenſium tuentibus.

Eugenius quidem IV. & Pius II. Sanctionem illam à Carolo VII. reuocari fruſtra contenderunt. At Ludouicus XI. vrgente primùm eodem Pio, eam abrogare voluit, literis anno 1461. ad Senatus miſſis, quas Toloſanus, non liberis ſuffragiis, ſed tanquàm expreſſo Regis iuſſu promulgauit; Pariſienſis, cauſis Regi redditis, nequaquam admittendas cenſuit. Pius tamen, quaſi Pragmaticâ omnino per Galliam abolitâ ſibi blanditus eſt: atque illud certè obtinuit vt Reſeruationes more priſtino valerent. Paulus II. re, vti erat, cognitâ, Sanctionis reuocationi inſtitit, nouumque à Ludouico eam in rem diploma impetrauit. Sed huius quoque publicationi, oſtenſis eius incommodis, Ioannes San Romanus generalis Regis Procurator interceſſit, itemque Academia Pariſienſis. Tantus tamen Ludouici ardor animi fuit, Pontificum voluntati ſatisfacere cupientis, vt inter ipſius Legatos & Sixtum IV. abolendæ Sanctioni Pragmaticæ inita fuerint anno 1472. Pacta, quibus in Gallia res Eccleſiaſticæ propè ad inſtar Concordatorum Germanicorum redigebantur. Secundum ea Pacta conceptum eſt cap. *ad vniuerſalis* 1. *de Treuga & Pace*, *in communib.* ac ſecundum eadem editæ Regiæ literæ. Ea licèt à pleriſque Præſulibus minimè recepta, nec à Senatibus omnino probata, effecere tamen vt Pragmatica Sanctio non parum, aliquot per annos, detrimenti acceperit. Qua ex re cum multa oriri incommoda dicerentur, idem Ludouicus XI. anno 1478. Conſiliariorum ſuorum, & ſacræ Theologiæ ac Iuris Profeſſorum ex Academiis ſelectorum certum numerum conuocari mandauit, de horum malorum remediis acturum. Hi ap-

*II. Vt à Ludovico XI. revocata, deinde reſtituta.*

pellationis ab iis quæ contra Pragmaticam acta eſſent, per Regium cognitorem interponendæ autores fuerunt. Sic paulatim regnante præſertim Carolo VIII. etſi contrà nitentibus Innocentio VIII. & Alexandro VI. in vſum reuocata eſt Pragmatica Sanctio: quæ poſteà novo quoque edicto à Ludouico XII. inſtaurata palàm, & valere iuſſa eſt anno 1499. Inde, & ex probato, promotove Piſano aduerſus Iulium II. Concilio, aliiſque de cauſis orta inter hunc & Ludouicum diſcordia: ita vt Iulius, armatâ, coniurataque in Regem vniuerſâ propemodum Europâ, Lateranenſis V. Concilii à ſe indicti Seſſione 3. in eum ac Regnum Interdicti ſententiam tulerit. Idem Seſſ. 4. recitato Ludouici XI. edicto Pragmaticæ reſciſſorio, monitorias literas decerni curauit, quibus Rex, & regni Curiæ, Eccleſiaque Gallicana Romam ad Concilium vocarentur, vt ſi quas habere ſe confiderent idoneas rationes, quò minùs Pragmatica Sanctio antiquaretur, eas certam intra diem proferrent, alioqui fore vt illa irrita, nulla, & ſchiſmatica pronunciaretur, atque abrogaretur.

*III. Ejus loco ut introducta Concordata.*

Inter hæc defuncto Iulio ſuffectus eſt Leo X. ad quem, ſimulque ad Synodum Lateranenſem miſſi à Rege Legati, eorumque aduentu ſublatæ interim cenſuræ. Verùm cum Gallici Epiſcopi ad Concilium non conuenirent, quòd locum minùs tutum, certè apud validiores in Concilio Italicos Præſules, aulæ Romanæ commodis ſemper ſtudentes, inutilem futuram dicerent Pragmaticæ defenſionem: Franciſcus I. Ludouici ſucceſſor, vnà cum Galliæ Senatibus, Prælatis, Capitulis, omnibus denique Pragmaticam tuentibus, peremptò-

tio edicto Romæ citatus eſt. Quod cum Regi nunciatum eſſet, atque ille Romam ſe Legatos miſſurum, & ſi Gallicæ Eccleſiæ iura ſeruentur, nihil Sedis Romanæ reuerentiâ ſibi antiquius eſſe oſtendiſſet: de concordia vtrinque cogitari cœptum; nihilque commodius viſum, quàm ſi de re tota Pontifex ſimul & Rex collatis capitibus agerent. Quapropter Franciſcus, Heluetiorum cæterorumque fœderatorum apud Marinianum victor, & Mediolani potens, Bononiam à Leone inuitatus, inter filialis reuerentiæ officia, enixis primò precibus ab eo contendit vt cum ipſius & concilii venia Francis Pragmaticâ Sanctione vti liceret: deinde ſi Pragmaticæ nomen omnino abrogandum videretur, ſaltem vice illius certas leges componere integrum eſſet, quibus in iis rebus quæ Sanctione illâ continebatur, Imperium Francicum regeretur. Priore poſtulato reiecto, poſterius admiſſum, mandataque eſt eius commentationis cura, hinc Anconitano & Sanctorum quatuor Coronatorum Cardinalibus, inde Antonio à Prato Franciæ Cancellario. Hos inter ante regis diſceſſum magna ex parte conuenit: dein perficiendo negotio Legatus in vrbem Rogerius Barma Catholicus Regis in Pariſienſi Parlamento Aduocatus. Conuenta illa rata habuit, tanquàm Pragmaticæ Sanctionis loco in poſterum valitura: quæ cuncta Lateranenſis Concilii Seſſ. 11. promulgata confirmataque ſunt die 16. Decembris anni 1516.

*IV. Horum difficilis executio.*

Franciſcus miſſis ad ſe binis à Pontifice codicillis, alteris Sanctionis Carolinæ abrogatoriis, alteris Bononienſium conuentorum confirmatoriis, ſatis habuit apud Senatum (quò & Epiſcopi, & Capitulorum

Academiæque delegati conuenerant ) de poſterioribus per Cancellarium diſſerere. Hic totius negotij repetitâ narratione, docuit quâ rerum neceſſitate Rex adactus, tum ad vitandum ingentis cum Leone ejuſque fœderatis, belli, & ſchiſmatis periculum, tum ad retinenda, quà licebat, Eccleſiæ Gallicæ Iura, in totum alioqui Pontificis & Concilij, quod à reliquis nationibus generale haberetur, decretis haud dubiè ruitura, ad conſtituendas, mutuo conſenſu, recipiendaſque loco Pragmaticæ Sanctionis leges alias, pro temporum conditione tolerabiles, in nonnullis etiam articulis Pragmatica ipsâ præſtabiliores, deſcendiſſet; Regem idcirco eas promulgari quamprimùm velle; Eam in rem literas ſuas de more actis Curiæ inſinuandas miſſurum. Longum eſſet Lievræi Regij generalis Advocati appellationes à Bulla pragmaticæ revocatoria; Senatus decreta de retinenda pragmatica; perſcriptas eorum ad Regem rationes, non modò ex veterum Regum atque imperatorum conſtitutionibus, & damnoſa pecuniæ per gratias expectativas evectione, ſed & ex infractis per ejuſmodi revocationem priſcis tum ſacris tum profanis Gallicæ nationis inauditæ, & ſuſpectum in locum vocatæ, Iuribus, ac libertatibus petitas; Cancellarij reſponſa; Regis, datam Pontifici fidem liberare deſiderantis, repetitas non ſine minis juſſiones; Academiæ ac Decani Eccleſiæ Pariſienſis aliorumque interceſſiones; & alias promulgationis hujus remoras referre. Ea tandem in ſpeciem potiùs quàm ex vero peracta in Senatu Pariſienſi 22 Martij an. 1517. ſub hac forma. *Lecta, publicata, & regiſtrata ex ordinatione & de precepto Domini noſtri Re-*

*giſ, reiteratis vicibus facto, in præſentia Domini de Trimollia primi Cambellani dicti Domini noſtri Regis, ad hoc per eum ſpecialiter miſſi.* Cæterùm conteſtationem vis illatæ, atque ad Papam meliùs conſultum, conciliumque legitimè congregandum, appellationem apud Epiſcopum Lingonenſem & ante interpoſuit Senatus, & poſt iteravit; ſervandamque nihilominùs in judiciis Sanctionem decrevit, quod revocata diceretur Eccleſiâ Gallicâ, cujus de Iure agebatur, quamque defendere Iurejurando inaugurationis ſuæ Rex adſtringeretur, inauditâ, & in locum ſuſpectum vocatâ, ideoque iuſtè abſente. Nec diſpar ab Academia coram Decano Pariſienſi appellatio prodiit, auſis & concionatoribus contra Concordatorum autores apud populum declamare. Inter has altercationes ac difficultates, cum præfixum approbandis, publicandis ac recipiendis fœderis Bononienſis legibus ſemeſtre jam propè effluxiſſet, annuam abſolvendo negotio dilationem à pontifice Rex impetravit, quæ adhuc in alterum annum proroganda fuit: moderanduſque imprimis articulus, quo indicebatur neceſſitas verum impetrandorum Beneficiorum valorem in Mandatis aliiſque Sedis Romanæ proviſionibus, iis etiam quæ ad Cathedrales Eccleſias & Monaſteria pertinerent, exprimendi; quod Annatarum ſecundum eam æſtimationem exigendarum causâ conſtitutum fuerat. Verùm poſt varias, abſente præſertim, & captivo Rege, contentiones, obſervari hæc Concordata cœpere, litium ad Epiſcopatus cæteraque maiora beneficia ſpectantium cognitione majori Regis conſilio attributâ edicto declaratorio anni 1527. quod ab

Henrico II. anno 1552. confirmatum. Franciſcus ſanè I. conventorum illorum obſervationi invigilavit: adeò vt iis derogari aut eorum quicquam per Pontifices, ne in Mandatorum quidem formula, immutari paſſus fuerit: eam ſcilicet ob cauſam, quod hæc Concordata non vulgaris & liberæ Conſtitutionis pontificiæ, ſed mutui ac perpetui inter Sedem Apoſtolicam & regnum Francorum contractus vim habere ſpeciali pacto juſſa eſſent.

*V. Concordatorum cum Pragmatica Sanctione comparatio.*

Ad pleniorem horum Bononienſium Conventorum notitiam notandum eſt ea Pragmaticæ Sanctionis veſtigiis ita inhæſiſſe, vt ejus inſtituta illorum decretis partim omnino ſublata, aut omiſſa, partim aliqua ex parte mutata, partim denique verbatim inſerta ſint: quod ſubjecta utriuſque Conſtitutionis comparatio aliquatenus indicabit.

## CAPITA

| PRAGMATICÆ SANCTIONIS. | *CONCORDATORUM.* |
|---|---|
| | Approbatio Concordatorum per Cōcilium Latera. *p.* 81. |
| 1. *De autoritate generalium Conciliorum.* pag. 13. | j. De Conſtitutionibus *p.* 82. |
| 2. *De Electionibus.* p. 18. | ij. De Electionis & poſtul. derogat. 86. |
| | iij. De Regia ad Prælatur. Nominatio. fac. 87. |
| 3. *De Reſervationibus ſublat.* 26. | iiij De Reſervat. ſublatis. 91. |

4 *De*

4. *De Collationib.* 27. — v. De Collationibus. 92.
vi. *& ſeqq.* de Mandatis Apoſtolicis, &c. 100.
5. *De Cauſis.* 43. — x. De Cauſis. 108.
6. *De Frivolis Appellation.* 50. — xi. De Frivo. Appellationib. 108.
7. *De Pacificis Poſſeſſorib.* 51. — xii. De Pacificis Poſſeſſor. 110.

PRAGMAT. Sanctio.

8. *De numero & qualitate Cardinalium.* 53.
9. *De Annatis.* 54.
10. *Quomodo Divinum Officium ſit celebrandum.* 58.
11. *Quo tempore quiſque debeat eſſe in Choro.* 60.
12. *Qualiter Horæ Canonicæ ſunt dicendæ extra Chorum.* 61.
13. *De his qui tempore Divinorum Officiorum vagantur per Eccleſiam.* 62.
14. *De Tabula pendente in Choro.* 63.
15. *De his qui in Miſſa non complent Credo, &c.* 63.
16 *De Pignorantibus cultum Divinum.* 64.

17. *De tenentibus Capitula tempore Miſſæ.* 65.

18. *De ſpectaculis in Eccleſia non faciendis.* 65.

PRAGM. SANCT.

19. *De Concubinariis.* 66.

20. *De Excommunicatis non vitandis.* 70.

21. *De Interdictis indifferenter non ponendis.* 70.

22. *De Sublatione Clement. literis, de probat.* 72.

23. *De Concluſione Eccleſiæ Gallicanæ.* 72.

*CONCORDAT.*

xiii. De Publicis Concubinar. 111.

xiiii. De Excom. non vitan. 114.

xv. De Interd. non leuiter ponen. 115.

xvi. De Sublat. Clementinæ literis. 116.

xvii. De Perpetua ſtabilitate Concordatorum. 117.

xviii. Concluſio Concilii gener. Lateran. 120.

*CONCORDAT.*

xix. Literæ Regiæ pro acceptatione & confirmat. Concordatorum. 123.

xx. De Prorogatione temporis ad recipiendum & approbandum Concordata, &c. 125.

xx. Prorogatio

temporis de annatis. 132.
De Regiſtratione Concordatorum, 134.
De Regia facultate primum menſem Graduatis debitum nominandi. 135.
De Pœna temerè venientium contra Concordata. 139.
De Protectione Concordatorum Franciæ Regibus conceſſa. 140.

In Concordatis itaque, expuncto Pragmaticæ Sanctionis capite ſiue Titulo 1. qui erat *De Conciliorum generalium autoritate, ac celebratione*, eius loco Proœmium collocatum eſt, cuius poſterior pars unà cum Tit. 1. *De Conſtitutionib.* fortè minùs aptè, concepto, approbationis eorumdem Concordatorum per Leonem X. in Concilio Lateranenſi, Præfationem & quaſi præparationem continet.

Pro 2. Sanctionis capite *De Electionibus*, quo Electionum priſca libertas Canonicis & Monachis, certâ preſcriptâ formâ, permittebatur, & Electi cuiuſque à proximo ſuperiore confirmatio aſſerebatur: exploſo eiuſmodi uſu per ſecundum Concordatorum Titulum, *De Electionis & Poſtulationis derogatione*; deinde Titulo 3. *De Regia ad Prælaturas Nominatione facienda*, totum id ius partim in Regem, quod attinet ad idoneum aliquem intra ſex menſes Pontifici Nominandum; partim in Pontificem transfertur, quod ſpectat ad proviſionem,

quæ loco ſit confirmationis. His paucæ adiectæ ſunt exceptiones, quæ legenti cuilibet patent.

Titulus 3. Pragmaticæ, & 4. Concordatorum *De Reſervationibus ſublatis*, eodem pertinent: ſed hic minùs præcisè conceptus.

Sanctionis Titulus 4. cum Tit. 5. Concordatorum concurrit, eſt enim uterque *De Collationibus*. At enucleatiùs in Concordatis totum Graduatorum ius conſtituitur.

Horum Titulorum appendix & quaſi lacinia eſt Concordatorum Titulus 6. *De Mandatis Apoſtolicis*. Exceptionem dixeris tituli de Reſervationibus: etenim Mandata, Romanonum Pontificum certum intra modum ex mente Baſileenſis Concilii & Gallicanæ Congregationis, iuxta §. *non tamen*, & §. *item voluit. De Collat. in Pragm. Sanct.* confirmantur; & præventione Pontificia in his, ſecundum §. *neque etiam ibid.* admiſſa, Mandatarii Graduatis quibuſcunque præferuntur, & in omnibus Pontificis proviſionibus verus beneficii valor exprimi iubetur. Tit. 7.8.& 9. Mandatorum variæ formulæ præſcribuntur.

*De Cauſis*, & *de frivolis Appellationibus* Tituli, 5. & 6 in Sanctione, in Concordatis 10. & 11. in pleriſque, inverſo quantumvis, ordine, coincidunt; & ad Cauſas Eccleſiaſticas, exceptis maioribus in Iure expreſſis, non ſtatim Romæ, ſed primùm in partibus, id eſt in ſuis quaſque Diœceſibus ac Provinciis diſceptandas ſpectant.

Titulus 12. Concordatorum *De Pacificis poſſeſſoribus* exſcriptus eſt ex Sanctionis cap. 7. niſi quòd ibi Pontificis, hîc Concilii nomine cuncta ſtatuuntur.

At Pragmaticæ Titulus 8. *De Numero*

*& qualitate Cardinalium*, 9. item *de Annatis*, quæ ad certum modum redigebantur, 10. etiam & ſequentes titt. ad 18. qui ad *Divinum Officium celebrandum*, *Horas Canonicas extra Chorum recitandas*, cæteraque divini cultus referuntur; hæc, inquam, omnia capita in Concordatis omiſſa ſunt.

*De Concubinariis* autem *publicis* Titulus, qui in Pragmatica Sanctione 19. in Concordatis 13. legitur, & iiſdem ferme verbis utrobique concipitur.

Nec magis inter ſe differunt ſequentes Tituli *De Excommunicatis non vitandis*, *de Interdictis non leviter ponendis*, *de ſublatione Clementinæ literis.*

Concordatorum verò caput 17. perpetui contractus ac mutuæ inter Pontifices Regeſque Chriſtianiſſimos, certis utrinque legibus, obligationis vim iiſdem Concordatis attribuit.

Vice Tituli 23. Pragmaticæ Sanctionis, quo continetur *Eccleſia Gallicana* de Baſileenſibus decretis, ſub modo cuique appoſito, autoritate regiâ promulgandis, Decretum ſive *Concluſio* ſubjecti ſunt in Concordatis Tituli 18. & ſeqq. qui *approbationem Concordatorum per Lateranenſe Concilium*, *Regiam eorumdem acceptionem & confirmationem*, Executionis eorum *Prorogationem*, ac ſpecialiter quod attinet ad verum beneficiorum valorem exprimendum, atque *Annatas*, aliaque complectuntur, quæ ad Concordatorum firmitatem ſpectant, ſed nihil habent cum Pragmatica Sanctione commune

Etſi verò Pragmaticam Sanctionem ita in Lateranenſi Concilio abrogarit Leo X. ut nullum ejus robur eſſe impoſterum vel- VI. *Uſus Hodiernus.*

let: tanta tamen ejus, tanquam Gallici cujuſdam Palladij opinio, tantùm ejus, quoad liceret, retinendæ ſtudium Gallorum animis inſederat, ut non modò ex hominum memoria deleri, ſed nec à communi uſu removeri potuerit: valet itaque vigetque adhuc in judiciis, quatenus cum Concordatis apertè non pugnat. Nec tamen obtinere clerus potuit ut ex illius præſcripto Electionibus ſacris priſtina libertas redderetur: & quamvis de his reſtituendis actitatum ſit in publicis regni Comitiis regnante Carolo IX. eaque de re initio Conſtitutionis Aurelianenſis inſerti quidam articuli fuerint, res tamen exitu caruit.

VII. *Auctores qui de his plenius diſſerunt.*

Originem tam Pragmaticæ Sanctionis, quàm Concordatorum Hiſtoricè complexus eſt Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ Commentator, ſpeciali tractatu Gallico. Concordatorum autem Defenſorium ſive Apologeticum conſcripſit Helias Turonenſis Archiepiſcopus, poſt Cardinalis: vberes in eadem commentarios edidere tum Joannes Dayma in Academia Toloſana, tum imprimis Petr. Rebuffus in Pariſienſi, Juris Profeſſores: quorum hic ad rubr *de annatis*, hîc, & *in tractatu nominat.* notat Concordata in iis quæ contra Eccleſiæ Gallicanæ utilitatem conſtituta ſunt, minùs obſervari; veluti in expreſſione veri beneficiorum valoris. Quod ad Mandata, & Reſervationes vacaturorum beneficiorum ſpectat, hæc omnia Tridentinæ Synodi Decreto penitus ſublata ſunt, *Seſſ. 24. de reform cap. 19* Verùm eorum in locum ſucceſſiſſe videri poſſunt, eodem certè Jure reguntur Regiæ, variis de cauſis receptæ, & Academicæ Nominationes, de quibus Con-

alendi qui rem Beneficiariam noſtris mori-
bus tractarunt, cujuſmodi præter Carolum
Molineum, & jam memoratum Rebuffum,
ſunt Fr. Duarenus, Jo. Coraſius, Petr.
Gregorius, Jo. Dartiſius, Paſtorius, &
novilliſsimè cum Ant. Bengio avo materno
Fr. Pinſſonius.

## DE CONCORDATIS *Germanicis.*

### CAPUT VI.

HVic collectioni Concordata Germanica ideo inſerere vſum eſt, quod in nonnullis hodiè Regis Chriſtianiſſimi ditioni ſubjectis regionibus locisque vigeant, Lotharingiæ putà Epiſcopatibus, atque Alſatia. Ea Concordata Sanctione Pragmaticâ poſteriora, Concordatis Gallicis antiquiora ſunt. Anno quippe 1447. cum de Reſervationibus Pontificiis, aliiſque Curiæ Romanæ, ut vocant, gravaminibus Germanica natio conqueſta eſſet; iis temperandis hæc inter Ioannem Sancti Angeli Cardinalem Nicolai V. à latere Legatum, & Fridericum III. Imperatorem Principeſque Germaniæ inita ſunt Conventa, quibus loco Menſium quatuor per quos vacantium Beneficiorum Collatio, ſecundum Romanæ Cancellariæ ſtylum, ordinariis in ſua cuique Diœceſi relinquebatur; ſex iiſdem menſes indulgentur, aliaque conceduntur quibus ejuſdem ſtyli aſperitas mitigatur. De his videndus Georgius Branden Cano- — I. *Quid Cõcordata Germanica.*

nicus Auguſtanus in Collectaneis ad eā Concordata: ubi quæſtiones non paucas ad ea pertinentes tractat ac decidit. Cum autem poſt Martini Lutheri ſeceſſionem, Reſervationes Apoſtolicæ per Germaniam ſperni cœpiſſent, & Prælati ac Principes reſervatorum Beneficiorum Collationes contra Concordatorum formam ſibi arrogarent; Clemens VII. ab his attentata irrita omnino pronunciavit, conſtitutione ſuâ anni 1534. Gregorius verò XIII. aliâ Bullâ anni 1576. quod Nicolai V. Concordatis permiſſum ordinariis fuit, Beneficia menſibus Pontifici aſſignatis vacantia, conferre, niſi quis eis à ſancta Sede donatus intra trimeſtre appareat: id ſic eſſe accipiendum declaravit, ut ad excludendam ordinarij collationem ſufficiat intra illud tempus alicui conceſſum fuiſſe beneficium, licèt is poſt trimeſtre jus ſuum in loco beneficij oſtendat & exequatur.

## *DE INDULTIS IN GENERE.*

### CAPUT VII.

INdultum Apoſtolicum nihil eſt aliud quàm conceſſio aliqua contra regulas Iuris Communis in Curia Romana uſitati, ex gratia & privilegio, certæ perſonæ, ratione fermè dignitatis, attributo, à ſummo Pontifice facta.

Indultorum in Gallia uſu receptorum tria maximè ſunt genera: quædam enim Regibus conceſſa ſunt quaſi in ſupplementum eorum quæ Concordatis deeſſe vide-

bantur, ut Clericum idoneum ad vacantem Eccleſiaſticam dignitatem ſeu beneficium majus Pontifici nominare poſſit: quædam iiſdem Regibus data ut beneficium primò vacaturum alicui è numero Senatorum Pariſienſium, ſive ei quem Senator elegerit, conferri mandet: alia verò Cardinalibus competunt ut Collationis ſuæ beneficia liberiùs concedāt quam Romanæ Curiæ uſus ferat. Indultum verò quo certa Beneficia ad Nominationem regiam, vel Prælati Collationem pertinentia, Regulæ vacantium in Curia eximuntur, aliorum acceſſio, & velut lacinia videri poteſt.

## DE INDVLTIS REGIÆ *Nominationis ad majora Beneficia, quæ Concordatis non comprehenſa dicuntur, & Brevibus de non Vacando in Curia, deque Monaſteriis à lege Nominationis immunibus.*

### CAPVT VIII.

FOEdetis Bononienſis à Franciſco I. cum Leone X. contracti tabulis non omnium majorum Regiæ ditionis beneficiorum Nominatio continebatur: quædam naturâ ſuâ, ſeu qualitate; alia ſitu & regione huic legi eximebantur. Ratione quidem ſitûs quæcumque poſt Carolum VII. regno Francorum acceſſerant, ea Nominationi regiæ ſubjacere Romana Curia negabat. Etenim Concordata Bononienſia veſtigiis Pragmaticæ Caroli VII. Sanctionis in-

*I. Beneficia provinciarum quæ poſt Car. VII. regno acceſſerunt, Concordatis non comprehenſa nominatim.*

hærebant, uti demonſtratum eſt. At Pragmatica Sanctio non niſi Eccleſiarum & Monaſteriorum Regni & Delphinatus meminerat, Delphinatu a regno expreſsè diſtincto, quaſi Delphinatus extra regnum eſſet. Ea diſtinctio, ſive ex pacto, ſive ex illorum temporum errore nata, nullo reverà idoneo fundamento nitebatur. Ut enim Delphinatus, Provincia, cœteræque Burgundici olim aut Arelatenſis regni regiones, ſuos quæque Duces, Comites, Delphinos habuerint: quia tamen ab eo qui alteri ſubjectus ſit, res ſibi à Domino creditas, fideique & adminiſtrationi ſuæ commiſſas adverſus Dominum uſucapi, nulla Iuris ratio patitur; apparet per Boſonem, Viennenſibus viciniſque populis à Carolo Calvo præpoſitum, ejuſque ſucceſſores, ſive Burgundicorum, ſive Arelatenſium Regum titulum affectantes, ſupremum earum regionum dominium à Gallici nominis majeſtate, propter autoris malam fidem, & perduellionis vitium, nullo unquàm Iure avelli potuiſſe. Quin nec Regum noſtrorum conſenſus, ſi quis proferretur, ſummo illi juri quicquam in regni, regumque poſteriorum perniciem ritè detraheret. Quod ad regiorum jurium commoda pertinet, quæ in omnibus ferè imperij Francici provinciis, earum moderatores paulatim, mutatis in feuda patrimonialia præfecturis, & regibus fortè per calamitoſa tempora non omninò reluctantibus, ad ſe traxerunt: Ea cum ad imperij corpus ſucceſſione fœderibuſve reverſa, vel fiſco vindicata ſunt, Regum proventus, non regnum auxerunt. Unde quemadmodum Normannorum Ducum, Toloſanorum, Trecenſiumque Comitum patrimoniis regio adjunctis, non id-

circo eorum titulis, quaſi amplificato regno, ſeorſim uſi ſunt Reges noſtri, Regio, ut anteà, contenti: ſic nihil erat cur adjuncto Delphinatu, aliquod inter hanc cæteraſque regni provincias diſcrimen conſtitueretur. Quia tamen is eorum temporum uſus erat; ſacræ in Regno ac Delphinatu politiæ Pragmaticâ Sanctione datæ ſunt Leges, atque hoc exemplo in Concordatis regiæ Nominationi addicti ſunt Epiſcopatus & Monaſteria in Regno & Delphinatu, Comitatibuſque Dienſi & Valentinenſi conſtituta, nullâ Provincialium aut Britannicorum factâ mentione, licet Provinciæ Comitatus à Ludovici XI. temporibus regno adjectus fuiſſet. Ducatus etiam Britanniæ poſſeſſio ad Ludovicum XII. hinc ad Franciſcum I. vxorio jure perveniſſet. Sic enim in ſubſtantialibus inſtitutis Sanctio Pragmatica everteretur, in acceſſoriis huiuſmodi ſcrupuloſè retenta eſt. Verùm à Leone X. Indulto ſpeciali quod hîc pag. 34. Segmenti 2. inſertum habetur, attributa fuit Franciſco I. facultas, quoad viveret, Nominandi ad utriuſque provinciæ Eccleſias ac Monaſteria; adjecto, extra Concordata, pacto confirmandorum privilegiorum, ſi quæ eius generis Ducibus Britanniæ Comitibuſque Provinciæ conceſſa fuiſſe probaretur. Promiſſum & eidem Breve ſive Indultum Nominationis ad Mediolanenſis Ducatus beneficia.

Præterea §. *per præmiſſa de regia ad Prælaturas nominat.* exceptum nominatim fuerat jus Capitulorum & conventuum ſpecialia, ſibi prælatum eligendi, privilegia à Sede Apoſtolica obtinentium: quæ cum eo pacto à lege Nominationis regiæ exempta eſſent, Rex eadem in his Electionum

*II. Excepta etiam Eccleſia & mon. ſcripto eligendi privilegio ſuffulta.*

mala in dies accidere videns, quæ revocandis cæterorum Electionibus cauſam præbuerant, contentiones ſcilicet rixaſque perpetuas, pacta ſimoniaca, longarum litium ambages, ſumptus infinitos; à Clemente VII. reſcriptum impetravit, quo in gratiam ipſius Franciſci I. dum is in vivis ageret, ſuſpenſo privilegiorum jure, eidem facultas concedebatur, ad eas quoque Eccleſias atque Abbatias nominandi, exceptis ipſius conſenſu Primariis monaſteriis quæ per Generales ſuorum ordinum regi conſueverunt, & vulgò Ordinum capita dicuntur: quorum pleraque cum in provinciis regni limitaneis ſita, fidos regi præpoſitos deſiderare viderentur, horum electionem ipſo non inconſulto, ſed ſub oculis delegati à Rege magiſtratus, celebrari convenit. Franciſco I. ab hac luce ſubtracto, poſt plura temporaria Indulta, Henricus II. à Iulio III. & poſtremò quandiu ipſe Henricus vitam duceret in humanis, aliud Indultum obtinuit: quod Pius III. in Franciſci II. & Caroli IX. gratiam renovavit. Pij hæc poſterior Bulla quarto idus Maij an. 1564. data, fusè quæ in hoc negotio geſta erant, complectitur: Ejus exemplum mecum ab erudito amico eſt communicatum, authenticum in regio apud Fontem Blaudi Muſæo aſſervari audio.

*III. Indulta Nomin. ad Britann. & Prov. Benef.*

Itaque licèt Reges Chriſtianiſſimi ſuum illud Nominandi jus ad omnium ditionum ſuarum Eccleſias Cathedrales ac Monaſteria & Prioratus Conventuales Electivos porrigi debere contenderent: tamen in Britanniæ Ducatus, inque Comitatus Provinciæ Eccleſiis & monaſteriis, tollendæ omnis dubitationis causâ, renovatis ſubin-

de Indultis hactenus uſi ſunt. Idem factitatum eſt in Sabaudiæ ac Pedemontij majoribus beneficiis, quo tempore à Regibus noſtris regiones illæ poſſidebantur. Nam Iulius III. Facultatem Henrico II. indulſit, ei parem quam Nicolaus V. Ludovico Sabaudiæ duci, atque hujus ſucceſſoribus inſequentes Pontifices anteà conceſſerant: quod jus poſt reſtitutas Sabaudis Principibus provincias ſuas, in eoſdem tranſlatum eſt. Catholicos quoque Hiſpaniæ reges pari indulto donavit, an 1523. Hadrianus VI. quod exemplum ſequuti ſunt Pontifices reliqui.

IV. *Ad Lotharingica.* At feliciter apud nos regnantis Ludovici XIV. victoriæ jus illud ultra priſtinos fines produxerunt. Cum enim pace inter eum & Ferdinandum III. Imperatorem anno 1648. die 24. Octobris, Monaſterij Veſtphalorum, compoſitâ, ejuſque cap. 66. cautum fuiſſet ſupremum dominium in Ciuitates & Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem & Virdunenſem, jam ab Henrici II. temporibus à Francis, patrocinii jure, poſſeſſos, in poſterum ad Coronam Galliæ ſpectare debere: Alexandri primùm VII. reſcripto anni 1664. Regi noſtro, quoad viveret attributa eſt facultas perſonas idoneas ad trium illarum Civitatum Eccleſias Nominandi: quod poſteà ius Clemens IX. die 23. Martii an 1668. ampliavit, edito in gratiam Francorum regum Indulto perpetuo Nominationis ad omnia illorum Epiſcopatuum ſecularia & regularia beneficia, præterquam ad parochiales Eccleſias, officiaque clauſtralia, & S. Io. Hieroſolymitani Hoſpitalariorum. Quæ quidem Indultorum brevia, cum aliis Indultis, Regiiſque ad ea literis, in

acta Prætoriani conſilii relata ſunt, & curâ V. I. Lud. Franciſci Hennequini generalis in eo conſilio Procuratoris regii, nuper edita.

*V. Ad Ruſcinonenſia & Belgica.*

Pacis verò ad Pyrenæos 7. Novembris anno 1659. initæ articulo 35. & 41. Atrebatenſi vrbe ac civitate, itemque art. 42. & 43. Ruſcinonenſi regione cum appendicibus ſuis, cumque omnibus ad eos ſpectantibus ſacris & profanis iuribus à Rege Catholico in Chriſtianiſſimum tranſcriptis, Clemens IX. Indultis duobus 9. Aprilis anno 1668. emiſſis, eidem Chriſtianiſſimo Regi, eiuſque ſucceſſoribus, tum ius patronatus ac præſentandi perſonas idoneas ad Eccleſiam Elnenſem (quæ Epiſcopalis eſt Ruſcinonenſium Sedes) atque ad monaſteria conſiſtorialia intra fines locorum per eum tractum poſſeſſorum, etiam apud Romanam curiam vacatura: tum etiam ius Nominandi ad Atrebatenſem Eccleſiam competere decrevit: quæ Indulta hic inſerta ſunt à Segmenti 2. pagina 58. Denique invictiſſimus Rex ab eodem Pontifice par ius in Eccleſiam Tornacenſem 27. Auguſti an. 1668. obtinuit, eâ Civitate pro Reginæ in Belgicas provincias iuribus, eorumque parte, anno ſuperiore expugnatâ, eiuſque omni Iure ab Hiſpanis abdicato fœderis die 2. Maii eiuſdem anni apud Aquiſgranum initi tabulis, art. 3. & 4.

*VI. Brevia de non vacando.*

Sed quoniam Epiſcopatus & Monaſteria per poſſidentium obitum apud Sedem Romanam vacantia à iure regiæ Nominationis per Concordata, *tit. de reg. ad prælatur. nomin. § de eorumdem, & §. Monaſteriis verò*, vt & per ſubſequentia Indulta, excipiuntur: ideo Nominationis tempore ſibi caveri Rex curat per Breve

Apoſtolicum, quo exceptioni antè dictæ Pontifex derogat: conceditque ut etiamſi beneficia, hæc vel illa, certæ perſonæ, Cardinalis purà ad ea nominati, morte, in Curia vacent; ea tamen niſi perſonæ quam Rex nominaverit, conferri à Pontifice nequeant. Eiuſmodi Reſcripti formula exſtat *pag.* 12. *Segmenti iam dicti.* Sed hæc aliter obtinebant ante Concordata, cum nec Epiſcopatus nec Abbatiæ in Curia vacare cenſerentur, ſed ab ordinariis electoribus ad eas dignitates promoveri prælati ſolerent.

VII. *Monaſteria adhuc Electiva.* A Generalibus ſuis præpoſitis reguntur Primaria Monaſteria quæ vulgo *Capita Ordinum* appellantur. Cuiuſmodi plura, ni fallor, in Gallia quàm in alia ulla Chriſtiani orbis regione occurrunt. Ex his ſub D. Benedicti Regula militant, *Cluniacum* in Diœceſi Matiſconenſi, *Grandimontium* in Lemovicenſi, *Ciſtercium* in Cabilonenſi, *Vallis Caulium* in Lingonenſi, *Fons Ebraldi* in Pictavenſi: Regulam verò D. Auguſtini ſequuntur Abbatiæ *ſancti Antonij* Viennenſis, & *ſancti Rufi* in Valentino Epiſcopatu, *Præmonſtratum* in Laudunenſi, *Cervi Frigidi* in Meldenſi religioſa domus (unde originem ducit Ordo ſanctiſſimæ Trinitatis ad Redemptionem Captivorum inſtitutus), & *Vallis Scholarium* in Diœceſi Lingonenſi. At *Cartuſia* in Gratianopolitana Diœceſi propriam ſibi Regulam ſervat. Hæc ferè omnia, tum aliis decretis, tum præſertim edicti Bleſenſis anni 1579. cap. 3. à lege Regiæ Nominationis exempta ſunt, unà cum primis Ciſtercienſis Ordinis Cœnobiis, quas Ciſtercij filias vocant. Henrici III. verba hæc ſunt in ea Conſtitutione. *Pour reſtablir, conſerver, & entretenir l'eſtat Regulier*

*& Diſcipline Monaſtique, voulons qu'advenant vacation des Abbayes & Monaſteres qui ſont Chefs d'Ordre, comme* Clugny, Ciſteaux Premonſtré, Grammont, le Val des Eſcoliers, Saint Antoine de Viennois, là Trinité dit des Maturins, le Val des Choux, *& ceux auſquels le droit & privilege d'Election a eſté conſervé: & ſemblablement és Abbayes & Monaſteres de* Saint Edme de Pontigny, la Ferté, Clervaux, & Morimont, *appellez les quatre premieres Filles de Ciſteaux; y ſoit pourveu par Election des Religieux profés deſdits Monaſteres, ſuivant la forme des ſaints Decrets & Conſtitutions canoniques.* Omiſſa hîc ſunt Monaſteria Fontis-Ebraldi, ſancti Rufi, & Carthuſiæ: ſed hujus quidem jus illibata religioſi inſtituti ſeveritas integrum ſervaſſe videtur: Fontem Ebraldi ſexus muliebris, per quem regitur, infirmitas, ac diuturnus uſus Regio Iuri ſubjecit: Sancti Rufi cauſam ea omiſſio, aut aliunde perſpecta Iura regia, dubiam fecere. At Vallis Scholarium Cœnobium pontificiâ, regiaque autoritate, adjunctum eſt anno 1646. Congregationi Gallicanæ Canonicorum Regularium, Pariſiis apud ſanctam Genovefam erectæ, operâ Franciſci Rupifucaldij Cardinalis, ad viſitanda & reformanda Monaſteria, domos, & loca Regularia Ordinum ſancti Benedicti, ſancti Auguſtini, Ciſtercienſis, & Cluniacenſis à Sede Apoſtolica delegati. Caſalis quoque Benedicti cœnobia, unde Ordinis Benedictini reformatio ſuperiori ſeculo cœperat, Congregationi ejuſdem Ordinis, poſteà ſub nomine ſancti Mauri conſtitutæ, acceſſerunt. Ciſtercienſis autem Ordinis Monachos ad priſtinæ aſperitatis obſervationem reducere, ut ante annos ſe-

rè quingentos Vallis Caulium ſodales, ſic ab octoginta circiter annis, alij atque alij tentarunt: in quibus Ioannes Barreria Fulienſis Abbas diſtinctam inſtituit Fulienſium familiam, cui ſuus præeſt Abbas Generalis ſingulis trienniis eligi ſolitus: qui uſus in cæteris quoque reformatorum Congregationibus viget. Itaque hodie præter Ordinum Capita antè relata, priſcum Electionis Ius (ut à peritis cujuſque Ordinis religioſis accepi) retinent quæ ſequuntur Monaſteria.

## *Syllabus Monaſteriorum Ius Electionis in Gallia retinentium.*

*Ex Ordine Ciſtercienſi, præter Ciſtercium ipſum in Diœceſi Cabilonenſi:*

Primæ quatuor filiæ Ciſtercij.
Firmitas, *la Ferté*; Diœceſis Cabilonenſis.
Pontiniacum, *Pontigny*; Diœceſis Autiſſiodorenſis.
Clara-vallis, *Clervaux*; Diœceſis Lingonenſis.
Morimundum, *Morimont*; Diœceſis ejuſdem.
& prætereà
Caſtellio, *Chaſtillon*; in Diœceſi Virdunenſi.

*Ex Ordine Præmonſtratenſi, præter ipſum Præmonſtratum in Diœceſi Laudunenſi.*

Dommartinum, aliàs Mon. ſancti Iudoci

in nemore. *Saint Ioſſe de Dammartin.* in Arteſia, Diœceſis Ambianenſis.
Monaſterium ſancti Andreæ in nemore. *Saint André au Bois*, in ead. Diœceſi & Comitatu Arteſiæ.
Ionvillare, *Ss.* Petri & Pauli, *Ianvillers*, in Ducatu Barrenſi, Diœceſi Virdun.
M. Sancti Remigij Vallis Dei, *la Vau Dieu*: Diœc. Remenſis, in principatu Caſtri Reginaldi.
M. B. M. Bonæ ſpei, *N. D. de Bonne eſperance*, Diœceſis Cameracenſis in Hannonia.
Caſtellum Mauritaniæ, *Ch. de Mortagne*, Diœceſis Tornacenſis in Flandria.
M. Sancti Nicolai Furnenſis, *de Furnes*, in Flandria & Iprenſi Diœceſi.

## *In Benedictina Congregatione ſancti Mauri.*

Congregationis Caſalis Benedicti quinque domus.
M. Caſalis Benedicti, *Chezau-Benoiſt*, Diœceſis Bituric.
M. Sancti Sulpicij Bituricenſis, *Saint Sulpice de Bourges.*
M. Sancti Vincentij Cenomanenſis. *Saint Vincent du Mans.*
M. Sancti Martini Sagienſis. *Saint Martin de Sais.*
M. Sancti Illidij Claromontenſis. *Saint Allire à Clermont.*
ac deinde Benedictinis à Lud. XIII. conceſſum
M. Sancti Auguſtini Lemovicenſis. *Saint Auguſtin de Limoges.*

## *In Congregatione Fulienſi.*

Monaſt. S. M. Fulienſis *de Fueillens*, in Diœceſi Rivenſi, caput Congregationis.

M. ſancti Martini, in ſuburbio Lemovicenſi, *Saint Martin de Limoges*.

M. Sancti Euſicij de Cellis, in Diœceſi Bituricenſi, *Celles en Berry*.

At M. S. M. de Valle, *du Val*, Diœceſis Pariſienſis, extinctâ Abbatiâ, unitum eſt Monaſterio Pariſienſi.

In Monaſteriis fœminarum anteà Electivis locum habet Regia Nominatio, abrogato Aurelianenſis Conſtitutionis art. 3. De his autem omnibus conſulendus. Ren. Chopinus, in libris Monaſticon, de ſacra Politia, & de Domanio Gallico, non uno loco, aliique. De Indultis Nominationis ad Britannicos cæteroſque eius generis Epiſcopatus atque Abbatias tractat etiam Arnaldus Oſſatus Cardinalis pluribus ad Nic. Villaregium Epiſtolis Gallicè ſcriptis.

## *DE INDVLTIS Nominationis regiæ ad vacatura beneficia in gratiam DD Cancellarij & Senatorum Pariſienſium.*

CAP. IX.

HVjus Indultorum generis autor vulgò creditur Eugenius IV. inſtaurator Paulus III. Verùm antiquiorem eſſe ejus I. *Uſus antiquior.*

rei originem teſtatur Lucius *placitorum Curiæ lib.* 4. *tit.* 12. fidemque faciunt Senatus Pariſienſis tabularia ſeu Regiſtra. Ex his quippe diſcere licet jam anno 1303. Kal. Septemb. conſcriptum fuiſſe Præſidum ac Senatorum Catalogum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittendum; quò eis gratiæ expectativæ concederentur: eodem ſcilicet more quo ab Academia Graduatorum Catalogus conficiebatur, ſummo Pontifici pari ex cauſa nominandorum. Hunc uſum inſequuto tempore viguiſſe credibile eſt. Leguntur certè & ſæpiùs Romam eam ob rem legati Senatores, veluti annis 1410. & 1412. & memorantur Alex V. Ioan XXIII. & Martini V. Pontificum Bullæ annis 1413. 1414. 1418. & 1428. editæ, quibus privilegium Nominationis Regi pro familiaribus ſuis ac Senatoribus tribuebatur, ad aſſequenda, etiam ante cæteros expectativis gratiis donatos, beneficia. In his Martinus regni Cancellario, Præſidibus, & Conſiliariis, Magiſtros libellorum ſupplicum, & cum Parlamenti Scribis ac Notariis, Advocatos fiſci, tanquàm Senatus membra nominatim addidiſſe fertur. At Eugenij IV. duo ejus generis reſcripta proferuntur: alterum anni 1434. quo Parlamento apud Pictavos, propter occupatam ab Anglis Lutetiam, ſedenti, Ius illud annuit petente Carolo VII. alterum quadriennio poſt in gratiam ejuſdem Senatus jam Lutetiam regreſſi.

*III. Hujus Indulti certior conſtitutio.*

Verùm quoniam, ob Baſileenſis Concilij & Eugenij rixas, hoc ejus beneficio nequaquam uſa fuerat ſuprema Curia: ideò Franciſcus I. à Paulo III. anno 1538. in Nicæenſi colloquio novum ea de re Indultum impetravit, cuius exemplum ex Fontanone

ac Chopino huic Collectioni eſt inſertum pag. 1. Segmenti poſterioris.

Ea tamen Paulina Bulla plura habebat adiuncta incommoda, quibus Regia ex Indulto Nominatio, Senatoribus ſæpe inutilis reddebatur: tum quòd ab illis ad Regularia beneficia non niſi Regulares, & ſic plerumque extranei, nominari poterant: tum quòd Parochiales Eccleſiæ, eæque rurales, plerumque à Collatoribus aſſignabantur, quas adminiſtrare Senatorii muneris functiones vetabant: tum denique quòd ad Senatorium illud Ius replendum, ſive extinguendum, tenuior quàm pro temporum & perſonarum conditione, nimirum ducentarum librarum Turonenſium reditus ex Paulina illa lege ſufficiebat. Qua propter poſtulante Rege noſtro Clemens tandem ix. Edicto ſuo dato ante diem xvi. Kal. April. an. 1667. quod pagina 3. ibidem habetur, hiſce incommodis remedium allaturus, conſtituit ut Senatoribus Regularia beneficia iam commendata in commendam Iure regiæ nominationis habere liceat, nec illi Parochiales eiuſmodi Eccleſias, nec alia beneficia infra ſexcentarium librarum annuum proventum, accipere impoſterum cogantur. De his Indultis videndus imprimis Chopinus lib. 1. de doman. & alibi. *III. Ejuſdem ampliatio.*

## *DE INDVLTIS Cardinalium, iiſque quæ aliis eorum exemplo conceduntur.*

CAP. X.

INdultum Cardinalitium ex Felino *in Indulta cap. his quæ xi. ex. de majorit. & obed. Cardinaliũ.* *I. Quid ſint*

eſt ampliſſimum privilegium conferendi beneficia, non obſtantibus expectativis & reſervationibus, ſacri Collegij proceribus à Sede Apoſtolica conceſſum: ut videlicet omnia beneficia, ratione Eccleſiarum ſuarum, ac dignitatum, quæ ſive in titulum, ſiue in commendam obtinent, ad ipſorum collationem aut præſentationem pertinentia, liberè idoneo clerico poſſint concedere: ita ut de beneficiis ad eorum collationem ſpectantibus Papa diſponere ipſis invitis nequeat. Ab Anaſtaſio Germonio, qui de Indultis hujuſmodi fusè ſcripſit in commentario ad Indultum Sixti V. Hieronymo Cardinali Roboreo vulgò de Ruvere, collatum, an. 1586. definitur hoc Indultorum genus, Remotio impedimenti, quod per Regulas Cancellariæ Romanæ, & Præventiones Apoſtolicas, ordinariis collatoribus infertur.

*II. Eorum uſus ut pacto firmatus.* Horum Indultorum uſus, ante ducentos ſaltem annos Sixti IV. conceſſione receptus fuiſſe memoratur: ſed anno 1555. certo jure invaluit ex compacto inter Cardinales inito in Conclavi in quo electus eſt Paulus 4. cujus ea de re Edictum, petentibus Cardinalibus Vindocinenſi, Borbonio, Guiſio, Turnonio, Lotharingo, Bellæo, Lenuncurio, ſancti Georgii, Ferrarienſi, Farneſio, Annebaldo, Caſtellionaeo, Armaniaco, Givrio, in Prætoriani Conſilii audientia promulgatum, inque eius acta relatum fuit. In eo duo ſunt maximè notanda, quòd nimirùm quibuſcunque de cauſis, præterquam ob veram, actualem, & continuam ipſius Pontificis pro tempore exiſtentis Commenſalitatem, reſervata, liberè nihilominus à Cardinalibus conferri permittantur: quodque nec Indultis ipſis, nec

Regulæ de infirmis reſignantibus in eorum damnum à Pontifice derogari poſſit.

Eorum formulæ indicandæ causâ, tria hic Indulta referuntur, Segmenti poſterioris pag. 12. & ſeqq. Primum in gratiam Ioannis Lotharingi an. 1530 à Clemente VII. Secundum & Tertium ampliata, pro Hippolyto Ateſtino Cardinali Ferrarienſi à Paulo V. an. 1555. & pro Armando Ioannis Cardinali Richelio ab Vrbano VIII. an. 1629. edita. Primi præcipuæ clauſulæ ſunt ut Regularium Beneficiorum, præterquam monaſteriorum conſiſtorialium, commendam continuare liceat, utque apud Sedem Apoſtolicam vacantia, (præter Eccleſias Cathedrales & Conſiſtorialia monaſteria) ſine illorum expreſſo, per ſe, vel per procuratorem, conſenſu, conferri nequeant: ii verò, quibus conceſſa fuerint beneficia Sedi Apoſtolicæ reſervata, quæ reditum 24. ducatorum excedant, novas eorum proviſiones, ſi ultra montes ſita ſint, intra octo menſes, iuribus Cameræ Apoſtolicæ perſolutis, impetrare teneantur. Secundo exprimitur ut Pontificiis mandatis non obſtantibus, beneficia liberè à Cardinali conferantur. In Richeliano novum occurrit, quod in titulum à Regularibus poſſeſſa beneficia Clerico ſæculari ex cauſa & ſub lege reſtaurandorum ædificiorum ſemel commendare permittitur.

IV. *Indulta ad inſtar Cardinaliũ.*

Exemplo Cardinalium, aliis Prælatis, Clericiſque illuſtribus, par privilegium aliquando ex ſingulari gratia indulgetur. Sic anno . . . . . celſiſſimus Armandus Borbonius Princeps Contius, tunc ſancti Dionyſii Abbas, non multùm abſimile Richeliano Indultum obtinuerat. Non disparibus nunc quoque, à Clemente IX. impe-

tratis, gaudent inter cæteros illuſtriſſimi Philippus Vindocinus Abbas ſancti Victoris Maſſilienſis, & Vindocini; Carolus Mauritius le Tellier ſancti Benigni Divionenſis, S. Stephani Cadomenſis, Bretolij, & Latiniaci Abbas, nunc Remenſis Archiepiſc. Coadiutor; Iulius Paulus de Lionne maioris monaſterii, Iacobus Nicolaus Colbert Becci, & Philippus Sabaudus ſancti Petri Corbeienſis, & ſancti Medardi Sueſſionenſis Abbates, ac tandem ſereniſſimus Poloniæ Rex Ioannes Caſimirus, Abbas Fiſcanenſis aliorumque Monaſteriorum, cuius Indultum loco formulæ ſubiecimus Segmenti 2. pag. 29.

## DE COLLATIONIBVS in Britannia & Provincia.

### Cap. XI.

CHriſtiani orbis regiones in rebus Eccleſiaſticæ diſciplinæ partim priſcis moribus & veterum Conciliorum Canonibus, tenaciùs inhæſere, non admiſſis vſquequaque, ſed uſu, aut ſpeciali pacto temperatis novis Pontificium Conſtitutionibus & Curiæ Romanæ inſtitutis, ut Gallia ferè omnis, & ex parte Venetia: partim extravagantes & Romana quævis conſtituta, licèt corpore iuris non comprehenſa, ſine diſcrimine (ſaltem in pleriſque) obſervant, velut Italia, Hiſpania, Germania, aliæque nationes. Has vocant patrias obedientiæ Curiæ Romanæ, in quibus Ducatum Britanniæ ac Provinciæ comitatum numerant, quæ Concordatorum iure non utuntur.

Hac de cauſâ in Britannia minori, & provincia Provinciæ viget Regula 9. Cancellariæ Romanæ, quâ Pontifici maximo reſervatur Collatio quorumvis & quocumque loco exiſtentium Beneficiorum aliter quàm per Reſignationem vacantium octo anni menſibus, Ianuario nimirum, Februario, Aprili, Maio, Iulio, Auguſto, Octobri & Novembri: reliquis tantùm quatuor ordinariorum collationi, ac præſentationi permiſſis. Excipit ea Regula Cardinalium jus, & eorum qui Concordatis reguntur, Gallorum nempe, qui extra Menſes quatuor Graduatis aſſignatos liberè omnino conferunt, & Germanorum qui, ut antè obſervatum eſt, ſex menſes liberos habent ipſo jure.

*II. De menſibus in ea Pontifici reſervatis.*

Verùm in ipſa quoque meræ obedientiæ patria, Epiſcopis in Eccleſia ſeu Diœceſi ſua reſidentibus, aſſiduitatis illius favore, conceditur Collatio beneficiorum ad liberam ipſorum diſpoſitionem pertinentium, quæ aliquo è ſex menſibus, putà Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, Octobri, Decembri, vacaverint. Sed qui gratiam ejus cum Pontifice alternativæ collationis acceptare voluerint, acceptationem illam ſcripto declarent oportet, literaſque ea de re in urbem ad Datarium ſuæ ſanctitatis tranſmittant. Atque hoc Iure apud nos utuntur Britannici & Provinciales Antiſtites. Formulam acceptationis habes Segmenti poſterioris pag. 130. Eoque ſpectant Henrici II. Edicta quæ apud Fontanonem, & in probationibus Libertatum habentur, de tuendis Eccleſiæ Romanæ in Britannia & Provincia Iuribus: Eorum præcipuum Latinè conceptum ibidem inſeri curavimus pag. 54. Vid. Oſſatum non unis ſuæ apud Pontificem legationis literis.

*III. De alternativa reſidentium Epiſcoporum Collatione.*

## DE LEGATORUM Pontificiorum in Gallia poteſtate.

### CAP. XII.

*I. De Facultatibus Legatorum in genere.*

Cardinalibus Sedis Apoſtolicæ Legatis, qui à latere dicuntur; Pontificiæ penè par iuriſdictio mandatur, tribuiturque litium decidendarum, conferendorum Beneficiorum, Diſpenſationum concedendarum, Reformandorum ſtatutorum, & collegiorum, ampliſſima poteſtas: cujus non exigua pars Ordinariis quoque Pontificum Nunciis permittitur, & hæc omnia in patria obedientiæ valent.

*II. Modus iis in Gallia imponi ſolitus.*

Sed quoniam his mandatis multa continentur Gallicæ Eccleſiæ regnique Iuribus, & moribus noſtris contraria: idcirco apud nos eatenus tantùm valent, quatenus regio reſcripto ad ſupremas curias miſſa, ab his ad regni & Eccleſiæ noſtræ uſum rediguntur. Modus ergo pluribus eorum Mandatorum articulis, quibus Legatorum Facultates continentur, à Senatu imponi ſolet: non quò debito Sedi Apoſtolicæ obſequio detrahatur, ſed ne quid adverſus pacta inter eam & Regnum inita, aut receptos Iamdiu Canones moreſve fiat. Quin nec niſi volente Rege à Pontificibus mittuntur, aut ſibi permiſſam poteſtatem exercent Legati: quam in rem ei fidem ſuam ſcripto adſtringunt: ut Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ cap. 11. Pithæus tradidit, confirmatque ejus interpres ibidem, & Probationum collector cap. præſertim

23. Debent prætereà Regiſtra & ſigillum Legationis ſuæ apud Senatores à curia delectos relinquere, alioqui eorum Codicillis nulla fides in Iudicio habetur. De his duo paucos ante annos commentarij Gallicâ linguâ prodierunt, eruditis, quoſcunque auctores habeant, non improbati. Sed de toto Legatorum Pontificiorum apud Gallos Iure unus inſtar omnium conſulendus Ill. Petr. Marca Pariſienſis Archiepiſcopus lib. 5 de Concordia Sacerdotij & Imperij, cui notas ſuas eruditâ diligentiâ addidit Steph. Baluzius. Mihi ſatis eſſe viſum eſt ſi formularum loco ea mandata Legationum in hanc collectionem conferrem, quæ accuratiùs circa ea explicando Gallico Iuri cauſam Senatui præbuere. In iis eminet Bulla Facultatum Hieronymo ſancti Georgij in Velo aureo Cardinali à Paulo III. conceſſarum, quæ pag. 59. & ſeqq. habetur, adiecta ſingulorum articulorum ſummâ, & ampliſſimo ad moderandum eorum uſum Senatuſconſulto, diei 25 Iunij an. 1547. quod uno & viginti capitibus conſtat. Subiecimus & pag. 100 mandata Em. Flavio Cardinali Chiſio ab Alexandro VII. patruo ad Regem Legato data, cum eorum probatorio S. C. ad ea temperanda paucis multa complectente.

## DE AVENIONENSI *Legatione.*

### CAP. XIII.

*I. Legationis huius origo.*

EX quo Raimundi Comitis Toloſani, quaſi Albigenſium hæreticorum fau-

toris condemnatione, Venuxinus Comitatus; pacto Ioannæ Neapolitanæ Reginæ Civitas Avenionenſis Eccleſiæ Romanæ quæſita eſt, cum ejus intra Provinciam Arelatenſem tractus Dominio; Pontificibus Romam regreſſis, Avenio Rectores ab urbe accepit, qui ut in cæteris Eccleſiæ terris, Legati vocantur, iiſque abſentibus Vicarij ſub Vicelegatorum nomine præſunt.

*II. Eius fines.* Hi cum civili adminiſtratione coniunctam habent ſacram Iuriſdictionem, tanquàm Apoſtolici Legati. Eorum autem ſpiritalis poteſtas Provinciæ comitatu coercetur, nec vulgo ultra Eccleſiaſticas Provincias Aquenſem & Arelatenſem protenditur: quanquàm Georgius Ambaſius coniunctâ Francica & Delphinali Legatione cum Avenionenſi, hanc ad finitimas provincias extendiſſe videatur; & Legati Avenionenſes nonnulli, non modò in Delphinatu ac provinciis Viennenſi & Ebrodunenſi; ſed etiam in Narbonenſi Occitaniæ provincia ius ſuum, conſenſu regum, eorumque in Senatibus Gratianopolitano ac Toloſano literis publicatis, ius ſuum exercuiſſe legantur. Verùm hæ provinciæ non ideo appendices Avenionenſis Legationis habitæ ſunt: Sed in iis quaſi diſtinctâ Legatione Iuriſdictio exercita.

*III. Iuriſdictio limitata.* At ne ultra limites Avenionenſis tractûs hi Legati, aut eorum Vicarii pleniſſimâ Iuriſdictione Italico more uterentur, certis Cancellis eam includi placuit, pactis Conventis à Ludovico Rocacoardio Epiſcopo Santonenſi, Ambaſii Cardinalis locumtenente, & Gubernatore Avenionenſi, cum Aquenſi Parlamento eiuſve Legato Melchiore Seguirano initis, die 8. Maii an.

1505. quæ ex Bibliotheca Illuſtriſſimi Ioannis Baptiſtæ Colberti exſcripta, infrà pag. 123. poſterioris Segmenti adſcripta ſunt: quæque anno ſequenti, inter Legatos eiuſdem Curiæ ac Franciſcum de Stagno Epiſcopum Rutenenſem, eiuſdem Cardinalis Vice Avenionenſem Gubernatorem, renovata & confirmata fuerunt.

## DE REGALIA, *aliiſque Iuribus Regiis, circa res Eccleſiaſticas.*

### CAP: XIV.

GEnerali Regalium nomine intelliguntur. Iura imperii ſumma, quæcumque Regibus aut Imperatori competunt, & ſupremæ principum maieſtati cohærent, *les droits de ſouveraineté*. Ea in maiora & minora diſtinguuntur: quorum illa dignitatis ſunt, nec facilè communicari poſſunt: hæc in fructu conſiſtunt, & ferè cum feudis regalibus transferri ſolent: atque ad hæc, magna ex parte, referenda ſunt quæ recenſentur in *cap. quæ ſint Regalia, lib. 2. feudor.* De Regalibus eiuſmodi ſpecialem tractatum edidit Sixtinus I. C. Deque iis præter cæteros diſſerit Henr. à Roſenthal tractatus *de Iure feudali c. p. 5.* *I. Quid ſint Regalia in genere.*

At noſtri homines Regaliæ, aut Regaliorum nomen ſtrictiùs accipiunt, pro iure quod, more ab ipſis regni propemodum incunabilis recepto, Regibus Chriſtianiſſimis competit, vacuorum Epiſcopatuum fructus per œconomum percipiendi, atque admi- *II. Quid Regalia Francica.*

niſtrandi; & quoniam collatio Beneficiorum in fructu eſſe cenſetur, quocunque modo vacantia beneficia, quandiu Sedes vacant, loco antiſtitum conferendi: non quidem omnia; ſed ea quibus animarum cura & Sacramentorum adminiſtratio non incumbit. Eſt enim duplex Regalia, temporalis quæ proventuum commodum; & ſpiritalis, quæ beneficiorum continet collationem. Utraque in Abbatiis iamdiu locum habere deſiit.

*III. Iuris huius firmamenta.* An Feudi, an Patronatus Iure, an vetuſto dumtaxat uſu hæc Regalia nitatur, diſquirere non eſt huius loci. De ea hæc pauca obſervare ſufficiet. Primò D. Ludovicum, cuius perſpecta orbi univerſo ſanctitas eſt, eo iure non ſecus ac ipſius maiores, ſucceſſoreſque liberè uſum eſſe, atque illud ius à Clemente IV. & Gregorio X. imò & anteà ab Alexandro III. in Angliæ regum, Gallicis moribus ex Normannica origine imbutorum, perſona, agnitum; Lugdunenſis 2. Concilii œcumenici decreto, quod habetur *in cap. generali* 13. *de elect. in vi.* probatum, ſive tanquàm ex Eccleſiarum fundatione ortum, ſive tanquam antiquâ conſuetudine ſubnixum: prætereà & in celeberrimo Eccleſiæ Gallicanæ conventu firmatum fuiſſe, ut videre eſt *in §. item quod dicta, de annat. in Pragmat. Sanct.* & à Ioanne Andreæ homine Italo, ac Ioan. Monachi, Regibus noſtris cæterà infenſo, aliiſque Iuris Canonici priſcis interpretibus defenſum: Vndè facilè corruit omnis Boëtii Eponis Duacenſis Profeſſoris conatus, hoc Ius Regibus Chriſtianiſſimi eripere contendentis, *lib. 1. heroicarum & eccleſiaſt. quæſt.*

*IV. Privi-* Deinde ſciendum eſt Regem ita in Epiſ-

copi locum Sede vacante, ſuccedere, ut tamen pinguiori Iure utatur, & longè meliori conditione beneficia conferat, cum nec Regularum Cancellariæ, (niſi quatenus æquitate naturali nituntur) nec Præventionum, aliiſve Curiæ Romanæ vinculis obſtrictus teneatur, ſed Pontificis privilegiis gaudeat: qualia Arnulfus Ruzæus, in tractatu Iuris Regaliæ, ac Probus in ſupplemento collegerunt, quorum ſumma in 2. Segmento hîc habetur pag. 133. & ſeqq. quanquam in Privilegio 24. lapſum eſſe Ruzæum oſtendit Deſid. Heraldus de rer. Iudicar. autorit. lib. 2. cap. 19. *legia in genere.*

Præterea obſervandum eſt Senatus Pariſienſis, qui ſolus de Regalia cognoſcit, celebre Decretum anno 1608. factum, quo pronunciatum eſt in Bellicenſi, de qua tunc agebatur, & generaliter in omnibus regiæ ditionis Eccleſiis, Iuri Regaliæ locum eſſe. Verùm cum ea de re Cleri Gallici Agentes generales conquererentur, dicerentque hactenus in Occitania, Aquitaniæ magna parte, Provincia, aliiſque regionibus, Reges eo Iure nunquam uſos eſſe, & Henricum IV. non niſi in iiſdem Eccleſiis in quibus Regalia illa certo uſu deceſſores eius ſibi vindicaſſent, iis uſurum Edicto anni 1606. declaraſſe: omnes primò ea de cauſa motæ lites ab eodem Rege ad Conſilium aulicum evocatæ ſunt, earumque poſteà deciſio, donec plenius tota res cognoſceretur, in annum prorogata, edicto declaratorio anni 1609. quod hîc pag. 144. exſcriptum eſt. Quæ ſuſpenſio variis eiuſdem ſacri Conſiſtorii decretis ſubinde prolata eſt, ut videre licet pag. 145. & ſeqq. ita ut adhuc ſub Iudice lis ſit, Iuſſo Regio Procuratore generali, inſpectis cauſæ inſtrumentis, ſuam regi- *V. In quibus Eccleſiis locum habeat.*

ſententiam ſignificare, ac Ill. V. Ludovico Boucherario Commiſsâ totius negotij apud Regem relatione.

*VI. De fructibus Sedium vacantium.*

Epiſcopatuum vacantium Rex fructus lucratur, donec ipſi à novo Epiſcopo datæ poſt conſecrationem fidei Sacramentum apud Rationalium Curiam, quam vulgo Cameram computorum vocant in acta relatum ſit: quorum idcirco rationes eo in auditorio expunguntur. Verùm ea fuit Chriſtianiſſimorum Regum moderatio ut hoc emolumentum à Car. VII tempore in ſacri Sacelli Pariſienſis Canonicorum Collegium tranſtulerint. Sed cum convenientius eſſe videretur, ſi reditus illi vacantis Epiſcopatus futuro ſucceſſori reſervarentur, prodiit an. 1641. Ludovici XIII. Edictum, pag. 153. inſertum, quo, ut novis Epiſcopis commodum illud reſtitui poſſet, his fructibus in fiſcum revocatis, Theſaurario & Canonicis ante memorati Sacelli, ſancti Nicaſij Rhemenſis Abbatia, eorum loco, attribuebatur. At cum hi Abbatiæ illius proventus minores eſſe aſſeverarent, quàm ut luminaribus cæteriſque Sacelli ſumptibus ſufficerent; Rationales præterea Ius illud percipiendorum fructuum ſummi eſſe imperii, nec à Regis perſona ſejungendum, oſtendiſſent: Ludovicus XIV. Edicto anni 1644. quod extat pag. 156. Ius illud percipiendorum, Sede vacante redituum Epiſcopalium ad ſe recepit, eâ mente ut ſucceſſori cuique liberaliter gratificari poſſet; ac ne ſancti Sacelli Collegium quicquam ex eo detrimenti caperet, Iuſſit neceſſariarum impenſarum quotannis rationem iniri, ut quod ad eas faciendas fructibus Abbatiæ ſancti Nicaſii deeſſet, id è fiſco ſuppleretur. Quod ad Britannicos Epiſcopatus, eorum-

que pendente Regaliâ fructus, & Iuſiurandum ab Epiſcopis Regi præſtandum attinet, eorum cognitionem ſibi aſſeruerunt Rationales Nannetenſes, extatque illorum defenſio Gallicè ſcripta ſub titulo *Belle & curieuſe Recherche de la Iuriſdiction ſouveraine de la Chambre des Comptes de Bretagne ſur le fait de la Regale.* Cauſam tamen apud Regem obtinuere Pariſienſes Rationales. De Iure autem Regaliæ in genere præter antè Citatos, ac Ægidium Magiſtrum Primum Pariſienſis olim Senatus Præſidem, & Gallicos rei Beneficiariæ ſcriptores, legendi VV. Ill. Petri Poncet Conſiſtoriani Comitis, & Petri de Marca Pariſienſis tandem Archiep. ac Fr. Florentis, breves, ſed erudici tractatus.

VII. *Reliqua Iura Regia à quibus explanata.* Reliqua Regum Chriſtianiſſimorum jura perſequi longum eſſet, nec Præfationis ſed ingentis res operis. Aliquam eorum ideam à Ioan. Feraldo & Carolo de Graſſalio, proüt eorum tempora ferebant, delineatam, ſummatim excerpſi, atque huic Collectioni adieci, magis ne ea iuris noſtri pars omninò deſideraretur, quàm quòd perfectam eius rei notitiam ex iis hauriendam exiſtimarem. Nam & communia cum cæteris regibus maieſtatis iura, cum iis quæ Francorum propria ſunt permixtim tractant, & non pauca prætermittunt, & quæ attingunt, ea plerunque non è ſuis eruunt fundamentis. Sed quæ ad ſacra pertinent, Beneficialium rerum ſcriptores exequuti ſunt; reliqua poſt Ioannem Tilium, Sammarthani fratres, aliique; ſed præ cæteris illuſtr. Hieronymus Bignonius, fiſci Catholicus Advocatus, cuius doctrinæ, ac cum doctrina coniunctæ humanitati & modeſtiæ vix par quicquam ætas no-

ſtra vidit, in tractatu Gallico de Regum Francorum Excellentia, enucleatè pertractavit. Ei adiici poſſunt Daniel Priezacus, Iac. Alexander Tenneurius, David Blondellus, quique alii ſub Alexand. Armachani larua latentis Cornelii Ianſſenii Martem Gallicum, & Io. Iacobi Chiflctii, aliorumque nomini Gallico infenſorum calumnias egregiis ſcriptis hoc ſæculo confutarunt: itemque Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ collectores.

*VIII. Præcipua prærogativa, earumque cauſa.*

Inter hæc Regum noſtrorum Privilegia præter Chriſtianiſſimi, & Eccleſiæ primogeniti ſeu primo loco nati filii titulos, notatu maximè digna ſunt quatuor: quòd inaugurationis ſuæ ſolenni die ſub Vini quoque Specie divina myſteria participant; quòd ſcrofularum morbum certo ac perpetuo miraculo curant; quòd eccleſiaſtica beneficia quamplurima regio Iure conferunt; quodque ipſis velut Clericis, Præbendæ in pluribus Eccleſiis debentur: ex quibus omnibus apparet eos mediam quodammodo clericos inter & laicos perſonam ſuſtinere. Quæ omnia ſive à Deo opt. max. ſive ab Eccleſia, ab ipſis propè regni primordiis conceſſa Iura, cum egregiè ab ipſis in propaganda Chriſti fide, tuendaque Apoſtolica Sede toties navatæ operæ iuſta ſint præmia, per cœleſtis Unctionis honorem ſignificari videntur; iiſque tanquam Chriſtis ſive unctis à Domino, haud abſurdè aptaverimus quæ de Chriſto ipſo Ieſu, David Pſalmo 44. qui apud Hebræos pro Liliis inſcribitur, pronunciavit: *Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem: proptereà unxit te Deus Deus tuus Oleo Lætitiæ præ Conſortibus tuis.* Oleum illud quod Lætitiæ ſeu exultationis eſt, ſi in au-

tographo legatur Schaſchon; Oleum erit *Liliorum*, ſi unius literæ non mutatione, ſed inverſione tantùm, legeris Schuſchan: ut oſtendatur Chriſtianiſſimis Francorum Regibus, qui Lilia cælitus, non ſecus ac inexhauſtum Regni Chriſmatis vaſculum, delata, pro inſignibus habent; inter maieſtatis regiæ conſortes atque participes, etiam Chriſtianos, etiam ſacrâ Unctione delibutos principes, *Regale Sacerdotium* Iure quodam præcipuo convenire.

# PRAGMATICA SANCTIO S. LVDOVICI

## REGIS FRANCORVM CHRISTIANISSIMI.

---

## PROOEMIVM.

LVDOVICVS Dei gratia Francorum Rex, Ad perpetuam rei memoriam. Pro ſalubri & tranquillo ſtatu Eccleſiæ Regni noſtri, nec non pro divini cultus augmento, & Chriſti fidelium animarum ſalute, vtque etiam gratiam & auxilium Omnipotentis Dei (cujus ſolius ditioni ac protectioni regnum noſtrum ſemper ſubjectum extitit & nunc eſſe volumus) conſequi valeamus, quæ ſequuntur hoc Edicto conſultiſſimo in perpetuum valituro ſtatuimus & ordinamus.

ARTICVLVS I.

Primo ut Eccleſiarum Regni noſtri Prælati, Patroni, & Beneficiorum Collatores Ordinarii jus ſuum plenarium habeant, & unicuique ſua juriſdictio ſervetur.

ARTICVLVS II.

Item, Eccleſiæ Cathedrales, & aliæ regni noſtri liberas Electiones, & earum effectum integraliter habeant.

ARTICVLVS III.

Item Simoniæ crimen peſtiferum Eccleſiam labefactans à regno noſtro penitus eliminandum volumus & jubemus.

ARTICVLVS IV.

Item promotiones, collationes, proviſiones & diſpoſitiones Prælaturarum, Dignitatum, & aliorum quorumque Beneficiorum, & Officiorum Eccleſiaſticorum Regni noſtri ſecundum diſpoſitionem, ordinationem, & determinationem Iuris Communis, ſacrorum Conciliorum Eccleſiæ Dei, atque inſtitutorum antiquorum ſanctorum Patrum fieri volumus & ordinamus.

ARTIVLVS V.

Item exactiones & onera graviſſima pecuniarum per Curiam Romanam Eccleſiæ Regni noſtri impoſita, quibus Regnum noſtrum miſerabiliter depauperatum extitit, ſive etiam imponendas, vel imponenda levari aut colligi nullatenus volumus, niſi

duntaxat pro rationabili, pia & urgentiſſima cauſa, vel inevitabili neceſſitate, ac de ſpontaneo & expreſſo conſenſu noſtro, & ipſius Eccleſiæ Regni noſtri.

## ARTICVLVS VI.

Item libertates, franchiſias, Immunitates, prærogativas, jura & privilegia per inclitæ recordationis Francorum Reges prædeceſſores noſtros, & ſucceſſivè per nos Eccleſiis, Monaſteriis atque locis piis Religioſis, nec non perſonis EccleſiaſticisRegni noſtri conceſſas & conceſſa, laudamus, approbamus, & confirmamus per præſentes.

### *Mandatum de exequendo.*

Earum tenore univerſis Iuſticiariis, Officiariis & ſubditis noſtris, ac loca tenentibus præſentibus & futuris,& eorum cuilibet prout ad eum pertinuerit, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus omnia & ſingula prædicta diligenter & attentè ſervent & cuſtodiant, atque ſervari, teneri & cuſtodiri inviolabiliter faciant; nec aliquid in contrarium quovis modo faciant,vel attentent, ſeu fieri vel attentari permittant, transgreſſores aut contra facientes, iuxta caſus exigentiam tali pœna plectendo, quòd cæteris cedat in exemplum. In qnorum omnium & ſingulorum teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri appenſione muniri fecimus. Datum Pariſiis anno Domini 1268. menſe Martio.

# PRAGMATICA SANCTIO SVB CAROLO VII. BITVRIS EDITA.

## PROOEMIVM.

CArolus Dei gratia Francorum Rex, Univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Inſcrutabilis divinæ altitudinis providentia, per quam Reges regnant, rerumque publicarum gubernacula poſſident, poteſtatem regiam ad hoc inter cætera ordinavit in terris, ut Eccleſiam ſanctam, pretioſo Chriſti ſanguine fundatam, ejuſque miniſtros fideliter protegeret atque tueretur; & ſanctorum, antiquorumque patrum decreta ſaluberrima, ſpiritu Dei promulgata, quibus nervus diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ſalutariſque doctrinæ viget ac ſolidatur, ſincerè exequi faceret, illibateque obſervari: ſed & ſpeciali debito juramenti in noſtri diadematis ſuſceptione inſigni, & aliàs Eccleſiæ Regni & Delphinatus §. 1. *Inſcrutabilis*

noſtrorum præſtiti, ad idipſum aſtringimur pariter & obligamur.

*§. 2. Cum itaque.* Cum itaque divina pietas his noſtris temporibus fidelium cordibus inſpirare dignata ſit, ut Sacro-ſancta Generalis Synodus Eccleſiæ univerſalis in civitate Baſilienſi, tam ex immediatè præcedentium ſacrorum Conſtantienſis & Senenſis Conciliorum generalium continuatione, decretiſque & ordinatione, quàm duorum Romanorum Pontificum ſolemni convocatione etiam & approbatione, ſcilicet felicis recordationis Martini V. & Eugenii IV. moderni, ad excolendum dominici gregis agrum, reformandumque debitè in capite & in membris ſtatum Eccleſiaſticum, qui his diebus indigere videtur, abundante nequitia & frigeſcente hominum caritate, coadunaretur & celebraretur; ut repreſſis deformitatum ſcelerumque regnantium enormitatibus pernicioſis, quæ in univerſam Chriſtianitatem, ipſorum ſanctorum antiquorum Patrum contemptis ſpretiſque decretis & inſtitutis ſalutaribus, multas clades multaque diſcrimina. proh dolor! injeciſſe viſæ ſunt: divinus honor refloreret in terris, lumen Catholicæ veritatis, Chriſto verâ luce largiente, effulgeret, Eccleſiaſticæ libertatis conſervatio ſubſiſteret,& populus Chriſtianus ſalubriter regeretur, ac perduceretur in ſalutem.

*§. 3. Quæ quidem.* Quæ quidem Sancta Generalis Synodus, hujuſmodi deformitates in Eccleſia Dei paſſim in dies excreſcere, & mores corruptiſſimos eandem inficere proſpiciens, cunctis palàm curavit ingerere monita ſalutis, ac circa prædicta, quantùm cum Deo potuit, efficaciter providere: conſideranſque ad hæc inter alia præcipua maximè convocatam adunatamque extitiſſe, certa decreta, certaſque

ordinationes & ſtatuta ſolemnia fecit & condidit, quæ per ſuos Oratores & Nuntios præcipuos nobis & Eccleſiæ Regni & Delphinatus noſtrorum antedictorum præſentari fecit & exhiberi ; nos plurima cum charitate & Prælatos cæteroſque viros Eccleſiaſticos, ipſam noſtrorum Regni & Delphinatus Eccleſiam repræſentantes maxima cum inſtantia exhortando & obſecrando , ut decreta , ſtatutaque & ordinationes ab ipſa ſancta Synodo præmiſſas ob cauſas facta & condita recipere vellemus , etiam & acceptare , eademque , quantùm noſtræ Regiæ dignitatis intereſt , per univerſum Regnum noſtrum & Delphinatum inviolabiliter , perpetuóque obſervari facere dignaremur.

Quibus attentè conſideratis , ut viam tutiorem ac Deo gratiorem eligere valeremus , habitâ ſuper his magni Conſilii noſtri deliberatione permaturâ Archiepiſcopos, Epiſcopos, Capitula notabilia , Abbates , Decanos, Præpoſitos , cæteroſque Prælatos Eccleſiaſticos , ac divini & humani juris Magiſtros , Doctores & ſcientificos viros Univerſitatum Studiorum generalium , & alios de Regno & Delphinatu noſtris in maximo, copioſoque numero apud nos in hac noſtra Bituricenſi civitate celebri , nuper convocari fecimus & congregari. §. 4. *Quibus attentè.*

In qua quidem ſolemni Congregatione in Capitulo ſacro-ſanctæ Capellæ noſtræ Bituricenſis celebrata Præſidentes, aſſiſtentibus nobis primogenito noſtro cariſſimo Ludovico Delphino Viennenſi , Carolo Duce Borbonii , Carolo de Andegavia Cenomaniæ , Petro de Britannia nepote , Bernardo Comite Marchiæ , nec - non Ludovico Vindocini & Guillelmo de Tanquarvilla Comitibus , conſanguineis noſtris , pluribuſque §. 5. *In qua.*

Magnatibus, Proceribus & viris peritiſſimis Eccleſiaſticis & Secularibus, de magno Conſilio noſtro & aliis, ipſius præfati ſummi Pontificis, nec non & ſanctæ Synodi Generalis prædictæ ſolemnes Oratores ad nos deſtinatos, ſuper his & aliis ſtatum Eccleſiæ Dei plurimum concernentibus audivimus, attenteque audiri fecimus.

*§. 6. Quibus ad plenum.* Quibus ad plenum auditis, apertiſque luculenter & diſertè per plures Prælatos ſacræ Theologiæ & Iurium Doctores famoſiſſimos, & exinde plurium dierum intervallis diſcuſſis & diligenter pertractatis materiis pro parte eorumdem & aliorum virorum Eccleſiaſticorum, ipſam noſtrorum Regni & Delphinatus Eccleſiam repræſentantium, nobis tandem extitit expoſitum, quòd iidem zelo domus Dei, ſacratiſſimo pignore ſanguinis proprii filii conſecratæ, flagrantes, ad memoriam reducentes, & ante oculos ſuæ conſiderationis revolventes qualiter à primordio naſcentis Eccleſiæ, in noſtris Regno & Delphinatu, prædeceſſorum noſtrorum, Prælatorum, Procerum atque fidelium ipſorum Regni & Delphinatus incolarum, dignè recolenda prioritas ad laudem & gloriam Dei, & ob divini cultus augmentum, Eccleſias & Cœnobia, aliaque loca religioſa erexit & conſtruxit, ipſaſque amplis dotavit poſſeſſionibus & privilegiis communivit: inſtituens in eis miniſtros idoneos qui ſuis temporibus fidem Catholicam in ſubjectis ſibi linguis & populis feliciter propagarunt: per quorum curam & ſolicitudinem, virtuoſoſque progreſſus ac exempla ſalutaria, Chriſti Eccleſia decoratiſſimè adulta, odoriferos fructus ferens, uſque ad poſtremos occiduæ regionis limites effloruit, ac velut ſidus lucidiſſimum irradiavit; pulſiſque procul

ignorantiæ & errorum tenebris, doctrinæ ſuæ lumen præclariſſimum circumfulſit ubilibet.

Qualiter pretereà per ſanctos Patres priorum ſeculorum plures ſacri Canones & Decreta ſaluberrima pro felici regimine ſtatus Eccleſiaſtici, tam ſuper Electionibus, modiſque ipſius Eccleſiæ miniſtros aſſumendi & inſtituendi, quàm eorum cæterorumque Prælatorum ſalutari directione conditi ſunt, etiam & promulgati: qui quandiu obſervati fueruut, Eccleſia Dei fructus honoris, honeſtatiſque felici ubertate produxit, diſciplinæ Eccleſiaſticæ vigor perſtitit, religio, pietas, charitas ubertim efflorerunt, animi hominum in pace auctorem pacis excoluerunt. §. 7. *Qualiter.*

Sed, proh dolor! damnatæ ambitionis improbitas, & deteſtandæ cupiditatis inſatiabilitas, omnium malorum radix, humanitatis jura violans, ipſa ſalutifera ſanctorum antiquorum Patrum decreta paulatim cœpit deſerere etiam & contemnere, pedetentimque in vitia ruere. Exinde ſubſequutæ ſunt morum corruptiones atque deformationes, ſtatus Eccleſiaſtici dehoneſtationes atque decolorationes, uſurpationes graviſſimæ, intolerabiles Interpriſiæ; & præſertim per Prælaturarum, dignitatumque & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum reſervationes, gratiarum ad vacatura beneficia expectativarum à jure exorbitantium, multiplicationes, innumerabileſque conceſſiones, aliaque graviſſima & importabilia onera quibus Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ noſtrorum Regni & Delphinatus prædictorum graviter afflictæ, oppreſſæ, & ferè ad poſtremam exinanitionem redactæ his diebus conſpiciũtur. §. 8. *Sed, proh dolor!*

Nam Eccleſiarum & beneficiorum Eccleſiaſticorum antedictorum pecuha, ma- §. 9. *Nam Eccleſiar.*

nus occupant indignorum, & nonnunquam exterorum, & plerumque dignitates ac beneficia notabiliora & opulentiora perſonis conferuntur ignotis & non probatis, quæ in eiſdem beneficiis non reſident; ſicque vultus ſibi commiſſi gregis non agnoſcunt, linguam aliquando non intelligunt: quinimmò animarum curâ neglectâ, velut mercenarii, ſolummodò temporalia lucra quærunt. Sic dimittitur Chriſti cultus, animarum cura negligitur, ſubtrahitur hoſpitalitas, Eccleſiarum jura depereunt, ruunt ædificia, populi devotio attenuatur, Clerici noſtrorum Regni & Delphinatus ſcientiis & virtutibus effulgentes, qui ad Chriſtianæ plebis ædificationem ſalutarem vacare poſſent, quique pro Regiis & Eccleſiæ prædictæ Regni & Delphinatus publicis conciliis forent opportuni, divinarum & humanarum ſcientiarum ſtudia deſerunt propter promotionis congruæ ſpem eis ablatam.

*§. 10. Cæterum hujuſmodi.* Cæterum hujuſmodi Reſervationum & expectationum occaſione ingeritur votum mortis alienæ, animarum ſaluti nimium præjudiciabile, ſuſcitantur lites, infinitæ contentiones & rixæ inter Chriſti miniſtros oriuntur, rancores & odia plerumque implacabilia nutriuntur, fovetur pluralitatis beneficiorum ambitio execrabilis, pauperes clerici innumeris perſonarum & rerum diſcriminibus ſubjiciuntur, & per calumnioſos, cavilloſoſque indebitè opprimuntur; beneficia prædeclarata per litium anfractus frequenter injuſtè occupantur, & ſæpius inofficiata diutinè relinquuntur, materia fovendis injuſtis vexationibus paratur, abuſus peſtiferi horrendâ ſpecie labis ſimoniacæ reſperſi committuntur, bonæ indolis juvenibus qui virtuoſis artibus intendere deberent,

evagandi licentia præbetur, Prælatis & cæteris ordinariis Collatoribus ſuum jus atque miniſterium aufertur, Patronorum jura enervantur; indeque ſtatus Eccleſiæ hierarchicus confunditur, plurimaque adverſus divina & humana jura in animarum perniciem & Eccleſiæ Regni & Delphinatus noſtrorum ſæpè dictorum oppreſſionem, atque conculcationem committuntur, pariter & perpetrantur: ſicque jura Coronæ noſtræ depereunt damnose, & ipſorum noſtrorum Regni & Delphinatus theſauri in extraneas regiones aſportantur, ſub tali forſan conjecturâ ut eorumdem Regni & Delphinatus depreſſo ſacerdotio, exhauſtoque theſauro, Regnum ipſum cum Delphinatu reddatur debilius in adverſis.

Quæ omnia & ſingula, & alia quàmplurima quæ ex præmiſſis ſequuntur incommoda, divinæ haud dubiè credenda ſunt diſplicere voluntati: quin immò in grave noſtri & Eccleſiæ præfatæ noſtrorum Regni & Delphinatus vertuntur præjudicium atque detrimentum permaximum. Ipſi quoque Prælati & cæteri viri Eccleſiaſtici Eccleſiam noſtrorum Regni & Delphinatus repræſentantes, pij Eccleſiæ zelatores, Matrem ſuam tot impuritatibus pollui ingemiſcentes, cognoſcenteſque talia, ſtimulantibus conſcientiis abſque graviſſima Dei offenſa diutius diſſimulare non poſſe: Cognoſcentes iidem Prælati & cæteri viri Eccleſiaſtici, Eccleſiam prædictam noſtrorum Regni & Delphinatus repræſentantes, quòd ſuper prædictorum reparatione, ſacræ ipſius Baſilienſis Synodi decreta proviſionem congruentem videntur attuliſſe, præhabitâ inter cos multimodâ diutinaque apertione, diſcuſſione atque di- § 11. *Quæ omnia.*

geſtione, memorata ipſius ſacræ Baſilienſis Synodi decreta ordinationes & ſtatuta aliqua ſimpliciter ut jacent, alia verò cùm certis modificationibus & formis, non hæſitatione poteſtatis & auctoritatis condentis & promulgantis, ipſius ſcilicet ſacræ Baſilienſis Synodi, ſed quatenus commoditatibus, temporibus & moribus regionum & perſonarum ſæpe fatorum noſtrorum Regni & Delp inatus congruere, convenireque congruè, juréque conſpexerunt, pro ut inferius annotantur & inſeruntur, illicò & indilatè recipienda conſenſerunt, & acceptanda deliberaverunt. Quorum quidem decretorum tenor ſequitur.

Et primò decretum per ſacroſanctum Conſtantienſe Concilium factum & conditum, & per ſacrum generale Concilium Baſilienſe renovatum, de Authoritate Generalium Conciliorum.

# *DE AVCTORITATE & poteſtate ſacrorum Generalium Conciliorum, temporibuſque & modis eadem convocandi & celebrandi.*

## TITVLVS PRIMVS.

### CAPVT I.

*Seu Decretum Concilii Conſtantienſis.*

FRequens generalium Conciliorum celebratio agri dominici præcipua cultura eſt, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſum, errorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem uberrimam fertilitatis adducit: illorum verò neglectus præmiſſa diſſeminat atque fovet. Hæc præteritorum temporum recordatio & præſentium conſideratio ante oculos noſtros ponunt.

Quapropter, hoc edicto perpetuo ſancimus, decernimus atque ordinamus, ut amodo generalia Concilia celebrentur. Ita quòd primum à fine hujus Concilii, in quinquennium immediatè ſequens; ſecundùm *§. 1. Quapropter.*

verò à fine illius immediatè ſequentis Concilii in ſeptennium : & deinceps de decennio in decennium perpetuò celebrentur in locis quæ ſummus Pontifex per menſem ante finem cujuſlibet Concilii, approbante & conſentiente Concilio, vel in ejus defectu, ipſum Concilium, deputare & aſſignare teneatur ; ut ſic per quandam continuationem ſemper aut Concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur.

§. 2. *Quem terminum.* Quem terminum liceat ſummo Pontifici de fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio ob emergentes fortè caſus abbreviare, ſed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro Concilio celebrando deputatum abſque evidenti neceſſitate non mutet.

§. 3. *Sed ſi forte.* Sed ſi fortè aliquis caſus neceſſarius occurrerit, quo neceſſarium videretur ipſum locum mutari, putà obſidionis, guerrarum, peſtis, aut ſimilis : tunc liceat ſummo Pontifici, de prædictorum fratrum ſuorum conſilio, aut duarum partium ipſorum conſenſu atque ſubſcriptione, alium locum priùs deputato loco viciniorem & aptum, ſub eadem tamen ratione ſubrogare, niſi idem vel ſimile impedimentum per totam illam nationem vigeret : tunc ad aliquem alium viciniorem alterius nationis locum aptum, hujuſmodi Concilium poterit convocari.

§. 4. *Ad quem.* Ad quem Prælati & alii qui ad Concilium ſolent convocari, accedere teneantur, ac ſi à principio locus iſte fuiſſet deputatus : quam tamen loci mutationem vel termini abbreviationem per annum ante præfixum terminum teneatur ſummus Pontifex legitimè & ſolemniter publicare & intimare, ut ad ipſum Concilium celebrandum prædicti

poſſint ſtatuto tempore convenire. Atque pro ipſius executione decreti, civitas Papiæ apud Italiam fuit electa pro Concilio generali in fine tunc proxime ſequentis quinquennii celebrando, quod quidem Concilium ſuo tempore debito in dicta civitate Papiæ extitit celebrari inchoatum, & inde certis ex cauſis ad civitatem Senenſem translatum, in quo quidem generali Concilio Papiæ inchoato, & in civitate Senenſi celebrato, hæc Baſilienſis civitas pro celebratione tunc futuri Concilii generalis poſt ſeptennium à fine ipſius Senenſis Concilii celebrandi, fuit electa & debitè aſſignata, ut conſtat in inſtrumento publico inde facto.

## *Item* *ALIUD DECRETUM,* *cuius tenor ſequitur.*

ſeu

## CAPUT II.

### *De Authoritate ſanctæ Synodi Baſilienſis.*

SAcro-ſancta Generalis Synodus Baſilienſis, Eccleſiam militantem repræſentans, ad perpetuam rei memoriam, ad laudem Dei Omnipotentis, ac benedictæ individuæque Trinitatis gloriam & honorem, pro hæreſum atque errorum extirpatione, morum in Capite & in membris Eccleſiæ Dei reformatione, ac Regum atque Regnorum, cæterorumque Chriſticolarum adinvicem, auctore diſcordiarum procurante diffidentium, pacificatione in Spiritu ſancto legitime congre-

gata, decernit, ſtatuit, & diffinit, declarat, & ordinat, ut ſequitur.

§. 1. *Et primò.* Et primò quòd eadem ſacra Baſilienſis Synodus ſacris Conſtantienſi & Senenſi Generalibus Conciliis decernentibus atque ordinantibus, & authoritate Apoſtolicâ interveniente fuit & eſt in hoc loco Baſilienſi debitè, legitiméque atque ritè nuntiata & aggregata.

§. 2. *Et ne de eiuſdē.* Et ne de eiuſdem ſacræ Baſilienſis Synodi poteſtate à quoquam dubitetur, ipſa eadem Synodus duas declarationes ex decretis Synodi Conſtantienſis in præſenti ſeſſione aliis ſuis decretis editis, ſeu edendis inſerendas ordinavit & decrevit. Quarum quidem declarationum tenor primæ ſequitur, & eſt talis.

## Canon I.

*Concilium Generale repræſentat Eccleſiam militantem & Chriſtum.*

§. 3. *Et primò.* ET primò declarat quòd ipſa Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, Generale Concilium faciens, & Eccleſiam militantem repræſentans poteſtatem à Chriſto habet immediatè.

§. 4. *Cui quilibet.* Cui quilibet cujuſcumque ſtatus, conditionis vel dignitatis, etiam ſi Papalis, exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.

*Alterius verò ſequitur tenor in hæc verba.*

## Canon II.

*Concilio generali non obedientes pœnæ ſubiiciuntur.*

ITem declarat quòd quicumque cujuſcumque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis, exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus aut præceptis hujus ſacræ Synodi & cujuſque alterius Concilii generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis, vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, vel contra ire præſumpſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubiiciatur & debitè puniatur, etiam ad alia juris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrēdo. *§. 5. Item declarat.*

*De loco, tempore & firmitate Concilij.*

PRæmiſſis igitur & nonnullis aliis Conſtantienſis Concilii (præſertim capituli quod incipit *Frequens.* in priori hujus ſacræ Synodi Baſilienſis ſeſſione recitati) decretis attentis, prælibata Synodus Baſilienſis decrevit & declaravit quòd ipſa pro hæreſum extirpatione, ac morum generali reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, nec non pace inter Chriſtianos procuranda, ut præmittitur, in Spiritu ſancto legitimè congregata, per nullum quavis auctoritate, etiam ſi Papali dignitate præfulgeat, diſſolvi, aut ad alium locum transferri, ſeu ad aliud tempus prorogari potuit aut debuit: debet aut poteſt: debebit aut poterit in futurum abſque eiuſdem Synodi Baſilienſis deliberatione & conſenſu.

*Acceptatio ſuperiorum Canonum.*

§. 6. *Acceptavit.* ACceptavit & acceptat prout jacent, jam dictorum Prælatorum, cæterorumque virorum Eccleſiaſticorum ipſam Eccleſiam repræſentantium Congregatio ſæpedicta.

Item acceptat decreta de Electionibus, quorum primum incipit. *Sicut in conſtruenda.*

## DE ELECTIONIBVS
## TITVLVS II.

SIcut in conſtruenda domo præcipua eſt Architectoris cura ut tale jaciat fundamentum ſuper quod firmum perduret ædificium; Ita in generali Eccleſiæ reformatione potiſſimum eſt hujus ſanctæ Synodi ſtudium, ut tales Eccleſiæ præficiantur Paſtores, qui tamquam columnæ & baſes ipſam Eccleſiam doctrinæ & meritorum viribus firmiter ſuſtentent.

§. 1. *Quanta autem.* Quanta autem in eligendis Prælatis diligentia adhibenda ſit, officium eis injunctum evidenter oſtendit. Ad regimen enim aſſumuntur animarum, pro quibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus mortuus eſt, & ſanguis ejus pretioſus effuſus. Propterea ſacri Canones Spiritu Dei promulgati, provide ſtatuerunt, ut unaquæque Eccleſia aut Collegium, ſeu Conventus ſibi Prælatum eligant.

§. 2. *Quibus hæc.* Quibus hæc eadem Synodus eodem Spiritu congregata inhærens, ſtatuit & diffinivit generalem Reſervationem omnium Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum & Monaſteriorum ac Dignitatum

electivarum per Romanum Pontificem de cætero fieri, aut factis uti non debere: Reſervationibus in corpore juris clauſis, & his quas in terris Romanæ Eccleſiæ, ratione directi, ſeu utilis dominij mediatè vel immediatè ſubjectis, fieri contigerit, ſemper exceptis Sed quòd per Electiones & Confirmationes canonicas, ſecundum iuris communis diſpoſitionem, prædictis Metropolitanis Cathedralibus, Monaſteriis, Collegiatis Eccleſiis & Dignitatibus electivis vacantibus, debitè provideatur.

Non derogando propterea ſtatutis, privilegiis, & conſuetudinibus rationabilibus quibuſcunque; Poſtulationibus in diſpoſitione juris communis remanentibus. *§. 3. Non denegãdo.*

Decrevitque hæc ſancta Synodus rationi fore conſentaneum & reipublicæ accommodum, ut contra hoc ſalutare decretum Romanus pontifex nihil attentaret, niſi ex magnâ, rationabili & evidenti cauſâ in Literis Apoſtolicis nominatim exprimenda. Et ut eò firmiùs hoc ſalubre decretum cuſtodiatur, vult eadem Synodus, ut inter alia quæ Romanus Pontifex in ſua aſſumptione profitebitur, juret hoc decretum inviolabiliter obſervare. *§. 4. Decrevitque.*

Et quoniam tales, ut prædictum eſt, oportet eſſe Prælatos, hi ad quos pertinet ius eligendi, omnem curam adhibeant, ut dignam coram Deo & hominibus Electionem faciant, exactamque proinde apponant ſollicitudinem, vt tales eligant qui tanto officio valeant ſatisfacere; ſcientes quòd ſi vel dolosè vel negligenter, ac timore Domini poſtpoſito, in re tam gravi ſe geſſerint, ſicut auctores erunt in cauſa malorum Paſtorum, ita participes fient pœnarum quas ipſi mali Paſtores in diſtricto Dei judicio patientur. *§. 5. Et quoniam.*

*De ſolemnitatibus in Epiſcopi vel Abbatis Electione obſervandis.*

§. 6. *Et cùm* ET cùm humanæ fragilitatis conatus nihil ſine Dei omnipotentis ſuffragio queat efficere, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum deſcendit: adveniente die Electionis, hi ad quos Pontificis vel Abbatis ſpectat Electio, in Eccleſia conveniant, magna cum devotione Miſſam de Spiritu ſancto audituri, quem humiliter exorabunt ut eos ad dignum Eligendum Paſtorem inſpirare dignetur: Et ut eò facilius gratiam hanc obtinere mereantur, quò devotiùs ad actum Electionis accedent, contriti & confeſſi Sacramentum Euchariſtiæ reverenter ſuſcipiant. Ad locum verò Electionis ingreſſi pro quocunque Prælato qui per electionem aſſumitur, jurabunt in manibus ejus qui Capitulò præſidebit: & Ipſe Præſidens in manibus eum immediatè ſequentis ſub hac forma.

§. 7. *Ego.* Ego N. iuro & promitto omnipotenti Deo, & Sanctæ vel Sanctæ ſub cujus vocabulo dedicata eſt hæc Eccleſia, eum Eligere quem credam futurum eſſe in ſpiritualibus & temporalibus utiliorem; nec illi vocem dare quem veriſimiliter ſcivero promiſſione aut datione alicujus rei temporalis, ſeu prece per ſe, aut per alium interpoſitâ, aut aliàs qualitercumque directè & indirectè, pro ſe Electionem procurare.

§. 8. *Idemque.* Idemque juramentum præſtet, confiteatur, & communicet, qui conſtituit Procuratorem ad Eligendum certam perſonam; nec non & Procurator generalis ad eligendum conſtitutus, in caſibus in quibus ſecundùm juris communis diſpoſitionem in hujuſmod

Electionis negotio procurator conſtitui poteſt. Quod etiam juramentum præſtetur ab his in quos continget ſuper Electione futuri Prælati fieri Compromiſſum, qui etiam confiteri & communicare teneantur.

Quòd ſi prædicta non fecerint, pro illa vice jure Eligendi ſint ipſo facto privati. §. 9. Quod ſi præd.

*De qualitatibus in Eligendo requirendis.*

DEinde Eligant in præfatum Prælatum, virum ætatis legitimæ, moribus gravem, litterarum ſcientiâ præditum, in ſacris Ordinibus conſtitutum, & aliàs idoneum ſecundùm canonicas ſanctiones. §. 10. Deinde.

Quòd ſi aliter, & de alia perſona quàm ut dictum eſt, aut per Simoniacam pravitatem Electionem fieri contigerit, Electio ſit ipſo jure irrita & inanis: & ſic Simoniacè eligentes, præter alias pœnas, perpetuò ſint ipſo jure eligendi privati. Alii verò canonicis pœnis ſubjaceant. Simoniacè autem Electi & qui huiuſmodi ſimoniacæ electionis participes fuerint, canonicè puniantur: taliterque eligentes & confirmati in horrorem tanti criminis, pœnam ipſo facto excommunicationis incurrant: nec à tali reatu & excommunicatione electi & confirmati abſolvi poſſint, niſi Eccleſiis & Dignitatibus ad quas turpiter aſſumpti ſunt, liberè reſignaverint, renuntiaverint & ad eas obtinendas, quas nefario ingreſſu adepti ſunt, perpetuò reddantur inhabiles. §. 11. Quod ſi aliter.

*De ambitione reſecanda.*

AD tollendam autem omnem ambitionis radicem, obſecrat per viſcera miſericordiæ Dei Ieſu Chriſti hæc ſancta Synodus, ac inſtantiſſimè exhortatur Reges & Principes, communitates & alios cujuſcunque gradus vel dignitatis exiſtant, Eccleſiaſticæ vel mundanæ, ne Electoribus literas ſcribant, aut §. 12. Ad tollend.

preces porrigant, pro eo qui per ſe vel alium, preces tales vel literas procurabit. Multòque minus comminationes, impreſſiones aut aliud faciant quo minus liberè ad Electionem procedatur.

§. 13. *Similiter.* Similiter in virtute ſanctæ obedientiæ ipſis Electoribus præcipitur, ne ad huiuſmodi litteras vel preces vel comminationes, vel impreſſiones, aut aliàs, ut prætermittitur, quemquam eligere præſumant.

*De Electionibus Confirmandis.*

§. 14. *Facta autē.* FActâ autem Electione & ei ad quem ius pertinet confirmandi præſentata, ſi appareat Coëlectus, vel ſe Opponens electioni, nominatim vocetur ad videndum diſcuti negotium electionis: & nihilominus generaliter edictum publicum in Eccleſia, in qua facta eſt electio, proponatur, iuxta conſtitutionem fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII.

§. 15. *Comparentibus.* Comparentibus autem aliquibus, vel non, ipſe Confirmator nihilominus ex officio, tanquam in negotio inquiſitionis, procedat, omnem adhibiturus diligentiam, ut tam forma electionis, quam merita electi & omnes circunſtantiæ debite examinentur, & diſcutiantur: ut ſi electio confirmanda ſit vel infirmanda, iudicialiter confirmetur, vel infirmetur.

§. 16. *Et ut omnia.* Et ut omnia munde fiant, & ſine labe ac labis ſuſpicione procedant, non ſolum exigere aliquid, quantumcumque parvum, ſed etiam gratis oblata, Confirmator ratione confirmationis ſub nomine ſubventionis, ſubſidii, gratitudinis, aut alio colore, prætextu cuiuſvis conſuetudinis aut privile-

gli, per ſe, vel per alium, nullatenus recipere præſumat.

Notariis autem & his qui ſcripſerint in huiuſmodi cauſis, emolumentum aliquod moderatum taxetur, habendo reſpectum ad laborem & operam ſcripturæ, non ad fructuum prælaturæ valorem. §. 17. *Notariis.*

Si verò confirmatores prædicti, electiones non ſervatis ſuperiùs ordinatis & expreſſis, & de perſonis non idoneis, ut præmittitur, factas, vel alias per ſimoniacam pravitatem confirmaverint; eo ipſo confirmationes huiuſmodi ſint nullæ. Confirmantes autem alias perſonas quàm, ut ſuprà dictum eſt, pro ea vice, per ſimoniacam pravitatem aut labem, perpetuò ipſo facto iure confirmandi ſunt privati. Et nihilominus propter dictam ſimoniacam labem, ſi eam commiſerint, etiam ſententiam excommunicationis incurrant eo ipſo, à qua niſi per Romanum Pontificem, præterquàm in mortis articulo, abſolutionis beneficium obtinere non poſſint. § 18. *Si verò.*

Summum verò Pontificem hæc Sancta Synodus exhortatur, ut cum ſpeculum & norma omnis ſanctitatis & munditię eſſe debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat aut recipiat; alioquin ſi ſecus faciendo, notorie & incorrigibiliter Eccleſiam ex hoc ſcandalizet, futuro Concilio deferatur. §. 19 *Summū.*

Pro oneribus autem quæ ipſum pro regimine Vniverſalis Eccleſiæ ſubire oportet, próque ſuſtentatione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & aliorum Neceſſariorum Officialium, hoc Sacrum Concilium ante ſui diſſolutionem, omninò debite & congruenter providebit. Quòd ſi contingat aliquam circa hæc proviſionem non facere, per hoc eadem Sancta Synodus non intendit in §. 20. *Pro oneribus.*

aliquo prӕiudicare ſanctæ Romanæ & Vniverſali Eccleſiæ, nec alteri cuicumque. Datum Baſileæ in maiori Eccleſia in Seſſione publica celebrata anno Domini M. CCCC. XXXIII, III. Idus Iulii.

*Item aliud Decretum.*
*ſeu* CAPUT II.
*incipiens, Licet dudum.*

LIcet dudum hӕc ſancta Synodus, abolita per eam generali omnium Eccleſiarum & Dignitatum electivarum Reſervatione, provide decrevit, ut prædictis Eccleſiis & Dignitatibus per canonicas electiones & confirmationes provideri deberet: volens etiam ſpeciales, ſeu particulares ipſarum Eccleſiarum & Dignitatum electivarum prohibere Reſervationes, per quas libera in eiſdem eligendi & confirmandi facultas impediri poſſet, quodque adverſus hoc decretum Romanus Pontifex nihil attentaret, niſi ex magna, rationabili & evidenti causâ in Literis Apoſtolicis nominatim exprimenda: quia tamen contra ipſius decreti mentem, non pauca ſine huiuſmodi cauſa geſta ſunt, unde gravia hactenus ſucceſſerunt, & graviora in dies timentur ſcandala: cupiens hæc Sancta Synodus his obviare, volens vt ipſius decreti mens, quæ fuit omne obſtaculum à canonicis electionibus & confirmationibus tollere, ſuo non fruſtraretur effectu

§. 1. *Statuit.* Statuit ut electiones in dictis Eccleſiis ſine impedimento aut obſtaculo omninò fiant, quæ causâ cognitâ iuxta iuris communis & dicti noſtri Decreti diſpoſitionem, confirmentur vel infirmentur.

§. 2. *Veruntamẽ.* Veruntamen, ſi forte aliquando contingat, electionem aliquam, etiam alias canonicam fieri,

fieri, quæ in perturbationem Eccleſiæ, aut Patriæ, vel boni publici, vergere timeatur: Summus Pontifex, cùm ad ipſum confirmatio delata fuerit, ſi talem urgentiſſimam cauſam adeſſe cognoverit, eâ priùs maturè diſcuſſâ, ac parte plenè defenſa, accedente poſteà Romanæ Eccleſiæ Cardinalium aut majoris partis ſubſcriptione, hujuſmodi cauſam veram, ſufficientemque fore atteſtantium, reiecta tali electione, ad Capitulum vel Conventum remittat, ut infra tempus vel aliàs, iuxta loci diſtantiam, ad aliam evenire non formidentur, electionem procedant.

*Sequuntur Literæ Patentes Regis & modificatio ſuperioris Decreti.*

Cenſuit tamen præfata Congregatio, quòd Summus Pontifex habeat remittere unumquemque per ipſum, aut ipſius auctoritate, ut præmittitur, promovendum, ad ſuum immediatum Superiorem pro munere Conſecrationis, aut benedictionis, ab eo, vel eius auctoritate conſequendo, niſi dictus promotus ſit præſens in Curia, & velit ibi conſecrari. §. 3. *Cenſuit.*

Et nihilominus Conſecratos aut benedictos in Curia Romanâ remittat ad eorum immediatè Superiores, præſtituros eis, aut ipſis abſentibus eorum Vicariis, debitæ obedientiæ iuramentum. §. 4. *Et nihilominus.*

Quod ſi quis præſumat recipere munus Conſecrationis vel Benedictionis extra curiam, etiam in vim cuiuſcumque commiſſionis Apoſtolicæ ab alio quàm a ſuo immediato Superiore, vel eius authoritate, incurrat pœnam centum aureorum mediatim applicandorum ordinario & fabricæ Eccleſiæ §. 5. *Quod ſi.*

ordinarii : ceſſante omni diſpenſatione qualicumque in contrarium. Item nec credit ip a Congregatio Bituricenſis fore reprchenſibile ſi Rex & Principes regni ſui, ceſſantibus tamen omnibus comminationibus & quiuſlibet violentiis, aliquando utantur precibus benignis atque benivolis, & pro perſonis benemeritis & zelantibus bonum Reipublicæ Regni & Delphinatus.

Item acceptat decretum de Reſervationibus, quod incipit, Et quia.

## TITVLVS III.

### ſeu Decretum

### DE RESERVATIONIBVS ſublatis.

ET quia multiplices Eccleſiarum & beneficiorum hactenus factæ, per ſummos Pontifices, ſunt Reſervationes, quæ non parum Eccleſiis oneroſæ extiterunt.

§. 1. *Ipſas omnes.* Ipſas omnes, tam generales quàm ſpeciales, ſive particulares de quibuſcumque Eccleſiis & beneficiis, quibus tam per electionem, quàm per collationem, aut aliam diſpoſitionem, provideri ſolet, ſive per Extravagantes. *Ad regimen* & *Execrabilis*, ſive per regulas Cancellariæ, aut alias Apoſtolicas Conſtitutiones introductas, hæc Sancta Synodus abolet : Statuens ut de cætero nequaquam fiant, reſervationibus in corpore iuris expreſſe clauſis : & his quas in terris Romanæ Eccleſiæ ratione directi ſeu utilis dominii, mediate & immediate ſubjectis, fieri contigerit, dumtaxat exceptis.

*Sequuntur Litteræ Patentes Regis.*

ITem decretum de Collatione beneficiorum ſub modificationibus & declarationibus ſequentibus, acceptat Congregatio: quod quidem decretum incipit, Placuit.

## DE COLLATIONIBUS.

## TITULUS IV.

### Cap. 1.

PLacuit divinæ pietati hoc tempore animos hominum qui variis abuſibus irretiri cœperant, vehementiùs excitare, vt ſalus quæreretur cunctorum; & per Synodum Vniverſalem, mores Eccleſiæ in melius reformarentur, cum ſalutari directione Capitis & membrorum in viam juſtitię & ſanctitatis; & quòd ut faciliùs atque ordinatiùs fieret, & ne ſub pretextu variarum opinionum, aut Romani Pontifices, aut alii quicumque, non ſatis uuiverſalibus Conciliis obedirent, prædiſpoſuit eadem divina pietas in ſacro Conſtantienſi Concilio, Synodorum Vniverſalium juriſdictionem ita declarari, ut nulli relinqueretur ambigendi occaſio, cum decreto ſolemni diffinitum extitit, Vniverſale Concilium habere auctoritatem immediatè à Chriſto, cui quilibet cujuſcumqne ſtatûs & dignitatis, etiam ſi Papalis fuerit obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ Dei in Capite & in membris, ac pertinentibus ad ea.

*§. 1. Dum autem.* Dum autem hæc cura reformandæ Eccleſiæ huic ſanctæ univerſali Synodo Baſilienſi incumbit: hoc unum ſingulari ſollicitudine proſequendum arbitratur, ut per ſingulas Eccleſias miniſtri inſtituantur idonei, qui ſcientiis & virtutibus effulgeant ad Chriſti gloriam, & univerſi populi Chriſtiani ædificationem ſalutarem.

*De gratiis expectativis ſublatis.*

*§. 2. aliàs 2. Cui rei.* CVi rei grave impedimentum hactenus afferre viſa eſt Gratiarum expectativarum multitudo, quæ gravem ordini & ſtatui Eccleſiaſtico perturbationem, variaſque inordinationes ac plurima diſcrimina comperitur injeciſſe. Ex his enim frequentiùs dati ſunt in Eccleſiis miniſtri non probati, nec cogniti; vacaturorumque beneficiorum expectatio (ſicut antiqua jura teſtantur) occaſionem deſiderandæ mortis alienæ præſtare ſolet, quod plurimum præjudicat animarum ſaluti. Sed & inſuper lites innumeræ & contentiones inter ſervos Dei excitantur, rancores & iurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fovetur ambitio, facultates ac pecuniæ Regnorum & Provinciarum mirum in modum exhauriuntur, pauperes diſcurrendo ad Romanam Curiam innumerabiles vexationes ſubeunt, & inter viarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur, occiduntur, & variis affliguntur peſtibus, atque etiam in ſuis patrimoniis ac parentum opibus exhauſtis gravi egeſtati ſubjacere coguntur: plurimi abſque juſto titulo beneficia ſibi vindicant, & non quibus jure debentur illi obtinent: ſed nonnumquam ii quibus aut circumveniendi proximum major aſtutia, aut ad litigandum facultas ſuppetit uberior;

ſub involutionibus quoque prærogativarum aut antelationum, aliorumque huiuſmodi gratias concomitantium, fraudes plurimas ac deceptiones contingit inveniri. Iuvenibus etiam qui ſtudio literarum & virtuoſis operibus intendere deberent, datur materia evagandi, qui ſæpiùs per litium anfractus & varios diſcurſus, ratione Gratiarum ipſarum, turbantur & inquietantur. Ordinariis Collatoribus ſuum miniſterium ſubſtrahitur & confunditur ordo Eccleſiaſticus, dum unicuique ſua iuriſdictio non ſervatur, Romanique Pontifices, dum officia inferiorum ſibi nimium vendicant, à maioribus, & magis fructuoſis operibus, univerſale bonum concernentibus, retrahuntur; nec inferiorum directioni atque correctioni invigilant, ſicut publica utilitas expoſcit; quæ omnia gravem confuſionem ſtatui Clericali & Sacerdotali in diſpendium divini cultus & præjudicium publicæ ſalutis afferunt, poſſentque graviorem in futurum afferre ruinam, rebus his in deteriora jugiter prolabentibus, niſi provideretur in adverſum.

Volens itaque hæc S. Synodus ſuper his opportunum remedium adhibere, ſtatuit & decrevit ut Pontifex Romanus qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias expectativas, aut Nominationes nullo modo, nullave ex cauſa concedat; cum ipſe præ cæteris (ne ſit tantorum occaſio malorum) abſtinere debeat. *§. 3. Volens itaq.*

Fruſtra enim inhiberetur Inferioribus, ſi ipſe qui aliis debet eſſe omnium bonorum & virtutum exemplar, non abſtineret. Vt enim ille ſanctiſſimus & doctiſſimus Leo Papa inquit; Totius familiæ Domini ſtatus & ordo mutabitur, ſi quod inquiritur in Corpore, non inveniatur in Capite. Integritas enim Præſidentium, ſalus dignoſcitur eſſe *§. 4. Fruſtra enim.*

Inferiorum: ceſſentque de cætero jam factæ, & tam ipſæ quàm etiam fiendæ (ſi quæ fiant) nullæ ſint ipſo facto. Exceptis illis Gratiis & Nominationibus ſuper quibus proceſſus ſunt jam expediti: quas ex certis rationabilibus cauſis in octo menſibus, quibus hactenus curſum habere conſueverunt, tolerandas duximus, donec aliter fuerit ordinatum.

*De Reſervationibus particularibus ſublatis.*

*§. 5. aliàs 2. Reſervationes.* Reſervationes etiam particulares quæcumque fuerint, beneficiorum vacaturorum, tam per Romanos Pontifices, quàm per Legatos Sedis Apoſtolicæ de cætero ſint nullæ ipſo facto.

*Reſervationes legitimæ.*

*§. 6. aliàs 3. Non tamen.* Non tamen intendit prohibere hæc ſancta Synodus hoc præſenti decreto: quo minùs futuri Romani Pontifices, tempore Pontificatus ſui, modo honeſto & convenienti de uno beneficio ad collationem, in qua fuerint decem beneficia: de duobus ubi fuerint quinquaginta, & ultra diſponant Ita tamen ut in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, duas Præbendas ſuo tempore non conferant, ut Qualificationes Graduatorum inferiùs deſignatæ, in ipſis Præbendis, ſuum valeant ſortiri effectum.

*Præventio Papæ in Reſervationibus.*

*§. 7. aliàs 4. Neque etiam.* Neque etiam Collationes per præventionem faciendas, intendit impedire: decreto noſtro de Reſervationibus, quoad cætera, & aliis decretis hujuſmodi Sanctæ Synodi in ſuo robore duraturis.

*De Collationibus Graduatis & Litteratis faciendis.*

VT verò cæteri ad quos Beneficiorum, Dignitatum, Perſonatuum, Officiorum & Adminiſtrationum collatio, ſeu quævis alia diſpoſitio ſpectat, ad providendum litteratis viris & ſcientiâ perornatis ſpecialius aſtringantur, voluit hæc Sancta Synodus certas qualificationes ſeu qualitates virorum litteratorum & Graduatorum deſignari, quibus certo ordine debeat provideri, prout inferius annotatur: adjiciens quòd ſi per Prælatos & Doctores alicujus Nationis in hoc Concilio conſiſtentes, pro bono ſuæ Nationis aliter circa hujuſmodi qualificationes diſponendum videatur in futurum, quicquid per illos fuerit ordinatum, & in Generali Congregatione præſentis Concilii concluſum, ex nunc, prout ex tunc, ratum & firmum habeatur: & vim decreti habeat: ac ſi in præſenti decreto de verbo ad verbum expreſſum foret. *§. 8. aliàs 5. Vt verò.*

*De decreto irritante.*

QVod ſi quis cujuſcunque ſtatus, etiam ſi Cardinalatus, Patriarchalis, Pontificalis aut alterius cuiuſlibet dignitatis contra prædictum ordinem & qualificationes ut præmittitur deſignatas, vel deſignandas, de ipſis beneficiis, Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis & Adminiſtrationibus quoviſmodo diſpoſuerit, eo ipſo ſit irritum & inane: collatioque huiuſmodi & proviſio ſeu quævis diſpoſitio ad Superiorem proximum devolvatur, qui ſimiliter ut præmittitur, habeat providere: quod ſi non fecerit, ad alium Superiorem devolvatur gradatim: uſque ad- *§. 9. aliàs 6. Quod ſi quis.*

ſummum Pontificem aſcendendo.

*De tempore hujus conſtitutionis obſeruandæ.*

aliàs §. VII.

NOn volumus tamen ordinarios Collatores & eos ad quos præſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio beneficiorum ſpectat, in quatuor menſibus quibus præfatæ Gratiæ expectativæ vel Nominationes curſum non habent, donec ipſæ gratiæ & Nominationes ad eorum collationem, præſentationem, ſeu diſpoſitionem conceſſæ ceſſaverint, ad qualificationes infraſcriptas obſervandas aſtringi.

Caput II. *aliàs* §. 8.

SEquuntur Qualificationes & ordo in conferendis beneficiis per Ordinarios, de quibus prętactum eſt.

§. 10. *Primò. Cùm* Primò. Cùm per Generalis Concilii ſtatuta ſanctè ordinatum exiſtat, quòd quælibet Eccleſia Metropolitana teneatur aut debeat habere unum Theologum, qui ſuâ doctrinâ & prædicationibus fructum ſalutis afferat, ordinat hæc ſancta Synodus quòd extendatur huiuſmodi ordinatio ad Eccleſias Cathedrales: Taliter videlicet, quod quilibet Collator ipſarum Præbendarum teneatur & debeat conferre Canonicatum & Præbendam quamprimùm facultas ſe obtulerit, & inveniri poterit, uni Magiſtro Licentiato, vel in Theologia Baccalario formato, qui per decennium in Vniverſitate privilegiata ſtuduerit, & onus reſidentiæ, ac lecturę, & prędicationis ſubire voluerit: quique bis aut ſemel ad minus, per ſingulas hebdomadas (ceſſante legitimo impedimento) legere habeat. Et

quoties ipſum in hujuſmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli in ſubtractione diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit. Et ſi reſidentiam deſeruerit, de alio provideatur. Verumtamen, ut vacare poſſit liberiùs ſtudio, nihil perdat cùm abſens fuerit à divinis.

*De Graduatis & eorum qualitate.*

INſuper quòd in qualibet Eccleſia Cathedrali vel Collegiata, ultra Præbendam prædictam Theologo, ut præmittitur, aſſignandam, Tertia pars Prębendarum conferatur Graduatis aliàs idoneis, modo & forma infraſcriptis, ſic quod prima vacatura hujuſmodi Graduato, & deinde poſt alias duas, ſequens eodem modo conferatur: & ſic deinceps. *§. 11. aliàs 9. Inſuper.*

*Qui dicantur Graduati & eorum ordo.*

VIdelicet Magiſtris aut Licentiatis, ſeu Baccalariis formatis in Theologia qui per decennium in aliqua Vniverſitate privilegiata: Doctoribus ſeu Licentiatis in altero Iurium, vel Medicina, qui per ſeptem annos in ſua Facultate ſtuduerint in Vniverſitate ut ſuprà: Magiſtris ſeu Licentiatis in Artibus cum rigore examinis, qui per quinquennium in aliqua Vniverſitate à logicalibus incluſivè, ut ſuprà, in artibus, vel in aliqua ſuperiori facultate ſtuduerint: necnon in Theologia, qui per ſex annos, vel in Vtroque aut in Altero Iurium Baccalariis, qui per triennium, ſi nobiles ex utroque parente & ex antiquo genere, aliàs autem per quinquennium, conſimiliter in aliqua Vniverſitate privilegiata ad minus ſuum ſtudium fecerint. *§. 12. aliàs 10. Videlicet.*

*De Gradu, Tempore Studii & Nobilitate Collatoribus notificanda.*

§.13. aliàs 11. *Qui de prædictis.* QVi de prædictis Gradibus, Tempore & Nobilitate ſupradictis fidem facere teneantur Collatori per legitima documenta.

*De Theologis præferendis.*

§.14. aliàs 12. *Exhortamur.* EXhortamur tamen ordinarios Collatores, quòd in conferendis beneficiis huiuſmodi, pręſertim quoad Dignitates, reſpectum habeant ſingulariter ad Magiſtros, necnon Licentiatos & Baccalarios formatos in Theologia,

*Vt Graduum ordo, in beneficiis electivis ſervetur.*

§.15. aliàs 13. *In Dignitatibus.* IN Dignitatibus verò electivis, Perſonatibus, Adminiſtrationibus & Officiis dictarium Eccleſiarum, idem ordo, modus & forma in omnibus obſerventur.

*De Repletione Graduatorum.*

§.16. aliàs 14. *Quòd ſi quis.* QVòd ſi quis ex dictis qualificatis tempore vacationis Præbendę ſeu Dignitatis huiuſmodi alias duas obtineat Prębendas, ſeu Dignitatem & Prębendam, vel aliud ſeu alia beneficium aut beneficia, quod vel quæ reſidendo in altero ipſorum & horis divinis intereſſendo, valerent ſeu valeret uſque ad ſummam, ſeu ęſtimationem ducentorum florenorum camerę: ſimiliter quicunque duas Prębendas Cathedrales obtinuerit, nullatenus in ipſa tertia parte includi, ſeu comprehendi cenſeatur.

*De villis muratis.*

IN Eccleſiis autem Parrochialibus quę in Civitatibus aut Villis Muratis exiſtunt, inſtituantur perſonę, ſicut ſupra, qualificatę, aut ad minus, qui per tres annos in Theologia, vel Altero Iurium, ſeu Magiſtri in Artibus, qui in aliqua Vniverſitate privilegiata ſtudentes fuerint, & huiuſmodi gradum adepti fuerint, ſi tales poterunt inveniri qui voluerint huiuſmodi beneficiis deſervire. §. 17. *aliàs* 15. *In Eccleſiis.*

*De nomine Graduatorum quolibet anno, tempore Quadrageſimæ Collatoribus exhibendo.*

ET ut faciliùs inveniri poſſint, Statuit hęc ſancta Synodus quòd quolibet anno durante tempore Quadrageſimę, omnes & ſinguli hoc modo Qualificati, de ipſa Diœceſi, & alii qui voluerint, habeant per ſe vel per Procuratorem ſuum ſua nomina exhibere illis ad quos beneficiorum Curatorum collatio ſeu præſentatio ſpectat, ſeu eorum Vicariis: quod ſi non fecerint, Collatio ſeu Pręſentatio vel diſpoſitio aliter quàm ut pręmittitur facta, non propter hoc irrita cenſeantur. Et ſimiliter in Collatione tertię partis Præbendarum ſuperiùs memoratarum intelligatur, ſi tot Graduati ſeu Qualificati modo pręmiſſo potuerint inveniri, teneanturque ut præmittitur, ipſi Graduati & Qualificati ſua nomina tempore prędicto ipſis ad quos beneficiorum diſpoſitio ſpectat, ſeu eorumn Vicariis exhibere per ſe vel per Procuratorem: quod ſi non fecerint, collatio ſeu præſentatio, vel diſpoſitio aliter quàm ut pręmittitur facta, non propter hoc irrita cenſeatur. §. 18. *Statuit. aliàs* 16.

*Decretum irritans*

§. 19. *aliàs* 17. *Si autem illi.* SI autem illi, ad quos beneficiorum quęvis diſpoſitio ſpectat, contra ſupradictarum qualificationum deſignationem & ordinem, aliquod beneficium contulerint, ſeu ad ipſum præſentaverint, vel quomodolibet diſpoſuerint: ſit ipſo facto irritum & inane, veluti ſuperiùs præmiſſum eſt. Et nihilominus per Concilia Provincialia, cùm in his defecerint, aut etiam perſonis non idoneis quoquomodo providerint, juxta tenorem Conſtitutionis Concilii generalis quę incipit *Grave*, de Prębendis, corrigantur & debitè puniantur.

*Regularia Regularibus, ſæcularia ſæcularibus conferantur.*

§. 20. *aliàs* 18. *Illi verò.* ILli verò, ad quos beneficiorum Regularium ſpectat collatio ſeu diſpoſitio, prętermiſſis indignis, eadem Religioſis idoneis conferant & aſſignent: quòd ſi aliter fecerint, per eorum Superiores & Capitula Provincialia corrigantur & debitè puniantur. Datum in Seſſione noſtra publica in Eccleſia maiori Baſilienſi ſolemniter celebrata nono Calendas Februarii. Anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo.

## Sequuntur Litteræ patentes Regis.

*De jure quæſito per gratias expectativas non tollendo.*

PLacuit tamen ipſi Congregationi ut Gratię expectatiuę, & facultates nominandi, à ſummo Pontifice emanatę, ac Nominationes exinde ſecutę ſuper quibus, iuxta determinationem decreti Baſilienſis Concilii, proceſſus Apoſtolici fuerunt expediti uſque ad Paſcha proximum, & non ultra quoquomodo tolerentur. Ita tamen quòd ſi interim etiam quandocumque decernat Concilium eas non eſſe ulterius tolerandas, quòd quicquid in hoc caſu Concilium ſtatuerit, decreverit ſeu declaraverit, Rex & Eccleſię aliorum Regni & Delphinatus gratum habebunt & acceptum: quo verò ad alias expectativas aut nominationes ſuper quibus non erant proceſſus expediti, tempore decreti Baſilienſis Concilii, hęc Congregatio, juxta determinationem ſacri Baſilienſis Concilii ſæpedicti, eas cenſet non eſſe à modo tolerandas, ſed eas ex nunc habent & cenſent Rex & antedicti, caſſas, vacuas, nullas & inanes. §. 21. *aliàs* 19. *Placuit.*

*Contra de cætero Gratias expectativas obtinentes.*

ITem viſum fuit eidem Congregationi, quòd licet Concilium ſtatuerit, ut dictæ Gratię (ſi quę fiant) ſint nullæ ipſo facto, quòd nihilomiuus deberent ſtatui per Con- §. 22. *aliàs* 20. *Item viſu fuit.*

cilium graves pœnę adverſus omnes & ſingulos, qui de cętero eas impetrabunt, ſeu acceptabunt, vel fouebunt, aut qui eis uti exinde pręſument, vel conabuntur, invocando etiam contra tales (ſi opus videatur) auxilium brachii ſęcularis.

*De Præventionibus temperandis.*

§. 23. *alias* 21. *Item circa.* ITem circa clauſulam poſitam in ipſo decreto quę incipit. Neque etiam collationes per pręventionem fiendas intendit impedire, &c. Viſum eſt prędictæ Congregationi, quòd quia indultum à Iure beneficium & maximè à ſacris canonibus, nemini debet auferri abſque ſui culpa, ut ait Gregorius in Regiſtro, Rem quę culpâ caret in damnum vocare non convenit: viſum fuit prælibatę Congregationi, quòd cùm Collatores & Patroni Eccleſiaſtici habeant, beneficio Lateranenſis Concilii, certum tempus ad præſentandum & conferendum reſpectivé, quòd debent inſtare Regii Oratores apud Sacrum Concilium generale, ut provideat circa ſuum decretum de Collationibus, in hoc ſcilicet quòd decretum illud videtur ipſi Lateranenſi Concilio velle derogare, ita quod velit ipſum ſacrum Concilium decernere, quòd pręuentiones etiam Apoſtolicę Sedis, vel Legatorum eiuſdem, factę in contrarium, non valeant, quo magis ipſis Collatoribus & Patronis ſuum ius, ceſſante culpâ eorum (ſicut iuſtitia ſuadet) ſervetur illæſum.

*De Graduatis & de Turno.*

§ 24. *alias* 22. *Item placuit.* ITem placuit ipſi Congregationi, ut tantò magis ſtudia & Vniverſitates ſtudiorum

Regni & Delphinatus cum ſcientiarum augmento foveantur, quòd Suppoſitis Vniverſitatum prędictarum conferantur duæ partes Præbendarum illius tertiæ quę ſecundum decretum ſacri Baſilienſis Concilii, De Collationibus beneficiorum, eſt conferenda ſolis Graduatis, & idem ordo in Parrochialibus Eccleſiis & Capellaniis obſervetur; ita quod Parrochialis Eccleſia reſpectu Parrochialis Eccleſię, faciat turnum, & Capellania reſpectu ſolius Capellanię, & Prębenda Cathedralis, reſpectu ſolius Cathedralis, & Prębenda Eccleſiæ Collegiatę reſpectu cuiuſvis Eccleſię Collegiatæ ad collationem eandem pertinentes. Ita quòd in hoc caſu omnes Eccleſię Collegiatæ ſpectantes ad eandem collationem, pro una Collegiata Eccleſia ſint habendę. Et idem ordo in Regularibus & Eccleſiaſticis ſubventionibus perpetuis quocunque nomine cenſeantur, obſervetur.

*De Graduatis ab Vniverſitatibus nominandis & eorum Prælatione.*

ITem quod ad dictas duas partes, ſecundùm ordinem prędictum, poterunt Vniverſitates cuilibet Eccleſiaſtico Patrono ſeu Eccleſiaſtico Collatori nominare certum numerum ſuorum Graduatorm, qui tunc in ipſis Vniverſitatibus actu reſidebunt, & qui pro pręſentibus iuxta morem Vniverſitatum & ſtudiorum cenſebuntur habendi per eaſdem. *§. 25 aliàs 23 Item ad dictas.*

Ita tamen quòd ipſe Eccleſiaſticus Collator vel Eccleſiaſticus Patronus non teneatur de neceſſitate ſequi ordinem huiuſmodi nominationis, dum tamen fiat præſentatio vel Collatio alicui de numero nominatorum: adiecto quòd ſi omnibus de dicto numero *§. 26. Ita tamen.*

fuerit aliquo vel aliquibus, excepto, vel exceptis, ſatisfactum, quòd illi vel illis, quibus de dicto numero adhuc ſatisfactum non fuerit, neceſſariò ſatisfieri primitùs oporteat, & eos præferri quibuſcumque poſtea ab ipſis Vniverſitatibus nominandis.

*De Gradu, & numero beneficiorum in Litteris Nominationum exprimendis.*

§. 27. *aliàs* 24. *Item quod Vniverſitates.* ITem quod Vniverſitates teneantur deſcribere gradus ſuorum nominandorum ac numerum & qualitates beneficiorum, quæ præſentationis tempore poſſidebunt ſui nominandi. Ita tamen quòd Collatores non teneantur in eorum litteris, huiuſmodi non obſtantias exprimere, ſive deſcribere.

*De Turno.*

§. 28. *aliàs* 25. *Item quòd omnia.* ITem quòd omnia prædicta beneficia per Ordinarios ſcilicet conferenda, quocumque modo vacaverint, aliàs ſcilicet quàm ex cauſa permutationis, vel ſimplicis reſignationis, faciant turnum reſpectu præſentationis vel collationis illis de Vniverſitatibus vel Studiis faciendæ.

*De ad Gradum promotione.*

§. 29. *aliàs* 26. *Item ut de cætero.* ITem ut de cætero floreat ſapientia, & vigeant litterarum ſtudia, nullus ad titulos graduum & honorum aſſumatur, niſi idoneus & approbatus moribus & ſcientia atque benemeritus, nec ita levis & nimiùm præcipitata promotio fiat. Nam (ut notum eſt & cunctis ridiculoſum) multi Magiſtrorum nomen obtinent, quos adhuc diſcipulos magis eſſe deceret. Contrà facientes aut ve-

nientes privilegiis regalibus eiſdem Univerſitatibus conceſſis ipſo facto ſint privati.

*De Mandatis Apoſtolicis.*

ITem voluit dicta Congregatio quod decretum faciens mentionem quòd omnis futurus Romanus Pontifex poſſet providere ſuo tempore, vel facere provideri de uno beneficio reſpectu Collationis, in qua fuerint decem, & de duobus in qua fuerint quinquaginta, extendatur ſimiliter ad Dominum noſtrum Papam modernum. Et quia in ipſo decreto dicitur, quòd poſſit quilibet Romanus Pontifex, modo tamen licito & honeſto, &c. Viſum fuit ipſi Congregationi hoc debere fieri per mandatum Apoſtolicum Collatoribus vel Patrinis Eccleſiaſticis dirigendum juxta formam capituli Mandatum, de Reſcriptis, in antiquis, cum duobus capitulis ſequentibus. Et quòd talia mandata fiant ſub vera data, non verò ſub data retroactiva: ita quòd dictum mandatum non habeat executionem niſi poſt menſem à tempore ſuæ præſentationis Eccleſiaſtico Collatori, aut ejus Vicario in ſua abſentia: ut eo magis malitiis & fraudibus hujuſmodi obvietur.

§ 30, aliàs 27. *Item voluit.*

*De collationibus Eugenio IV. Papæ reſervatis.*

ITem inſuper viſum fuit præfatæ Congregationi, quòd ultra decreta ſacri dicti Concilii Baſilienſis edita de electionibus & collationibus beneficiorum: ſit ipſi Domino noſtro Papæ moderno circa aliquas proviſiones & diſpoſitiones de Eccleſiaſticis beneficiis aliquibus in Regno & Delphinatu & aliis dominiis Regis, & tantùm tempore Papæ moderni & per modum doni gratuiti, ao fine

§. 31, aliàs 27. *Item inſuper.*

§. 1. *Dum autem.* Dum autem hæc cura reformandæ Eccleſiæ huic ſanctæ univerſali Synodo Baſilienſi incumbit: hoc unum ſingulari ſollicitudine proſequendum arbitratur, ut per ſingulas Eccleſias miniſtri inſtituantur idonei, qui ſcientiis & virtutibus effulgeant ad Chriſti gloriam, & univerſi populi Chriſtiani ædificationem ſalutarem.

*De gratiis expectativis ſublatis.*

§. 2. *aliàs* 2. *Cui rei.* CVi rei grave impedimentum hactenus afferre viſa eſt Gratiarum expectativarum multitudo, quæ gravem ordini & ſtatui Eccleſiaſtico perturbationem, variaſque inordinationes ac plurima diſcrimina comperitur injeciſſe. Ex his enim frequentiùs dati ſunt in Eccleſiis miniſtri non probati, nec cogniti; vacaturorumque beneficiorum expectatio (ſicut antiqua jura teſtantur) occaſionem deſiderandæ mortis alienæ præſtare ſolet, quod plurimum præjudicat animarum ſaluti. Sed & inſuper lites innumeræ & contentiones inter ſervos Dei excitantur, rancores & iurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fovetur ambitio, facultates ac pecuniæ Regnorum & Provinciarum mirum in modum exhauriuntur, pauperes diſcurrendo ad Romanam Curiam innumerabiles vexationes ſubeunt, & inter viarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur, occiduntur, & variis affliguntur peſtibus, atque etiam in ſuis patrimoniis ac parentum opibus exhauſtis gravi egeſtati ſubjacere coguntur: plurimi abſque juſto titulo beneficia ſibi vindicant, & non quibus jure debentur illi obtinent: ſed nonnumquam ii quibus aut circumveniendi proximum major aſtutia, aut ad litigandum facultas ſuppetit uberior;

ſub involutionibus quoque prærogativarum aut antelationum, aliorumque huiuſmodi gratias concomitantium, fraudes plurimas ac deceptiones contingit inveniri. Iuvenibus etiam qui ſtudio literarum & virtuoſis operibus intendere deberent, datur materia evagandi, qui ſæpiùs per litium anfractus & varios diſcurſus, ratione Gratiarum ipſarum, turbantur & inquietantur. Ordinariis Collatoribus ſuum miniſterium ſubſtrahitur & confunditur ordo Eccleſiaſticus, dum unicuique ſua juriſdictio non ſervatur, Romanique Pontifices, dum officia inferiorum ſibi nimium vendicant, à majoribus, & magis fructuoſis operibus, univerſale bonum concernentibus, retrahuntur; nec inferiorum directioni atque correctioni invigilant, ſicut publica utilitas expoſcit; quæ omnia gravem confuſionem ſtatui Clericali & Sacerdotali in diſpendium divini cultus & præjudicium publicæ ſalutis afferunt, poſſentque graviorem in futurum afferre ruinam, rebus his in deteriora jugiter prolabentibus, niſi provideretur in adverſum.

Volens itaque hæc S. Synodus ſuper his opportunum remedium adhibere, ſtatuit & decrevit ut Pontifex Romanus qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias expectativas, aut Nominationes nullo modo, nullave ex cauſa concedat; cum ipſe præ cæteris (ne ſit tantorum occaſio malorum) abſtinere debeat. *§. 3. Volens itaq.*

Fruſtra enim inhiberetur Inferioribus, ſi ipſe qui aliis debet eſſe omnium bonorum & virtutum exemplar, non abſtineret. Vt enim ille ſanctiſſimus & doctiſſimus Leo Papa inquit; Totius familiæ Domini ſtatus & ordo mutabitur, ſi quod inquiritur in Corpore, non inveniatur in Capite. Integritas enim Præſidentium, ſalus dignoſcitur eſſe *§. 4. Fruſtra enim.*

Inferiorum : ceſſentque de cætero jam factæ, & tam ipſæ quàm etiam fiendæ ( ſi quæ fiant) nullæ ſint ipſo facto. Exceptis illis Gratiis & Nominationibus ſuper quibus proceſſus ſunt jam expediti : quas ex certis rationabilibus cauſis in octo menſibus, quibus hactenus curſum habere conſueverunt, tolerandas duximus, donec aliter fuerit ordinatum.

*De Reſervationibus particularibus ſublatis.*

§. 5. *aliàs 2. Reſervationes.* Reſervationes etiam particulares quæcumque fuerint, beneficiorum vacaturorum, tam per Romanos Pontifices, quàm per Legatos Sedis Apoſtolicæ de cætero ſint nullæ ipſo facto.

*Reſervationes legitimæ.*

§. 6. *aliàs 3. Non tamen.* Non tamen intendit prohibere hæc ſancta Synodus hoc præſenti decreto : quo minùs futuri Romani Pontifices, tempore Pontificatus ſui, modo honeſto & convenienti de uno beneficio ad collationem, in qua fuerint decem beneficia : de duobus ubi fuerint quinquaginta, & ultra diſponant. Ita tamen ut in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, duas Præbendas ſuo tempore non conferant, ut Qualificationes Graduatorum inferiùs deſignatæ, in ipſis Præbendis, ſuum valeant ſortiri effectum.

*Præventio Papæ in Reſervationibus.*

§. 7. *aliàs 4. Neque etiam.* Neque etiam Collationes per præventionem faciendas, intendit impedire : decreto noſtro de Reſervationibus, quoad cætera, & aliis decretis hujuſmodi Sanctæ Synodi in ſuo robore duraturis.

*De Collationibus Graduatis & Litteratis faciendis.*

VT verò cæteri ad quos Beneficiorum, Dignitatum, Perſonatuum, Officiorum & Adminiſtrationum collatio, ſeu quævis alia diſpoſitio ſpectat, ad providendum litteratis viris & ſcientiâ perornatis ſpecialius aſtringantur, voluit hæc Sancta Synodus certas qualificationes ſeu qualitates virorum litteratorum & Graduatorum deſignari, quibus certo ordine debeat provideri, prout inferius annotatur: adjiciens quòd ſi per Prælatos & Doctores alicujus Nationis in hoc Concilio conſiſtentes pro bono ſuæ Nationis aliter circa hujuſmodi qualificationes diſponendum videatur in futurum, quicquid per illos fuerit ordinatum, & in Generali Congregatione præſentis Concilii concluſum, ex nunc, prout ex tunc, ratum & firmum habeatur: & vim decreti habeat: ac ſi in præſenti decreto de verbo ad verbum expreſſum foret. *§. 8. aliàs 5. Vt verò.*

*De decreto irritante.*

QVod ſi quis cujuſcunque ſtatus, etiam ſi Cardinalatus, Patriarchalis, Pontificalis aut alterius cuiuſlibet dignitatis contra prædictum ordinem & qualificationes ut præmittitur deſignatas, vel deſignandas, de ipſis beneficiis, Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis & Adminiſtrationibus quoviſmodo diſpoſuerit, eo ipſo ſit irritum & inane: collatioque huiuſmodi & proviſio ſeu quævis diſpoſitio ad Superiorem proximum devolvatur, qui ſimiliter ut præmittitur, habeat providere: quod ſi non fecerit, ad alium Superiorem devolvatur gradatim: uſque ad- *§. 9. aliàs 6. Quod ſi quis.*

ſummum Pontificem aſcendendo.

*De tempore hujus conſtitutionis obſeruandæ.*

alias §. VII.

NOn volumus tamen ordinarios Collatores & eos ad quos præſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio beneficiorum ſpectat, in quatuor menſibus quibus præfatæ Gratiæ expectativæ vel Nominationes curſum non habent, donec ipſæ gratiæ & Nominationes ad eorum collationem, præſentationem, ſeu diſpoſitionem conceſſæ ceſſaverint, ad qualificationes infraſcriptas obſervandas aſtringi.

Caput II. *alias §. 5.*

SEquuntur Qualificationes & ordo in conferendis beneficiis per Ordinarios, de quibus prętactum eſt.

*§. 10. Primò. Cùm,* Primò. Cùm per Generalis Concilii ſtatuta ſanctè ordinatum exiſtat, quòd quælibet Eccleſia Metropolitana teneatur aut debeat habere unum Theologum, qui ſuâ doctrinâ & prædicationibus fructum ſalutis afferat, ordinat hæc ſancta Synodus quòd extendatur huiuſmodi ordinatio ad Eccleſias Cathedrales: Taliter videlicet, quod quilibet Collator ipſarum Præbendarum teneatur & debeat conferre Canonicatum & Præbendam quamprimùm facultas ſe obtulerit, & inveniri poterit, uni Magiſtro Licentiato, vel in Theologia Baccalario formato, qui per decennium in Vniverſitate privilegiata ſtuduerit, & onus reſidentiæ, ac lecturę, & prędicationis ſubire voluerit: quique bis aut ſemel ad minus, per ſingulas hebdomadas (ceſſante legitimo impedimento) legere habeat. Et

quoties ipſum in hujuſmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli in ſubtractione diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit. Et ſi reſidentiam deſeruerit, de alio provideatur. Verumtamen, ut vacare poſſit liberiùs ſtudio, nihil perdat cùm abſens fuerit à divinis.

*De Graduatis & eorum qualitate.*

INſuper quòd in qualibet Eccleſia Cathedrali vel Collegiata, ultra Præbendam prædictam Theologo, ut præmittitur, aſſignandam, Tertia pars Prębendarum conferatur Graduatis aliàs idoneis, modo & forma infraſcriptis, ſic quod prima vacatura hujuſmodi Graduato, & deinde poſt alias duas, ſequens eodem modo conferatur: & ſic deinceps. *§. 11. aliàs 9. Inſuper.*

*Qui dicantur Graduati & eorum ordo.*

VIdelicet Magiſtris aut Licentiatis, ſeu Baccalariis formatis in Theologia qui per decennium in aliqua Univerſitate privilegiata: Doctoribus ſeu Licentiatis in altero Iurium, vel Medicina, qui per ſeptem annos in ſua Facultate ſtuduerint in Univerſitate ut ſuprà: Magiſtris ſeu Licentiatis in Artibus cum rigore examinis, qui per quinquennium in aliqua Univerſitate à logicalibus incluſivè, ut ſuprà, in artibus, vel in aliqua ſuperiori facultate ſtuduerint: necnon in Theologia, qui per ſex annos, vel in Vtroque aut in Altero Iurium Baccalariis, qui per triennium, ſi nobiles ex utroque parente & ex antiquo genere, aliàs autem per quinquennium, conſimiliter in aliqua Univerſitate privilegiata ad minus ſuum ſtudium fecerint. *§. 12. aliàs 10. Videlicet.*

*De Gradu, Tempore Studii & Nobilitate Collatoribus notificanda.*

§. 13. *aliàs 11. Qui de prædictis.* QVi de prædictis Gradibus, Tempore & Nobilitate ſupradictis fidem facere teneantur Collatori per legitima documenta.

*De Theologis præferendis.*

§. 14. *aliàs 12. Exhortamur.* EXhortamur tamen ordinarios Collatores, quòd in conferendis beneficiis huiuſmodi, præſertim quoad Dignitates, reſpectum habeant ſingulariter ad Magiſtros, necnon Licentiatos & Baccalarios formatos in Theologia,

*Vt Graduum ordo, in beneficiis electivis ſervetur.*

§. 15. *aliàs 13. In Dignitatibus.* IN Dignitatibus verò electivis, Perſonatibus, Adminiſtrationibus & Officiis dictarum Eccleſiarum, idem ordo, modus & forma in omnibus obſerventur.

*De Repletione Graduatorum.*

§. 16. *aliàs 14. Quòd ſi quis.* QVòd ſi quis ex dictis qualificatis tempore vacationis Præbendę ſeu Dignitatis huiuſmodi alias duas obtineat Prębendas, ſeu Dignitatem & Prębendam, vel aliud ſeu alia beneficium aut beneficia, quod vel quæ reſidendo in altero ipſorum & horis divinis intereſſendo, valerent ſeu valeret uſque ad ſummam, ſeu ęſtimationem ducentorum florenorum camerę: ſimiliter quicunque duas Prębendas Cathedrales obtinuerit, nullatenus in ipſa tertia parte includi, ſeu comprehendi cenſeatur.

*De villis muratis.*

IN Eccleſiis autem Parrochialibus quę in Civitatibus aut Villis Muratis exiſtunt, inſtituantur perſonę, ſicut ſupra, qualificatę, aut ad minus, qui per tres annos in Theologia, vel Altero Iurium, ſeu Magiſtri in Artibus, qui in aliqua Vniverſitate privilegiata ſtudentes fuerint, & huiuſmodi gradum adepti fuerint, ſi tales poterunt inveniri qui voluerint huiuſmodi beneficiis deſervire. *§. 17. aliàs 15. In Eccleſiis.*

*De nomine Graduatorum quolibet anno, tempore Quadrageſima Collatoribus exhibendo.*

ET ut faciliùs inveniri poſſint, Statuit hęc ſancta Synodus quòd quolibet anno durante tempore Quadrageſimę, omnes & ſinguli hoc modo Qualificati, de ipſa Diœceſi, & alii qui voluerint, habeant per ſe vel per Procuratorem ſuum ſua nomina exhibere illis ad quos beneficiorum Curatorum collatio ſeu præſentatio ſpectat, ſeu eorum Vicariis: quod ſi non fecerint, Collatio ſeu Pręſentatio vel diſpoſitio aliter quàm ut pręmittitur facta, non propter hoc irrita cenſeantur. Et ſimiliter in Collatione tertię partis Præbendarum ſuperiùs memoratarum intelligatur, ſi tot Graduati ſeu Qualificati modo pręmiſſo potuerint inveniri, teneanturque ut præmittitur, ipſi Graduati & Qualificati ſua nomina tempore prędicto ipſis ad quos beneficiorum diſpoſitio ſpectat, ſeu eorum Vicariis exhibere per ſe vel per Procuratorem: quod ſi non fecerint, collatio ſeu præſentatio, vel diſpoſitio aliter quàm ut pręmittitur facta, non propter hoc irrita cenſeatur. *§. 18. Statuit. aliàs 16.*

*Decretum irritans*

§.19. *aliàs* 17. *Si autem illi.* SI autem illi, ad quos beneficiorum quęvis diſpoſitio ſpectat, contra ſupradictarum qualificationum deſignationem & ordinem, aliquod beneficium contulerint, ſeu ad ipſum præſentaverint, vel quomodolibet diſpoſuerint: ſit ipſo facto irritum & inane, veluti ſuperiùs prę miſſum eſt. Et nihilominus per Concilia Provincialia, cùm in his defecerint, aut etiam perſonis non idoneis quoquomodo providerint, iuxta tenorem Conſtitutionis Concilii generalis quę incipit *Grave*, de Pręcbendis, corrigantur & debitè puniantur.

*Regularia Regularibus, ſæcularia ſæcularibus conferantur.*

§.20. *aliàs* 18. *Illi verò.* ILli verò, ad quos beneficiorum Regularium ſpectat collatio ſeu diſpoſitio, prętermiſſis indignis, eadem Religioſis idoneis conferant & aſſignent: quòd ſi aliter fecerint, per eorum Superiores & Capitula Provincialia corrigantur & debitè puniantur. Datum in Seſſione noſtra publica in Eccleſia maiori Baſilienſi ſolemniter celebrata nono Calendas Februarii. Anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo.

## Sequuntur Litteræ patentes Regis.

*De jure quæſito per gratias expectativas non tollendo.*

PLacuit tamen ipſi Congregationi ut Gratiç expectatiuç, & facultates nominandi, à ſummo Pontifice emanatç, ac Nominationes exinde ſecutç ſuper quibus, iuxta determinationem decreti Baſilienſis Concilii, proceſſus Apoſtolici fuerunt expediti uſque ad Paſchæ proximum, & non ultra quoquomodo tolerentur. Ita tamen quòd ſi interim etiam quandocumque decernat Concilium eas non eſſe ulterius tolerandas, quòd quicquid in hoc caſu Concilium ſtatuerit, decreverit ſeu declaraverit, Rex & Eccleſiç ſuorum Regni & Delphinatus gratum habebunt & acceptum: quo verò ad alias expectativas aut nominationes ſuper quibus non erant proceſſus expediti, tempore decreti Baſilienſis Concilii, hçc Congregatio, juxta determinationem ſacri Baſilienſis Concilii ſæpedicti, eas cenſet non eſſe à modo tolerandas, ſed eas ex nunc habent & cenſent Rex & antedicti, caſſas, vacuas, nullas & inanes. *§.21.aliàs 19. Placuit.*

*Contra de cætero Gratias expectativas obtinentes.*

ITem viſum fuit eidem Congregationi, quòd licet Concilium ſtatuerit, ut dictæ Gratiç (ſi quç fiant) ſint nullæ ipſo facto, quòd nihilominus deberent ſtatui per Con- *§.22.aliàs 20. Item viſū fuit.*

cilium graves pœnę adverſus omnes & ſingulos, qui de cętero eas impetrabunt, ſeu acceptabunt, vel fouebunt, aut qui eiś uti exinde pręſument, vel conabuntur, invocando etiam contra tales (ſi opus videatur) auxilium brachii ſęcularis.

*De Præventionibus temperandis.*

§. 23. *alias* 21. *Item circa.* ITem circa clauſulam poſitam in ipſo decreto quę incipit. Neque etiam collationes per pręventionem fiendas intendit impedire, &c. Viſum eſt prędictæ Congregationi, quòd quia indultum à Iure beneficium & maximè à ſacris canonibus, nemini debet auferri abſque ſui culpa, ut ait Gregorius in Regiſtro, Rem quę culpâ caret in damnum vocare non convenit: viſum fuit prælibatę Congregationi, quòd cùm Collatores & Patroni Eccleſiaſtici habeant, beneficio Lateranenſis Concilii, certum tempus ad præſentandum & conferendum reſpectivé, quòd debent inſtare Regii Oratores apud Sacrum Concilium generale, ut provideat circa ſuum decretum de Collationibus, in hoc ſcilicet quòd decretum illud videtur ipſi Lateranenſi Concilio velle derogare, ita quod velit ipſum ſacrum Concilium decernere, quòd pręuentiones etiam Apoſtolicę Sedis, vel Legatorum eiuſdem, factę in contrarium, non valeant, quo magis ipſis Collatoribus & Patronis ſuum ius, ceſſante culpâ eorum (ſicut iuſtitia ſuadet) ſervetur illæſum.

*De Graduatis & de Turno.*

§. 24. *alias* 22. *Item placuit.* ITem placuit ipſi Congregationi, ut tantò magis ſtudia & Vniverſitates ſtudiorum

Regni & Delphinatus cum ſcientiarum augmento foveantur, quòd Suppoſitis Vniverſitatum prędictarum conferantur duæ partes Præbendarum illius tertiæ quę ſecundum decretum ſacri Baſilienſis Concilii, De Collationibus beneficiorum, eſt conferenda ſolis Graduatis, & idem ordo in Parrochialibus Eccleſiis & Capellaniis obſervetur; ita quod Parrochialis Eccleſia reſpectu Parrochialis Eccleſię, faciat turnum, & Capellania reſpectu ſolius Capellanię, & Prębenda Cathedralis, reſpectu ſolius Cathedralis, & Prębenda Eccleſiæ Collegiatę reſpectu cuiuſvis Eccleſię Collegiatæ ad collationem eandem pertinentes. Ita quòd in hoc caſu omnes Eccleſię Collegiatæ ſpectantes ad eandem collationem, pro una Collegiata Eccleſia ſint habendę. Et idem ordo in Regularibus & Eccleſiaſticis ſubventionibus perpetuis quocunque nomine cenſeantur, obſervetur.

*De Graduatis ab Vniverſitatibus nominandis & eorum Prælatione.*

ITem quod ad dictas duas partes, ſecundùm ordinem prędictum, poterunt Vniverſitates cuilibet Eccleſiaſtico Patrono ſeu Eccleſiaſtico Collatori nominare certum numerum ſuorum Graduatorm, qui tunc in ipſis Vniverſitatibus actu reſidebunt, & qui pro pręſentibus iuxta morem Vniverſitatum & ſtudiorum cenſebuntur habendi per eaſdem. *§. 25 aliàs 23 Item ad dictas.*

Ita tamen quòd ipſe Eccleſiaſticus Collator vel Eccleſiaſticus Patronus non teneatur de neceſſitate ſequi ordinem huiuſmodi nominationis, dum tamen fiat præſentatio vel Collatio alicui de numero nominatorum: adiecto quòd ſi omnibus de dicto numero *§. 26. Ita tamen.*

fuerit aliquo vel aliquibus, excepto, vel exceptis, ſatisfactum, quòd illi vel illis, quibus de dicto numero adhuc ſatisfactum non fuerit, neceſſariò ſatisfieri primitùs oporteat, & eos præferri quibuſcumque poſtea ab ipſis Vniverſitatibus nominandis.

*De Gradu, & numero beneficiorum in Litteris Nominationum exprimendis.*

*§. 27. aliàs 24. Item quod Vniverſitates.* ITem quod Vniverſitates teneantur deſcribere gradus ſuorum nominandorum ac numerum & qualitates beneficiorum, quæ præſentationis tempore poſſidebunt ſui nominandi. Ita tamen quòd Collatores non teneantur in eorum litteris, huiuſmodi non obſtantias exprimere, ſive deſcribere.

*De Turno.*

*§. 28. aliàs 25. Item quòd omnia.* ITem quòd omnia prædicta beneficia per Ordinarios ſcilicet conferenda, quocumque modo vacaverint, aliàs ſcilicet quàm ex cauſa permutationis, vel ſimplicis reſignationis, faciant turnum reſpectu præſentationis vel collationis illis de Vniverſitatibus vel Studiis faciendæ.

*De ad Gradum promotione.*

*§. 29. aliàs 26. Item ut de cætero.* ITem ut de cætero floreat ſapientia, & vigeant litterarum ſtudia, nullus ad titulos graduum & honorum aſſumatur, niſi idoneus & approbatus moribus & ſcientia atque benemeritus, nec ita levis & nimiùm præcipitata promotio fiat. Nam (ut notum eſt & cunctis ridiculoſum) multi Magiſtrorum nomen obtinent, quos adhuc diſcipulos magis eſſe deceret. Contrà facientes aut ve-

nientes privilegiis regalibus eiſdem Univerſitatibus conceſſis ipſo facto ſint privati.

*De Mandatis Apoſtolicis.*

ITem voluit dicta Congregatio quod decretum faciens mentionem quòd omnis futurus Romanus Pontifex poſſet providere ſuo tempore, vel facere provideri de uno beneficio reſpectu Collationis, in qua fuerint decem, & de duobus in qua fuerint quinquaginta, extendatur ſimiliter ad Dominum noſtrum Papam modernum. Et quia in ipſo decreto dicitur, quòd poſſit quilibet Romanus Pontifex, modo tamen licito & honeſto, &c. Viſum fuit ipſi Congregationi hoc debere fieri per mandatum Apoſtolicum Collatoribus vel Patrinis Eccleſiaſticis dirigendum, juxta formam capituli Mandatum, de Reſcriptis, in antiquis, cum duobus capitulis ſequentibus. Et quòd talia mandata fiant ſub vera data, non verò ſub data retroactiva: ita quòd dictum mandatum non habeat executionem niſi poſt menſem à tempore ſuæ præſentationis Eccleſiaſtico Collatori, aut ejus Vicario in ſua abſentia: ut eo magis malitiis & fraudibus hujuſmodi obvietur. § *30. aliàs 27. Item voluit.*

*De collationibus Eugenio* IV. *Papæ reſervatis.*

ITem inſuper viſum fuit præfatæ Congregationi, quòd ultra decreta ſacri dicti Concilii Baſilienſis edita de electionibus & collationibus beneficiorum: ſit ipſi Domino noſtro Papæ moderno circa aliquas proviſiones & diſpoſitiones de Eccleſiaſticis beneficiis aliquibus in Regno & Delphinatu & aliis dominiis Regis, & tantùm tempore Papæ moderni & per modum doni gratuiti, ao ſine §. *31, aliàs 28. Item inſuper.*

præjudicio deferendum : videlicet in caſibus qui ſequuntur. Et primò de omnibus Eccleſiis, Monaſteriis, beneficiis, aut officiis ſæcularibus vel regularibus quibuſcumque etiam ſi Cathedrales & Metropolitanæ, aut Provinciales exiſtant, quæ illi, qui erunt per eum in antea promovendi de jure communi, & juxta formam prædictorum tempore promotionis eorum obtinebunt, poſſit ipſe pro ſuo tempore diſponere, etiam ubicumque contigerit eoſdem promotos conſecrari & benedici. Item non ſolùm de illis quæ dicti promovendi tempore ſuæ promotionis obtinebunt, ut præfertur, ſed etiam de illis omnibus quæ ipſe Dominus noſter Papa modernus volet & diſponet per aſſecutionem prædictorum beneficiorum mediatè vel immediatè in curia vel extra fore dimittenda : abſque tamen quacumque exactione vacaturarum aut aliorum onerum, ſalva ſemper proviſione quintæ partis ſæpe dictæ in caſibus circa proviſionem pecuniarum annotatis.

§. 32. *Item voluit.* Item voluit dicta Congregatio ipſam libertatem facere & cenſeri eſſe factam perſonaliter Domino noſtro Papæ moderno & ſine præjudicio libertatum & jurium Eccleſiæ Gallicanæ ( ut præmiſſum eſt ) ita quòd hujuſmodi conceſſio in perſonam Succeſſorum (prout in ſimili dictum eſt ) tranſitum non habeat.

### *De Canonicis ad effectum à Papa creandis.*

§. 33. *aliàs 29. Item cenſuit.* ITem cenſuit ipſa Congregatio proſequendum eſſe apud Concilium : ne de cætero Romani Pontifices ſe intromittant de creandis Canonicis in Cathedralibus aut Collegiatis Eccleſiis in quibus eſt certus numerus Canonicorum & Præbendarum cum appoſi-

tione decreti irritantis: ut tanto magis vitetur occaſio captandæ aut deſiderandæ mortis alienæ, niſi in eo caſu dumtaxat, in qua Dignitas vel Officium de qua vel de quo ipſe alicui cenſeret providendum iuxta formam antedictam, requireret forſan Canonicatum in Eccleſia à qua dependeret Dignitas antefata: ita tamen quod per hujuſmodi creationem Canoniæ, Canonicus huiuſmodi (ſi altem præter conſenſum Collatoris crearetur) non expectet Præbendam de proximo vacaturam, in vim ſcilicet creationis hujuſmodi, niſi alia ratione ei debeatur.

*Item acceptat Decretum de Cauſis, quod incipit, Eccleſiaſtica.*

# DE CAVSIS.

## TITVLVS V.

### Caput unicum.

ECcleſiaſticæ ſollicitudinis ſtudium jugiter invigilare conveuit, ut fraterna charitas in Clero ac populo Chriſtiano vigeat, nec quiſquam per vexationes & afflictiones indebitas proximum ſuum opprimere permittat: ſicque juſtitia ordine debito, cuilibet miniſtretur: ut & viris doloſis auferatur nocendi licentia, & quies & tranquillitas rectorum non facilè perturbetur.

*De Evocatione cauſarum ad Romanam Curiam.*

§. 1. *Inoleverunt.* INoleverunt autem hactenus intolerabilium vexationum abuſus permulti, dum nimium frequenter à remotis etiam partibus ad Romanam Curiam & interdum pro parvis & minimis rebus ac negotiis quam plurimi citari & evocari conſueverunt: atque ita expenſis & laboribus fatigari, ut nonnumquam commodiùs arbitrarentur juri ſuo cedere, aut vexationem ſuam gravi damno redimere quàm in longinqua regione litium ſubire diſpendia: ſic & facile extitit calumnioſis opprimere pauperes, ſic beneficia Eccleſiaſtica plerumque minus juſtè per litium anfractus obtenta ſunt, dum juſtis poſſeſſoribus eorum ſeu quibus illa de jure competebant: neque opes, neque facultates ad ſumptus illos ſufficere poterant: quos longinqua profectio ad Romanam Curiam & litium agitatio in eadem depoſcebant. Confunditur etiam exinde Eccleſiaſticus ordo, dum ordinariis Iudicibus ſua Iuriſdictio minimè ſervatur, pecuniæ & facultates Regnorum ac provinciarum hoc pacto non parum diminutæ ſunt, & (quod univerſo Eccleſiaſtico Ordini admodum nocere compertum eſt) ii quos ad ſumma negotia Chriſtianæ Religionis ſublimitas dignitatis evocabat, minus illis reddebantur intenti, dum ipſorum mentes nimium occupabat aſſidua cauſarum multitudo.

*De Cauſis in partibus tractandis.*

aliàs §. 2.

QVæ attendens hæc ſancta Synodus & pro reformatione Eccleſiæ Dei in Capite

& in membris juxta poteſtatem à Domino ſibi conceſſam, invigilans, ut omnia deinceps ordine congruo peragantur ad ſalutem animarum, ac pacem & quietem cunctorum.

Statuit & decrevit quod in partibus ultra quatuor diætas à Romana Curia diſtantibus, omnes quæcunque cauſæ, exceptis majoribus in iure expreſsè enumeratis, & electionum Eccleſiarum Cathedralium & Monaſteriorum cauſis, quas Cauſas immediata ſubiectio ad Sedem Apoſtolicam devolvit: apud illos Iudices in partibus, qui de iure aut de conſuetudine præſcripta, vel privilegio, cognitionem habent, terminentur & finiantur. §. 2. *Statuit.*

*De Appellationibus.*

ET ne ſub umbra Appellationum, quæ nimium leviter & nonnumquam frivolè hactenus interponi viſæ ſunt, atque etiam in eadem inſtantia ad prorogationem litium ſæpe multiplicari, materia fovendis iniuſtis vexationibus relinquatur. §. 3. *Et ne ſub umbra.*

Statuit eadem hæc ſancta Synodus, quod ſi quis offenſus coram ſuo Iudice, habere non poſſit Iuſtitiæ complementum, ad immediatum Superiorem, per appellationem, recurſum habeat. §. 4. *Statuit eadē*

Nec ad quemcumque etiam ad Papam obmiſſo medio. §. 5. *Nec ad quemcumque.*

*De Sententia interlocutoria.*

aliàs §. 4.

NEque à gravamine in quacumque inſtantia ante diffinitivam ſententiam quomodolibet appelletur: niſi forſitan tale gravamen extiterit quod in diffinitiva repa-

cari nequiret : quo caſu non aliàs quàm ad immediatum Superiorem liceat appellare.

*De appellatione ad Papam in partibus tractanda.*

§ 6. *aliàs 5. Si verò.* SI vero quiſpiam à Sedis Apoſtolicæ immediatè ſubiecto ad ipſam Sedem duxerit appellandum, cauſa per Reſcriptum uſque ad finem litis incluſivè committatur in partibus : niſi fortè propter defectum Iuſtitiæ, aut iuſtum metum, etiam in partibus convicinis, de quibus in commiſſione exprimendis, legitimo priùs documento aliàs quàm per iuramentum, ſummariè conſtiterit : apud ipſam Sedem foret meritó retinenda.

*Decretum irritans.*

aliàs § 6.

ET quicquid in contrarium huius ſaluberrimi decreti attentatum, factum vel obtentum fuerit, ſit nullum ipſo facto : litigantesque qui contra fecerint, in expenſis condemnentur.

*Exceptio.*

§. 7. *Romana.* ROmanæ vero Cardinales Eccleſiæ, Vicecancellarium, Camerarium, magnum Pœnitentiarium, Protonotarios & alios Sedis Apoſtolicæ Officiales actu in Curia ſuis officiis inſiſtentes, hoc decreto non intendimus comprehendi.

*De Cauſis Concilio reſervatis.*

§. 8. *Ne tamen.* NE tamen in diſſolutionem vel tranſlationem præſentis Concilii aut erectio-

nem conventiculi apud Ferrariam, vel alibi, ſub nomine generalis Concilii, quod Dominus Eugenius Papa IV. efficere conatus eſt, vel conaretur in futurum, Cauſas illas & maximè incorporatorum aut incorporandorum in hoc ſacro Concilio, quas hæc ſancta Synodus remitteret, aut non reciperet, in Curiam ipſius Domini Eugenii, aut præfatum conventiculum Ferrarienſe vel alibi, de facto trahi contingeret, in fomentum diſſolutionis, tranſlationis & erectionis prædictarum: voluit hæc ſancta Synodus cauſas quaſcumque pendentes & commiſſas, aut etiam quaſcumque Cauſas incorporatorum aut incorporandorum, ac alias per appellationem devolutas aut devolvendas, necnon illas quæ obſervationem decretorum ipſius ſanctæ Synodi concernunt, apud eandem Synodum (ipſa durante, ſeu donec aliter fuerit ordinatum) tractari, ſalvis etiam avocationibus cauſarum pendentium in Curia Romana per quæcumque noſtra decreta factis aut faciendis: decretis etiam aliis & ordinationibus ejuſdem ſanctæ Synodi in ſuo robore remanentibus: cum modificationibus ſequentibus.

*Acceptatio & modificatio hujus Decreti.*

Viſum fuit dictæ Congregationi quòd ſi Romanam Curiam reſidere contingat citra Montes, quod tunc in partibus ultra duas dietas à Curia diſtantibus, omnes cauſæ Eccleſiaſticæ habeant tractari coram illis: ſcilicet Iudicibus quibus de jure aut conſuetudine, vel privilegio competit cognitio & diffinitio earum: exceptis cauſis quæ exprimuntur in decreto. Item quod Monaſteria & alia beneficia qualiacunque ſæcularia & regularia: ſeu loca, circa quorum exemptionem *§. 9. Viſum fuit.*

providit ſacrum Conſtantienſe Concilium per quemdam canonem qui (ut dicitur) incipit, *Attendentes* quòd non ſunt habenda reſpectu dicti decreti de Cauſis, nec aliàs quovis modo pro exemptis, ſed verius pro non exemptis: & pro talibus per generale Concilium ex cautela ſuperabundanti declaranda: & quod hæc proſequantur Oratores Regii apud ipſum Concilium.

§. 10. *Item placet.* I. Item placet æquitas dicti decreti: quod ad neminem etiam ad Papam poſſit omiſſo medio de cætero Appellari, & quòd ſi quis offenſus non poſſit coram ſuo Iudice habere juſtitiæ complementum: quòd tunc poſſit per Appellationem ad immediatum Superiorem dicti ſui Iudicis habere recurſum: ita quod ſi Papa ſit immediatus Superior dicti Iudicis, quod cauſa committatur in partibus non ſuſpecto vel ſuſpectis.

§. 11. *Item placet.* II. Item placet Decretum, in hoc ſcilicet quod in nulla inſtantia poſſit quomodolibet Appellari ante diffinitivam ſententiam, ſi gravamen tale exiſtat quod in diffinitiva poſſit reparari: ſecus ſi tunc non poteſt reparari: nam tunc licitum eſt etiam ante diffinitivam ſententiam appellare: non tamen ad alium quàm ad immediatum Superiorem ut præfertur: ita etiam quòd ſi ille immediatus Superior ſit ipſe Papa, quòd Cauſa ipſa committatur non ſuſpecto vel non ſuſpectis, vel in partibus: ut in ſimili dictum eſt.

§. 12. *Item placet.* III. Item placet decretum in verſiculo, Si verò quiſpiam, uſque ad verſiculum, Romanæ verò: ſalvo quod pro juſtificatione & moderatione dicti verſiculi, videtur inſtandum fore per ipſos regios Oratores apud ipſum Concilium ad determinationem numeri, & qualitatum Officiariorum Apoſtolicorum & Curiæ.

Item

Item circa verſiculum, Voluit hæc ſancta Synodus &c. in decreto prædicto de Cauſis, Viſum eſt quod prædictus verſiculus ſeu articulus, eſt pro nunc reſpectu cauſarum jam actu Baſileæ pendentium, adhuc tolerandus, propter bonam ſpem eo magis inclinandi Concilium Baſilienſe prædictum ad unionem & concordiam cum Domino noſtro Papa, ita tamen quod Ambaſiatores Regii qui ſunt illic deſtinati, habeant demonſtrare ipſi ſacro Concilio quod vacare & intendere tot cauſis & talibus, repugnat officio Conciliorum generalium: & quod hoc poſſet dare cauſam ſeu occaſionem perpetuandi generalia Concilia & abſorbendi auctoritatem Sedis Apoſtolicæ & aliorum Prælatorum, & finaliter excitandi Reges & Principes adverſus generalia Concilia in grande præjudicium fidei & Eccleſiæ ſanctæ Dei, cum intimatione illis de Concilio prædicto facienda, quod ſi ipſi circa hoc differant providere, Rex & Eccleſia regni ſui & Delphinatus, tum ob neceſſitatem ſuo regno his diebus plurimum ingruentem, tum ut æqualitas reſpectu ipſorum ſicut reſpectu Papæ obſervetur, prout per decreta eorum adverſus Papam ſtatuitur, quod in eventum moræ amplioris, ſicut reſpectu unius partis jam per eos proviſum eſt, ita reſpectu alterius inſpirante Domino, ſicut juſtum eſt, providebit: quoniam ſcriptum eſt, Patere legem quam ipſe tuleris. Et alibi, Quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem jure utatur. *§. 13. Item circa.*

Item fuit concluſum per eandem Congregationem, ut omnes & ſingulæ Cauſæ, quæ de ſui natura & ſecundùm ſacros Canones non ſunt tractandæ apud Sedem Apoſtolicam vel Curiam Romanam, aut etiam apud generalia Concilia, ſi in eis nondum eſt lis *§. 14. Item fuit concluſum.*

conteſtata, vel quaſi conteſtata, putà porrecto jam libello & cognito de meritis cauſæ, ſeu jam incepto cognoſci de eiſdem, tractentur & agitentur deinceps coram ſuis Iudicibus in partibus, quibus reſpectu earum, competit juriſdictio: quod ſi contingat in Cauſis eiſdem deinceps ad dicta fora Appellari, quod cauſæ Appellationum committantur in partibus juxta conſtitutionem Bonifacii octavi quæ incipit *Statutum*. & obtineantur Litteræ à Rege inhibitoriæ ad Curiam Parlamenti, & ad alios Iuſtitiarios & Officiarios Regni & Delphinatus.

*Item acceptat decretum contra frivolè appellantes.*

# De frivolis APPELLATIONIBVS.

## TITVLVS VI.

### Caput unicum.

VT lites citiùs terminentur ſuper eodem gravamine, aut ſuper eadem interlocutoria vim diffinitivæ non habente, nullatenùs liceat ſecundò appellare.

*§. 1. Quodque ante.* Quodque ante diffinitivam frivolè aut injuſtè appellans, ultra condemnationem expenſarum, damnorum & intereſſe, in quindecim florenis aureis de camera Parti appellatæ per appellationis Iudicem condemnetur.

*Item acceptat decretum de Pacificis poſſeſſoribus.*

# DE PACIFICIS Poſſeſſoribus.

## TITVLVS VII.

### Caput unicum.

QVicumque non violentus, ſed habens coloratum titulum, Pacificè & ſine lite Prælaturam, Dignitatem, Officium, vel beneficium triennio proximo hactenus poſſedit, vel in futurum poſſidebit, non poſſit poſteà in petitorio vel poſſeſſorio à quoquam, etiam ratione Iuris noviter impetrati, moleſtari: excepto hoſtilitatis caſu, vel alterius legitimi impedimenti, de quo proteſtari, & illud juxta Concilium Viennenſe intimare teneatur.

Lis autem hoc caſu quoad futuras controverſias intelligatur, ſi ad executionem citationis, jurîſque ſui in judicio exhibitionem, ac terminorum omnium obſervationem proceſſum fuerit. *§. 1. Lis autem.*

Ordinarii autem inquirant diligenter ne quis ſine juſto titulo beneficium poſſideat. *§ 2. Ordinarij.*

Quod ſi talem quandocumque repererint, declarent jus illi non competere & huic, ſi ſibi videatur (niſi ſit intruſus vel violentus, aut alias indignus) vel alteri idoneo provideant. *§. 3. Quod ſi talem.*

Datum in ſeſſione publica in Eccleſia majori Baſilienſi ſolemniter celebrata, Die Iovis

nona menſis Iunii, anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo-quinto.

*Item acceptat decretum de numero & qualitate Cardinalium.*

# DE NVMERO & qualitate Cardinalium.

## TITVLVS VIII.

### Caput unicum.

CVm Summo Pontifici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in dirigenda Chriſtiana republica, collaterales aſſiſtant, neceſſe eſt ut tales inſtituantur, qui ſicut nomine, ita re ipſa Cardinales ſint, ſuper quos oſtia univerſalis Eccleſiæ verſentur & ſuſtententur.

§. 1. *Statuit.* Statuit hæc ſancta Synodus, ut deinceps eorum numerus adeo ſit moderatus: ut nec ſit gravis Eccleſiæ, nec ſuperflua numeroſitate vileſcat: qui de omnibus Chriſtianitatis regionibus, quantum fieri commodè poterit, aſſumantur, ut notitia rerum in Eccleſia emergentium facilius haberi & ſuper his maturius deliberari poſſit: ſic tamen quòd numerum viginti quatuor inter eos qui nunc ſunt, & aſſumendos non excedant. Ita quòd de una natione ultra tertiam partem reſpectu Cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de una ciuitate & diœceſi ultra unum inde oriundum, & de ea natione quæ nunc ultra tertiam partem habet, uſque ad ipſius tertiæ

partis reductionem eſſe nequeant.

Sint viri ſcientia, moribuſque & rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, Magiſtri, Doctores, ſeu Licentiati cum rigore examinis in jure divino vel humano, ſit ſaltem tertia vel quarta pars de Magiſtris aut Licentiatis in ſacra Scriptura. §. 2 *Sint viri.*

Inter eos autem viginti quatuor, eſſe aliqui poterunt, valde admodum pauci, filii, fratres aut nepotes Regum ſeu magnorum Principum, in quibus cum circunſpectione & maturitate morum competens literatura ſufficiat. §. 3. *Inter eos.*

Non fiant Cardinales nepotes ex fratre vel ſorore Romani Pontificis aut alicujus Cardinalis viventis, non illegitimè nati, non corpore vitiati, nec alicujus criminis aut infamiæ nota reſperſi. Prædicto autem numero vigintiquatuor pro magna Eccleſiæ neceſſitate vel utilitate, dummodo alii in quibus vitæ ſanctitas, vel eximiæ virtutes refulgeant, quamquam memoratos gradus non habeant, ac de Græcis, cum Romanæ Eccleſiæ uniti fuerint, inſignes aliqui viri adjici poterunt. §. 4. *Non fiant.*

Non fiat Cardinalium electio ſolum per auricularia vota: ſed illi ſolum aſſumi poterunt, in quos, facto vero ſcrutinio ac publicato, majorem partem Cardinalium per ſubſcriptionem manus propriæ conſtiterit collegialiter conſenſiſſe: deſuper etiam Apoſtolicæ litteræ cum ſubſcriptione Cardinalium conficiantur: decreto hujus ſacri Concilii (in quarta ſeſſione ſolemniter publicato quod incipit, *Item cùm multiplicatio Cardinalium*) in ſuo robore inviolabiliter permanſuro. §. 5. *Non fiat.*

Salvo quòd videtur nimis rigoroſum contra nepotes Romanorum Pontificum, ſi aliàs ſint bene meriti, prout & alii. §. 6. *Salvo quòd.*

Circa decretum quod incipit

# DE ANNATIS

## TITVLVS IX.

### Caput unicum.

STatuit hæc S. Synodus quod tam in Eccleſia Romana quàm alibi pro, ſeu in confirmatione electionum, admiſſione poſtulationum, præſentationum, proviſione, collatione, poſtulatione, præſentatione, etiam à laïcis facienda inſtitutione, & inveſtitura de Eccleſiis etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, Monaſteriis, Dignitatibus, Officiiſque Eccleſiaſticis, quibuſcumque: nec non ordinibus ſacris & benedictione ac pallio, de cætero nihil penitus ante, vel poſt, exigatur ratione litterarum vel bullæ, ſigilli, annatarum communium, & minutorum ſervitiorum, primorum fructuum deportuum, aut ſub quocunque alio titulo, colore, vel nomine, prætextu cujuſvis conſuetudinis, privilegii, vel ſtatuti, aut alia quavis cauſa vel occaſione, directè vel indirectè: ſolùm Scriptoribus, Abbreviatoribuſque & Regiſtratoribus litterarum ſeu minutarum, pro illorum labore competenti ſalario ſolvendo.

Huic autem ſacro Canoni ſi quis promittendo, exigendo, vel dando contravenire præſumpſerit, pœnam incurrat, ut adverſus Simoniacos inflictam, & in ipſis Dignitatibus ac Beneficiis taliter obtentis nullum jus ac titulum acquirat.

Obligationes quoque, promiſſiones, cenſuræ ac mandata, & quicquid in præjudicium decreti hujus ſaluberrimi fieri contigerit, nullas obtinere vires atque irrita cenſeantur.

§. 1. *Et ſi quod.* Et ſi (quod abſit) Romanus Pontifex, qui præ cæteris univerſalium Conciliorum exequi & cuſtodire debet canones, adverſus hanc ſanctionem aliquid faciendo Eccleſiam ſcandalizet, generali Concilio deferatur; cæteri verò pro modo culpæ, juxta canonicas ſanctiones per ſuos Superiores digna ultione puniantur.

§. 2. *Voluit.* Voluit tamen hæc Congregatio pro inſtanti neceſſitate moderni Papæ & ſacri Collegii Dominorum Cardinalium hodie notoriè ingruente, & etiam juxta pollicitationem ſacri Baſilienſis Concilii in ſuo decreto de electionibus, in fine videlicet: quòd præfatus ſummus Pontifex modernus habeat ejus vita durante dumtaxat, pro ſe & dominis Cardinalibus, ac cæteris Officiariis Curiæ Romanæ ex fructibus quarumcumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, quorumcumque beneficiorum ad decem libras vel amplius taxatorum vacaturorum deinceps, aliàs quàm ex cauſa permutationis & ſimplicis reſignationis, quintam illius taxæ, videlicet quæ olim per Regem & Eccleſias ſuorum Regni & Delphinatus tolerabatur, pro tunc quo fuit Concilium Conſtantienſe inchoatum: ita quòd dicta quinta pars taxæ prædictæ non referatur ad illam taxam ad quam fuit facta ultima reductio per dictum Conſtantienſe Concilium: ſed referatur ad illam in hoc caſu ex qua immediatè fuit ab eodem Conſtantienſi Concilio facta ipſa reductio: proviſo tamen quòd fructus & proventus beneficii ſic taxati ad minus tantum valeant pro tempore, quantum ipſa taxa.

Item reſpectu aliorum beneficiorum de quibus forſan aliter taxatio non invenitur, quod ſecundum taxationem decimæ ſolvetur in hoc caſu quinta pars illius taxæ, ſummæ ſcilicet totalis, quæ ex ipſa decima decies repetita reſultaret; hoc eſt, quod in hoc caſu ſolvantur duæ decimæ; prima, primo anno: & ſecunda, ſecundo anno: dum tamen illa totalis ſumma quæ ex illis decimis reſultat, ad minus ad decem libras aſcendat.

Item quod huiuſmodi ſubventio conceditur per modum ſolius doni gratuiti, & non alias: & ſine præiudicio libertatum Eccleſiæ Gallicanæ, & duntaxat huius moderni Papæ vita durante.

§. 3. *Item quòd dicta.* Item quod dicta quinta pars locum ſuum obtinebit per quemcumque, ubicumque, in Curia vel extra: & quacumque auctoritate Eccleſiaſtica, de ipſis Eccleſiis, Monaſteriis, vel beneficiis, quomodolibet, præterquam ex cauſa permutationis aut reſignationis puræ & ſimplicis, ut præfertur, diſponatur, exceptis beneficiis, quorum iure patronatus præſentatio, collatio, inſtitutio vel proviſio ad Regem iure Regaliæ, vel alias, aut alium quemcumque vel alios iure laïco ſpectat & pertinet, de quibus nihil prorſus ſolvetur.

§. 4. *Item fuit.* Item fuit deliberatum quod quinta pars ſolvatur in partibus & in moneta uſuali auri vel argenti, ad æſtimationem ſcilicet marchæ auri ſecundum valorem ſeptuaginta aureorum & Collectori vel Subcollectori & intra diœceſim, intra cuius limina erit ipſa Eccleſia vel beneficium: ita quod una medietas dictæ quintæ partis ſolvatur eidem infra annum à tempore poſſeſſionis pacificæ, & alia medietas infra annum proximè ſubſequentem.

§. 5. *Item* Item quod ratione dictæ quintæ partis vel

medietatis aut alterius portionis eiuſdem, non poſſint illi qui ad eam tenebuntur, trahi extra diœceſim, infra cuius metas eſt, vel erit ipſa Eccleſia, Monaſterium aut Beneficium: ſed habebit Collector aut Subcollector antedictus recurſum ad ordinarios Iudices contra non exemptos, & ſimiliter contra eos qui pro non exemptis ſunt cenſendi, iuxta quandam conſtitutionem Concilii Conſtantienſis quæ incipit, *Attendentes*. Contra vero exemptos, qui Superiores in Diœceſi in qua ſunt Eccleſia, Monaſterium, beneficium vel officium, aut aliud miniſterium Eccleſiaſticum, quocumque nomine cenſeatur, noſcuntur habere; recurratur ad Superiores eorumdem: quòd ſi Superiores in diœceſi non habeant, vel ſi habeant, tamen negligentes fuerint, aut remiſſi, ad diœceſanos locorum recurratur; qui tamen Apoſtolicâ vel Synodali auctoritate (remota appellatione quacumque) habebunt facere indilatam juſtitiam de prędictis.

Item quòd ſi Eccleſia, Monaſterium, vel beneficium ſic taxatum, ut præfertur, contingat anno eodem bis vel pluries vacare, quòd una quinta pars ſemel tantùm ſolvatur: videlicet quòd ſi poſt fructus collectos, ſeu perceptos, aut acquiſitos contigerit vacatio; ad ſolutionem primæ medietatis quintæ partis prædictæ bona ultimi poſſeſſoris teneantur, & ejus ſucceſſor in Eccleſia vel beneficio ad aliam medietatem taxæ prædictæ infra primum annum pacificæ ſuæ poſſeſſionis teneatur. Si verò ante collectionem, perceptionem vel acquiſitionem contigerit vacatio, ſucceſſor in dicto beneficio teneatur ad integram ſolutionem dictæ quintæ partis. § 6. *Item quòd ſi.*

Item quòd ex nunc & de cætero penitùs ceſſent & ceſſabunt in Romana Curia omnes § 7. *Item quod.*

*De Evocatione cauſarum ad Romanam Curiam.*

§.1. *Inoleverunt.* INoleverunt autem hactenus intolerabilium vexationum abuſus permulti, dum nimium frequenter à remotis etiam partibus ad Romanam Curiam & interdum pro parvis & minimis rebus ac negotiis quam plurimi citari & evocari conſueverunt: atque ita expenſis & laboribus fatigari, ut nonnumquam commodiùs arbitrarentur juri ſuo cedere, aut vexationem ſuam gravi damno redimere quàm in longinqua regione litium ſubire diſpendia: ſic & facile extitit calumnioſis opprimere pauperes, ſic beneficia Eccleſiaſtica plerumque minus juſtè per litium anfractus obtenta ſunt, dum juſtis poſſeſſoribus eorum ſeu quibus illa de iure competebant: neque opes, neque facultates ad ſumptus illos ſufficere poterant: quos longinqua profectio ad Romanam Curiam & litium agitatio in eadem depoſcebant. Confunditur etiam exinde Eccleſiaſticus ordo, dum ordinariis Iudicibus ſua Iuriſdictio minimè ſervatur, pecuniæ & facultates Regnorum ac provinciarum hoc pacto non parum diminutæ ſunt, & (quod univerſo Eccleſiaſtico Ordini admodum nocere compertum eſt) ii quos ad ſumma negotia Chriſtianæ Religionis ſublimitas dignitatis evocabat, minus illis reddebantur intenti, dum ipſorum mentes nimium occupabat aſſidua cauſarum multitudo.

*De Cauſis in partibus tractandis.*

aliàs §. 2.

QVæ attendens hæc ſancta Synodus & pro reformatione Eccleſiæ Dei in Capite

& in membris juxta poteſtatem à Domino ſibi conceſſam, invigilans, ut omnia deinceps ordine congruo peragantur ad ſalutem animarum, ac pacem & quietem cunctorum.

§. 2. *Statuit.* Statuit & decrevit quod in partibus ultra quatuor diætas à Romana Curia diſtantibus, omnes quæcunque cauſæ, exceptis majoribus in iure expreſsè enumeratis, & electionum Eccleſiarum Cathedralium & Monaſteriorum cauſis, quas Cauſas immediata ſubiectio ad Sedem Apoſtolicam devolvit: apud illos Iudices in partibus, qui de iure aut de conſuetudine præſcripta, vel privilegio, cognitionem habent, terminentur & finiantur.

### *De Appellationibus.*

§. 3. *Et ne ſub umbra.* ET ne ſub umbra Appellationum, quæ nimium leviter & nonnumquam frivolè hactenus interponi viſæ ſunt, atque etiam in eadem inſtantia ad prorogationem litium ſæpe multiplicari, materia fovendis iniuſtis vexationibus relinquatur.

§. 4. *Statuit eadē.* Statuit eadem hæc ſancta Synodus, quod ſi quis offenſus coram ſuo Iudice, habere non poſſit Iuſtitiæ complementum, ad immediatum Superiorem, per appellationem, recurſum habeat.

§. 5. *Nec ad quemcumque.* Nec ad quemcumque etiam ad Papam obmiſſo medio.

### *De Sententia interlocutoria.*

aliàs §. 4.

NEque à gravamine in quacumque inſtantia ante diffinitivam ſententiam quomodolibet appelletur: niſi forſitan tale gravamen extiterit quod in diffinitiva repa-

cari nequiret : quo caſu non aliàs quàm ad immediatum Superiorem liceat appellare.

*De appellatione ad Papam in partibus tractanda.*

§. 6. *aliàs 5. Si verò.* SI vero quiſpiam à Sedis Apoſtolicæ immediatè ſubiecto ad ipſam Sedem duxerit appellandum, cauſa per Reſcriptum uſque ad finem litis incluſivè committatur in partibus : niſi fortè propter defectum Iuſtitiæ, aut iuſtum metum, etiam in partibus convicinis, de quibus in commiſſione exprimendis, legitimo priùs documento aliàs quàm per iuramentum, ſummariè conſtiterit : apud ipſam Sedem foret meritò retinenda.

*Decretum irritans.*

aliàs §. 6.

ET quicquid in contrarium huius ſaluberrimi decreti attentatum, factum vel obtentum fuerit, ſit nullum ipſo facto : litigantesque qui contra fecerint, in expenſis condemnentur.

*Exceptio.*

§. 7. *Romanæ.* ROmanæ vero Cardinales Eccleſiæ, Vicecancellarium, Camerarium, magnum Pœnitentiarium, Protonotarios & alios Sedis Apoſtolicæ Officiales actu in Curia ſuis officiis inſiſtentes, hoc decreto non intendimus comprehendi.

*De Cauſis Concilio reſervatis.*

§. 8. *Ne tamen.* NE tamen in diſſolutionem vel tranſlationem præſentis Concilii aut erectio-

nem conventiculi apud Ferrariam, vel alibi, ſub nomine generalis Concilii, quod Dominus Eugenius Papa IV. efficere conatus eſt, vel conaretur in futurum, Cauſas illas & maximè incorporatorum aut incorporandorum in hoc ſacto Concilio, quas hæc ſancta Synodus remitteret, aut non reciperet, in Curiam ipſius Domini Eugenii, aut præfatum conventiculum Ferrarienſe vel alibi, de facto trahi contingeret, in fomentum diſſolutionis, tranſlationis & erectionis prædictarum: voluit hæc ſancta Synodus cauſas quaſcumque pendentes & commiſſas, aut etiam quaſcumque Cauſas incorporatorum aut incorporandorum, ac alias per appellationem devolutas aut devolvendas, necnon illas quæ obſervationem decretorum ipſius ſanctæ Synodi concernunt, apud eandem Synodum (ipſa durante, ſeu donec aliter fuerit ordinatum) tractari, ſalvis etiam avocationibus cauſarum pendentium in Curia Romana per quæcumque noſtra decreta factis aut faciendis: decretis etiam aliis & ordinationibus ejuſdem ſanctæ Synodi in ſuo robore remanentibus: cum modificationibus ſequentibus.

*Acceptatio & modificatio hujus Decreti.*

Viſum fuit dictæ Congregationi quòd ſi Romanam Curiam reſidere contingat citra Montes, quod tunc in partibus ultra duas dietas à Curia diſtantibus, omnes cauſæ Eccleſiaſticæ habeant tractari coram illis: ſcilicet Iudicibus quibus de jure aut conſuetudine, vel privilegio competit cognitio & diffinitio earum: exceptis cauſis quæ exprimuntur in decreto. Item quod Monaſteria & alia beneficia qualiacunque ſæcularia & regularia: ſeu loca, circa quorum exemptionem *§. 9. Viſum fuit.*

providit ſacrum Conſtantienſe Concilium per quemdam canonem qui (ut dicitur) incipit, *Attendentes* quòd non ſunt habenda reſpectu dicti decreti de Cauſis, nec aliàs quovismodo pro exemptis, ſed veriùs pro non exemptis: & pro talibus per generale Concilium ex cautela ſuperabundanti declaranda: & quod hoc proſequantur Oratores Regii apud ipſum Concilium.

§. 10. *Item placet*. I. Item placet æquitas dicti decreti: quod ad neminem etiam ad Papam poſſit omiſſo medio de cætero Appellari, & quòd ſi quis offenſus non poſſit coram ſuo Iudice habere juſtitiæ complementum: quòd tunc poſſit per Appellationem ad immediatum Superiorem dicti ſui Iudicis habere recurſum: ita quod ſi Papa ſit immediatus Superior dicti Iudicis, quod cauſa committatur in partibus non ſuſpecto vel ſuſpectis.

§. 11. *Item placet*. II. Item placet Decretum, in hoc ſcilicet quod in nulla inſtantia poſſit quomodolibet Appellari ante diffinitivam ſententiam, ſi gravamen tale exiſtat quod in diffinitiva poſſit reparari: ſecus ſi tunc non poteſt reparari: nam tunc licitum eſt etiam ante diffinitivam ſententiam appellare: non tamen ad alium quàm ad immediatum Superiorem ut præfertur: ita etiam quòd ſi ille immediatus Superior ſit ipſe Papa, quòd Cauſa ipſa committatur non ſuſpecto vel non ſuſpectis, vel in partibus: ut in ſimili dictum eſt.

§. 12. *Item placet*. III. Item placet decretum in verſiculo, Si verò quiſpiam, uſque ad verſiculum, Romanæ verò: ſalvo quod pro juſtificatione & moderatione dicti verſiculi, videtur inſtandum fore per ipſos regios Oratores apud ipſum Concilium ad determinationem numeri, & qualitatum Officiariorum Apoſtolicorum & Curiæ.

Item

Item circa verſiculum, Voluit hæc ſancta Synodus &c. in decreto prædicto de Cauſis, Viſum eſt quod prædictus verſiculus ſeu articulus, eſt pro nunc reſpectu cauſarum jam actu Baſileæ pendentium, adhuc tolerandus, propter bonam ſpem eo magis inclinandi Concilium Baſilienſe prædictum ad unionem & concordiam cum Domino noſtro Papa, ita tamen quod Ambaſſiatores Regii qui ſunt illic deſtinati, habeant demonſtrare ipſi ſacro Concilio quod vacare & intendere tot cauſis & talibus, repugnat officio Conciliorum generalium: & quod hoc poſſet dare cauſam ſeu occaſionem perpetuandi generalia Concilia & abſorbendi auctoritatem Sedis Apoſtolicæ & aliorum Prælatorum, & finaliter excitandi Reges & Principes adverſus generalia Concilia in grande præjudicium fidei & Eccleſiæ ſanctæ Dei, cum intimatione illis de Concilio prædicto facienda, quod ſi ipſi circa hoc differant providere, Rex & Eccleſia regni ſui & Delphinatus, tum ob neceſſitatem ſuo regno his diebus plurimum ingruentem, tum ut æqualitas reſpectu ipſorum ſicut reſpectu Papæ obſervetur, prout per decreta eorum adverſus Papam ſtatuitur, quòd in eventum moræ amplioris, ſicut reſpectu unius partis jam per eos proviſum eſt, ita reſpectu alterius inſpirante Domino, ſicut juſtum eſt, providebit: quoniam ſcriptum eſt, Patere legem quam ipſe tuleris. Et alibi, Quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem jure utatur. *§. 13. Item circa.*

Item fuit concluſum per eandem Congregationem, ut omnes & ſingulæ Cauſæ, quæ de ſui natura & ſecundùm ſacros Canones non ſunt tractandæ apud Sedem Apoſtolicam vel Curiam Romanam, aut etiam apud generalia Concilia, ſi in eis nondum eſt lis *§. 14. Item fuit concluſum.*

conteſtata, vel quaſi conteſtata, putà porrecto jam libello & cognito de meritis cauſæ, ſeu jam incepto cognoſci de eiſdem, tractentur & agitentur deinceps coram ſuis Iudicibus in partibus, quibus reſpectu earum, competit juriſdictio: quod ſi contingat in Cauſis eiſdem deinceps ad dicta fora Appellari, quod cauſæ Appellationum committantur in partibus juxta conſtitutionem Bonifacii octavi quæ incipit *Statutum*. & obtineantur Litteræ à Rege inhibitoriæ ad Curiam Parlamenti, & ad alios Iuſtitiarios & Officiarios Regni & Delphinatus.

*Item acceptat decretum contra frivolè appellantes.*

# De frivolis APPELLATIONIBVS.

## TITVLVS VI.

### Caput unicum.

VT lites citiùs terminentur ſuper eodem gravamine, aut ſuper eadem interlocutoria vim diffinitivæ non habente, nullatenùs liceat ſecundò appellare.

*§. 1. Quodque ante.* Quodque ante diffinitivam frivolè aut injuſtè appellans, ultra condemnationem expenſarum, damnorum & intereſſe, in quindecim florenis aureis de camera Parti appellatæ per appellationis Iudicem condemnetur.

*Item acceptat decretum de Pacificis poſſeſſoribus.*

# DE PACIFICIS Poſſeſſoribus.

## TITVLVS VII.

### Caput unicum.

QVicumque non violentus, ſed habens coloratum titulum, Pacificè & ſine lite Prælaturam, Dignitatem, Officium, vel beneficium triennio proximo hactenus poſſedit, vel in futurum poſſidebit, non poſſit poſteà in petitorio vel poſſeſſorio à quoquam, etiam ratione Iuris noviter impetrati, moleſtari: excepto hoſtilitatis caſu, vel alterius legitimi impedimenti, de quo proteſtari, & illud juxta Concilium Viennenſe intimare teneatur.

Lis autem hoc caſu quoad futuras controverſias intelligatur, ſi ad executionem citationis, juriſque ſui in judicio exhibitionem, ac terminorum omnium obſervationem proceſſum fuerit. *§. 1. Lis autem.*

Ordinarii autem inquirant diligenter ne quis ſine juſto titulo beneficium poſſideat. *§ 2. Ordinarij.*

Quod ſi talem quandocumque repererint, declarent jus illi non competere & huic, ſi ſibi videatur (niſi ſit intruſus vel violentus, aut alias indignus) vel alteri idoneo provideant. *§. 3. Quod ſi talem.*

Datum in ſeſſione publica in Eccleſia majori Baſilienſi ſolemniter celebrata, Die Iovis

nona menſis Iunii, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo-quinto.

*Item acceptat decretum de numero & qualitate Cardinalium.*

# DE NVMERO & qualitate Cardinalium.

## TITVLVS VIII.

### Caput unicum.

CVm Summo Pontifici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in dirigenda Chriſtiana republica, collaterales aſſiſtant, neceſſe eſt ut tales inſtituantur, qui ſicut nomine, ita re ipſa Cardinales ſint, ſuper quos oſtia univerſalis Eccleſiæ verſentur & ſuſtententur.

§. 1. *Statuit.* Statuit hæc ſancta Synodus, ut deinceps eorum numerus adeo ſit moderatus: ut nec ſit gravis Eccleſiæ, nec ſuperflua numeroſitate vileſcat: qui de omnibus Chriſtianitatis regionibus, quantum fieri commodè poterit, aſſumantur, ut notitia rerum in Eccleſia emergentium facilius haberi & ſuper his maturiùs deliberari poſſit: ſic tamen quòd numerum viginti quatuor inter eos qui nunc ſunt, & aſſumendos non excedant. Ita quòd de una natione ultra tertiam partem reſpectu Cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de una ciuitate & diœceſi ultra unum inde oriundum, & de ea natione quæ nunc ultra tertiam partem habet, uſque ad ipſius tertiæ

partis reductionem eſſe nequeant.

Sint viri ſcientia, moribuſque & rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, Magiſtri, Doctores, ſeu Licentiati cum rigore examinis in jure divino vel humano, ſit ſaltem tertia vel quarta pars de Magiſtris aut Licentiatis in ſacra Scriptura. §. 2 *Sint viri.*

Inter eos autem viginti quatuor, eſſe aliqui poterunt, valde admodum pauci, filii, fratres aut nepotes Regum ſeu magnorum Principum, in quibus cum circunſpectione & maturitate morum competens literatura ſufficiat. §. 3. *Inter eos.*

Non fiant Cardinales nepotes ex fratre vel ſorore Romani Pontificis aut alicujus Cardinalis viventis, non illegitimè nati, non corpore vitiati, nec alicujus criminis aut infamiæ nota reſperſi. Prædicto autem numero vigintiquatuor pro magna Eccleſiæ neceſſitate vel utilitate, dummodo alii in quibus vitæ ſanctitas, vel eximiæ virtutes refulgeant, quamquam memoratos gradus non habeant, ac de Græcis, cum Romanæ Eccleſiæ uniti fuerint, inſignes aliqui viri adjici poterunt. §. 4. *Non fiant.*

Non fiat Cardinalium electio ſolum per auricularia vota: ſed illi ſolum aſſumi poterunt, in quos, facto vero ſcrutinio ac publicato, majorem partem Cardinalium per ſubſcriptionem manus propriæ conſtiterit collegialiter conſenſiſſe: deſuper etiam Apoſtolicæ litteræ cum ſubſcriptione Cardinalium conficiantur: decreto hujus ſacri Concilii (in quarta ſeſſione ſolemniter publicato quod incipit, *Item cum multiplicatio Cardinalium*) in ſuo robore inviolabiliter permanſuro. §. 5. *Non fiat.*

Salvo quòd videtur nimis rigoroſum contra nepotes Romanorum Pontificum, ſi aliàs ſint bene meriti, prout & alii. §. 6. *Salvo quòd.*

Circa decretum quod incipit

# DE ANNATIS

## TITVLVS IX.

### Caput unicum.

STatuit hæc S. Synodus quod tam in Eccleſia Romana quàm alibi pro, ſeu in confirmatione electionum, admiſſione poſtulationum, præſentationum, proviſione, collatione, poſtulatione, præſentatione, etiam à laïcis facienda inſtitutione, & inveſtitura de Eccleſiis etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, Monaſteriis, Dignitatibus, Officiiſque Eccleſiaſticis, quibuſcumque: nec non ordinibus ſacris & benedictione ac pallio, de cætero nihil penitus ante, vel poſt, exigatur ratione litterarum vel bullæ, ſigilli, annatarum communium, & minutorum ſervitiorum, primorum fructuum deportuum, aut ſub quocunque alio titulo, colore, vel nomine, prætextu cujuſvis conſuetudinis, privilegii, vel ſtatuti, aut alia quavis cauſa vel occaſione, directè vel indirectè: ſolùm Scriptoribus, Abbreviatoribuſque & Regiſtratoribus litterarum ſeu minutarum, pro illorum labore competenti ſalario ſolvendo.

Huic autem ſacro Canoni ſi quis promittendo, exigendo, vel dando contravenire præſumpſerit, pœnam incurrat, ut adverſus Simoniacos inflictam, & in ipſis Dignitatibus ac Beneficiis taliter obtentis nullum jus ac titulum acquirat.

Obligationes quoque, promiſſiones, cenſuræ ac mandata, & quicquid in præjudicium decreti hujus ſaluberrimi fieri contigerit, nullas obtinere vires atque irrita cenſeantur.

§. 1. *Et ſi quod.* Et ſi (quod abſit) Romanus Pontifex, qui præ cæteris univerſalium Conciliorum exequi & cuſtodire debet canones, adverſus hanc ſanctionem aliquid faciendo Eccleſiam ſcandalizet, generali Concilio deferatur; cæteri verò pro modo culpæ, juxta canonicas ſanctiones per ſuos Superiores digna ultione puniantur.

§. 2. *Voluit.* Voluit tamen hæc Congregatio pro inſtanti neceſſitate moderni Papæ & ſacri Collegii Dominorum Cardinalium hodie notoriè ingruente, & etiam juxta pollicitationem ſacri Baſilienſis Concilii in ſuo decreto de electionibus, in fine videlicet: quòd præfatus ſummus Pontifex modernus habeat ejus vita durante dumtaxat, pro ſe & dominis Cardinalibus, ac cæteris Officiariis Curiæ Romanæ ex fructibus quarumcumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, quorumcumque beneficiorum ad decem libras vel amplius taxatorum vacaturorum deinceps, aliàs quàm ex cauſa permutationis & ſimplicis reſignationis, quintam illius taxæ, videlicet quæ olim per Regem & Eccleſias ſuorum Regni & Delphinatus tolerabatur, pro tunc quo fuit Concilium Conſtantienſe inchoatum: ità quòd dicta quinta pars taxæ prædictæ non referatur ad illam taxam ad quam fuit facta ultima reductio per dictum Conſtantienſe Concilium: ſed referatur ad illam in hoc caſu ex qua immediatè fuit ab eodem Conſtantienſi Concilio facta ipſa reductio: proviſo tamen quòd fructus & proventus beneficii ſic taxati ad minus tantum valeant pro tempore, quantum ipſa taxa.

medietatis aut alterius portionis eiuſdem, non poſſint illi qui ad eam tenebuntur, trahi extra diœceſum, infra cuius metas eſt, vel erit ipſa Eccleſia, Monaſterium aut Beneficium: ſed habebit Collector aut Subcollector antedictus recurſum ad ordinarios Iudices contra non exemptos, & ſimiliter contra eos qui pro non exemptis ſunt cenſendi, iuxta quandam conſtitutionem Concilii Conſtantienſis quæ incipit, *Attendentes*. Contra vero exemptos, qui Superiores in Diœceſi in qua ſunt Eccleſia, Monaſterium, beneficium vel officium, aut aliud miniſterium Eccleſiaſticum, quocumque nomine cenſeatur, noſcuntur habere; recurratur ad Superiores eorumdem: quòd ſi Superiores in diœceſi non habeant, vel ſi habeant, tamen negligentes fuerint, aut remiſſi, ad diœceſanos locorum recurratur; qui tamen Apoſtolicâ vel Synodali auctoritate (remota appellatione quacumque) habebunt facere indilatam juſtitiam de prędictis.

§ 6. *Item quòd ſi.*

Item quòd ſi Eccleſia, Monaſterium, vel beneficium ſic taxatum, ut præfertur, contingat anno eodem bis vel pluries vacare, quòd una quinta pars ſemel tantùm ſolvatur: videlicet quòd ſi poſt fructus collectos, ſeu perceptos, aut acquiſitos contigerit vacatio; ad ſolutionem primæ medietatis quintæ partis prædictæ bona ultimi poſſeſſoris teneantur, & ejus ſucceſſor in Eccleſia vel beneficio ad aliam medietatem taxæ prædictæ infra primum annum pacificæ ſuæ poſſeſſionis teneatur. Si verò ante collectionem, perceptionem vel acquiſitionem contigerit vacatio, ſucceſſor in dicto beneficio teneatur ad integram ſolutionem dictæ quintæ partis.

§. 7. *Item quod.*

Item quòd ex nunc & de cætero penitùs ceſſent & ceſſabunt in Romana Curia omnes

exactiones tam ratione vacantiarum, quam ratione pallii ſacri, vel minutorum ſervitiorum, & aliæ quæcumque exactiones quovis nomine cenſeantur: excepto tamen moderato & competenti ſalario Scriptorum Curiæ Romanæ, prout in ipſo decreto ſacri Baſilienſis Concilii expreſſius continetur; & hoc ſub pœna perdendi ipſo facto gratiam de proviſione antedicta reſpectu Curiæ: & ſub pœna perditionis beneficii reſpectu proviſi contrà facientis, & hoc per ſuum immediatum Superiorem qui in talibus caſibus habeat poteſtatem.

*Adviſamentum Eccleſiæ Gallicanæ.*

Item fuit viſum prædictæ Congregationi, quòd in præmiſſis decretis & ipſorum quolibet apponatur per ſacrum Concilium decretum irritans & gravium pœnarum adjectio, cum clauſulis opportunis contra quoſcumque cujuſcumque auctoritatis fuerint, in contrarium attentantes, ſeu facientes.

Item acceptat Decretum quod incipit, *Si quis principem.*

## Quomodo DIVINUM OFFICIUM ſit celebrandum.

### TITULUS X.

Caput unicum.

SI quis Principem ſæculi rogaturus habitu honeſto, geſtu decenti, prolatione non

præcipiti, ſed diſtinctâ, attentâ quoque mente ſeipſum ac verba ſtudeat componere, quantò diligentiùs in hoc ſacro loco omnipotentem oraturus Deum hæc omnia facere curabit?

Statuit igitur hæc ſancta Synodus ut in cunctis Cathedralibus ac Collegiatis Eccleſiis, horis debitis, ſignis congruâ pulſatione præmiſſis, laudes divinæ per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter, ſed tractim & cum pauſa decenti, præſertim in medio cujuſlibet verſiculi pſalmorum debitam faciendò inter ſolemne & feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus perſolvantur: Horas canonicas dicturi cum tunica talari ac ſuperpelliceis mundis ultra medias tibias longis, vel cappis, juxta temporum & regionum diverſitatem. Eccleſias ingrediantur, non caputia, ſed almutias, vel birreta tenentes in capite; qui cum in choro fuerint, gravitatem ſervent, quam & locus & officium exigunt, non inſimul aut cum aliis confabulantes, ſeu colloquentes, aut litteras, ſeu ſcripturas alias legentes; & cum pſallendi gratia ibidem conveniant, muta aut clauſa labia tenere non debent, ſed omnes, præſertim qui majori funguntur honore, in Pſalmis, Hymnis & Canticis Deo alacriter modulentur. Cùm dicitur *Gloria Patri, & Filio, &c.* omnes conſurgant. Cùm nominatur illud nomen IESVS, in quo omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium & infernorum, omnes caput inclinent. Nemo ibidem dum Horæ in communi cantantur, legat vel dicat privatim officium. Nam non ſolùm obſequium, quo obnoxius eſt, choro ſubtrahit; ſed alios pſallentes perturbat. §. 1. *Statuit.*

Super his debitè obſervandis, aliiſque ad divini officij proſecutionem ac chori diſci- §. 2. *Super his.*

plinam ſpectantibus, Decanus, vel cui onus incumbit, diligenter invigilet, hincinde, ne quid inordinatè fiat, circumſpiciens. Horum autem tranſgreſſores, illius horæ in qua circa prædicta exceſſerint, vel alia majori, prout tranſgreſſionis gravitas exegerit, plectantur pœnâ.

Salvis tamen laudabilibus conſuetudinibus, ſtatutis ac obſervantiis ſpecialibus Eccleſiarum ſingularum Regni & Delphinatus.

Item acceptat Decretum quod incipit *Qui in matutinis*.

## QVO TEMPORE QVISQVE debeat eſſe in Choro.

## TITVLVS XI.

### Caput unicum.

QVi in Matutinis ante finem Pſalmi, *Venite exultemus*: In aliis horis ante finem primi Pſalmi: In Miſſa ante ultimum *Kyrie eleiſon*. uſque in finem divino officio non interfuerint, niſi fortè neceſſitate cogente, ac petitâ & obtentâ à præſidente chori licentiâ, diſcedere oporteat; pro illa hora abſens cenſeatur, ſalvis Eccleſiarum conſuetudinibus, ſi quæ circa hæc arctiores exiſtant.

§. I. *Idem in his.* Idem in his obſervetur qui à principio uſque ad finem in proceſſionibus non permanſerint: pro cujus executione deputetur aliquis onus habens notandi perſonas ſingulas ſtatuto tempore non convenientes, juramento aſtrictus agere fideliter & nulli parcere.

Iubet etiam hæc ſancta Synodus quòd in illis Eccleſiis, in quibus ſingulis horis certæ diſtributiones ſtatutæ non ſunt, omnino etiam de groſſis fructibus, ſi opus ſit, deputentur, ut juxta menſuram laborum plùs minuſve quiſque capiat emolumenti. §. 2. *Iubet.*

Tollentes prorſus abuſum illum, quo in una dumtaxat hora præſens totius diei diſtributiones uſurpat, & illum quo præpoſiti vel Decani aut alij officiales ex hoc ſolum quòd officiales ſunt, licèt actualiter pro utilitate Eccleſiæ non abſint, quotidianas diſtributiones percipiunt. §. 3. *Tollentes.*

Item acceptat decretum quod incipit, *Quoſcumque etiam.*

## QVALITER HORÆ CANONICÆ ſunt dicendæ extra chorum.

### TITVLVS XII.

Caput unicum.

QVoſcumque etiam alibi beneficiatos, ſeu in ſacris conſtitutos, cùm ad Horas Canonicas teneantur, admonet hæc ſancta Synodus, ut, ſi orationes ſuas Deo acceptas fore cupiunt, non in gutture, vel interdentes, ſeu deglutiendo, aut ſyncopando dictiones, vel colloquia vel riſus intermiſcendo: ſed ſive ſoli, ſive aſſociati, diurnum, nocturnumque officium reverenter, verbiſque diſtinctis peragant, ac tali in loco unde à devotione non retrahantur; ad * quem ſe diſponere & præparare debent, juxta illud * *quod.*

Eccleſ. 21 quod ſcriptum eſt, *Ante orationem præpara animam tuam, ne ſis quaſi qui tentat Deum.*

Item acceptat decretum quod incipit, *Quicumque in Eccleſia.*

## DE HIS QVI TEMPORE divinorum Officiorum vagantur per Eccleſiam.

### TITVLVS XIII.

Caput unicum.

QVicumque in Eccleſia beneficiatus, præſertim de majoribus, divinorum tempore per Eccleſiam vel foris circa ipſam deambulando, aut cum aliis colloquendo vagari viſus fuerit, non ſolùm illius horæ, ſed totius diei præſentiam ipſo facto amittat. Qui ſi ſemel correctus non deſtiterit, per menſem diſtributionibus careat, vel graviori (ſi pertinacia exegerit) pœnæ ſubjaceat, ut tandem deſiſtere cogatur.

Prohibeatur etiam ne divina officia, tumultuoſi quorumcumque per Eccleſiam diſcurſus impediant aut perturbent.

Regulares qui in conventualibus Eccleſiis circa prædicta exceſſerint, gravi pœna, ſuperiorum arbitrio, caſtigentur.

Item acceprat Decretum quod incipit, *Ut cuncta.*

## DE TABULA PENDENTE in choro.

### TITULUS XIV. *aliàs* XV.

Caput unicum.

VT cunctà in domo Dei ordinatè procedant, & quilibet ſciat quid agendum imminet, ſtatuatur Tabula aliqua continuè pendens, in qua quid per unumquemque ex Canonicis, vel aliis beneficiatis in ſingulis horis per hebdomadam, aut majus tempus cantandum, legendumve ſit, deſcribatur. Qui autem ſecundum quod ibi deſcripum fuerit facere per ſe, vel alium neglexerit, pro qualibet hora, diſtributiones unius diei amittat.

Item acceptat decretum quod incipit, *Abuſum aliquarum Eccleſiarum.*

## DE HIS QUI IN MISSA non complent Credo; vel cantant cantilenas, vel nimis baſsè Miſſam legunt, aut ſine Miniſtro.

### TITULUS XV, *aliàs* XVI.

Caput unicum.

ABuſum aliquarum Eccleſiarum, in quibus *Credo in unum Deum* (quod eſt

ſymbolum & confeſſio fidei noſtræ ) non completè uſque in finem cantatur, aut Præfatio ſeu oratio Dominica omittitur; vel in Eccleſiis cantilenæ ſæculares voci admiſcentur, ſeu in Miſſa etiam privata ſine miniſtro, aut præter ſecretas orationes, ita ſubmiſſa voce dicitur, quòd à circumſtantibus audiri non poteſt, abolentes, Statuimus, ut qui in his tranſgreſſor inventus fuerit, à Superiore debitè caſtigetur.

Item acceptat Decretum quod incipit, *Abuſum etiam.*

## DE PIGNORANTIBVS cultum divinum.

### TITVLVS XVI. *aliàs* XIV.

Caput unicum.

ABuſum etiam cultui divino manifeſtè derogantem, quo nonnulli Eccleſiarum Canonici contrahentes debita, ſic ſe creditoribus obligant, ut niſi ſtatuto tempore ſatisfaciant, à divinis ceſſent officiis, abolentes, & obligationem hujuſmodi, etiam ſi jurejurando firmata ſit, irritam decernentes: Statuimus ut qui talem illicitum contractum fecerint, trium menſium fructus ipſi Eccleſiæ applicandos ipſo facto amittant; & quamdiu divina non reſumpſerint, nullos ex ipſa Eccleſia proventus percipiant.

Item acceptat decretum quod incipit, *Prohibet hæc ſancta Synodus.*

## DE TENENTIBVS Capitula tempore Miſſæ.

## TITVLVS XVII.

PRohibet hæc ſancta Synodus, ut tempore Miſſæ maioris, præſertim diebus ſolemnibus, capitula ſeu actus capitulares, aut alii tractatus per Canonicos non celebrentur, niſi forte vrgens & evidẽs ingrueret neceſſitas. Qui verò ad talem horam capitulum indixerit, à diſtributionibus quotidianis per hebdomadam ſit ſuſpenſus: neque ipſi Canonici pro illa hora ipſas diſtributiones lucrentur.

Item acceptat Decretum quod incipit, *Turpem etiam.*

## DE SPECTACVLIS in Eccleſia non faciendis.

## TITVLVS XVIII.

### Caput unicum.

TVrpem etiam illum abuſum in quibuſdam frequentatum Eccleſiis, quo in certis anni celebritatibus nonnulli cum mitra baculo, ac veſtibus Pontificalibus, more Epiſcoporum, benedicunt: alii ut Reges ac Duces induti, quod feſtum fatuorum, vel In-

nocentium, ſeu Puerorum in quibuſdam regionibus nuncupatur: alii larvales ac theatrales jocos, alii choreas, ac tripudia marium ac mulierum facientes, ut homines ad ſpectaculum & cachinnationes moveant, alii comeſſationes ac convivia ibidem præparant, hæc ſancta Synodus deteſtans; Statuit & jubet tam Ordinariis, quàm Eccleſiarum Decanis & Rectoribus ſub pœna ſuſpenſionis omnium proventuum Eccleſiaſticorum, trium menſium ſpatio, ne hæc aut ſimilia ludibria, neque etiam mercantias, ſeu negociationes nundinarum in Eccleſia (quæ domus orationis eſſe debet) & etiam in cœmeterio exerceri amplius permittant, tranſgreſſoreſque per cenſuram Eccleſiaſticam, aliaque juris remedia punire non negligant. Omnes autem conſuetudines, ſtatuta, aut privilegia quæ his non concordant decretis (niſi forte majores adjicerent pœnas) irrita eſſe hæc ſancta Synodus decrevit. Datum in ſeſſione publica Baſileæ in majori Eccleſia ſolemniter celebrata, die Iovis nona menſis Iunii, anno à Nativitate Domini 1435.

Item acceptat Decretum quod incipit, *Quicumque Clericus*.

# DE CONCVBINARIIS.

## TITVLVS XIX.

### Caput unicum.

QVicumque Clericus cujuſcumque conditionis, ſtatus, religionis, dignitatis,

etiam ſi Pontificalis vel alterius præeminentiæ exiſtat, qui poſt hujus conſtitutionis notitiam quam habere præſumatur per duos menſes poſt publicationem in Eccleſiis Cathedralibus, quam ipſi Diœceſani omninò facere teneantur, poſtquam eadem Conſtitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus Concubinarius, à perceptione fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos Superior in fabricam, vel aliam evidentem Eccleſiarum utilitatem, ex quibus ii fructus percipiuntur, convertat.

Nec-non & hujuſmodi publicum Concubinarium ut primùm talem eſſe innotuerit, mox ſuus Superior monere teneatur, ut infra breviſſimum terminum concubinam dimittat. Quòd ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliam publicè reſumpſerit, jubet hæc ſancta Synodus, ut ipſum omnibus ſuis beneficiis omnino privet. §. 1. *Nec-non.*

Et nihilominus hi publici concubinarii, uſquequò eis per ſuos Superiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtamque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum, officiorumve ſint inhabiles. §. 2. *Et nihilominus.*

Quod ſi poſt diſpenſationem recidivo vomitu ad hujuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicujus diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant. §. 3. *Quod ſi poſt.*

Quòd ſi hi ad quos talium correctio pertinet, eos ut prædictum eſt, punire neglexerint, eorum Superiores, tam in ipſos de neglectu, quàm in illos pro concubinatu, modis omnibus, dignâ punitione animadvertant. §. 4. *Quod ſi hi.*

In Conciliis etiam Provincialibus & Syno- §. 5. *In Conciliis.*

dalibus adverſus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per ſuſpenſionem beneficiorum, vel alia condignâ pœnâ ſeveriter procedatur.

Et ſi hi quorum deſtitutio ad ſummum Pontificem ſpectat, per Concilia Provincialia, aut ſuos Superiores propter concubinatum publicum reperiantur privatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ipſi Summo Pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquiſitio in quibuſcumque Generalibus Capitulis & Provincialibus quoad ſuos ſerventur.

§. 6. *Pœnis aliis.* Pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos Concubinarios ſtatutis, in ſuo robore permanſuris.

§. 7. *Publici.* Publici autem intelligendi ſunt, non ſolùm hi quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſſionem in jure factam, ſeu per rei evidentiam quæ nulla poſſit tergiverſatione celari, notorius eſt: Sed qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & diffamatam tenet, & per ſuum Superiorem admonitus, ipſam cum effectu non dimittit.

§. 8. *Quia verò.* Quia verò in quibuſdam regionibus nonnulli juriſdictionem Eccleſiaſticam habentes, pecuniarios quæſtus à concubinariis percipere non erubeſcunt, patiendo eos in tali fœditate ſordeſcere: ſub pœna maledictionis æternæ præcipit ne deinceps ſub pacto, compoſitione aut ſpe alicujus quæſtus talia quovis modo tolerent aut diſſimulent: alioquin ultra præmiſſam negligentiæ pœnam, duplum ejus quod propterea acceperint, reſtituere & ad pios uſus convertere teneantur & compellantur.

§. 9. *Ipſas autem.* Ipſas autem Concubinas, aut mulieres ſuſpectas, Prælati omnibus modis curent à ſuis ſubditis, etiam per brachii ſæcularis invoca-

ſtionem ( ſi opus fuerit ) penitus arcere: qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios apud patres ſuos cohabitare non permittant.

Iubet inſuper hæc ſancta Synodus ut etiam in prædictis Synodis & Capitulis hæc Conſtitutio publicetur, ut quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum concubinarum dimiſſionem moneat diligenter. Injungit præterea omnibus ſæcularibus viris ( etiam ſi regali præfulgeant dignitate ) ne ullum qualecumque inferant impedimentum, quocumque quæſito colore, Prælatis qui ratione officij ſui adverſus ſubditos ſuos pro huiuſmodi concubinatu procedunt. §. *10. Iubet inſuper.*

Et cum omne fornicationis crimen lege divina prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis neceſſariò evitandum: monet omnes laicos tam uxoratos, quàm ſolutos, ut ſimiliter à Concubinatu abſtineant: nimis enim reprehenſibilis eſt qui uxorem habet & ad aliam mulierem accedit: qui verò ſolutus eſt, ſi continere nolit, juxta Apoſtoli conſilium uxorem ducat. Pro hujuſmodi autem divini obſervantia præcepti, hi ad quos pertinet, tam ſalutaribus monitis, quàm aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent. §. *11. & cum omne.*

Item acceptat Decretum quod incipit *Ad vitandum, &c.*

# DE EXCOMMVNICATIS non vitandis.

## TITVLVS XX.

### Caput unicum.

AD vitandum ſcandala & multa pericula, ſubveniendumque conſcientiis timoratis.

§. 1. *Statuit.* Statuit quòd nemo deinceps à communicatione alicujus in Sacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcumque divinis, vel extra, prætextu cuiuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſeu ſuſpenſionis, aut prohibitionis ab homine, vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, vel interdictum Eccleſiaſticum obſervare; niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, vel cenſura huiuſmodi fuerit in vel contra perſonam, collegium, vel univerſitatem, Eccleſiam, aut locum certum, aut certam à Iudice publicata & denunciata ſpecialite & expreſſè: aut niſi aliquem ita notoriè in excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe, quòd nulla poſſit tergiverſatione celari, aut aliquo iuris ſuffragio excuſari. Nam à communicatione illius abſtineri vult juxta Canonicas Sanctiones. Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos ſeu prohibitos non intendit in ali-

quo relevare, nec eis quomodolibet ſuffragari.

Item receptat Decretum quod incipit. *Quoniam.*

## DE INTERDICTIS indifferenter non ponendis.

### TITVLVS XXI.

Caput unicum.

QVoniam ex indiſcreta interdictorum promulgatione multa conſueverunt ſcandala evenire.

§. 1. *Statuit.* Statuit hæc ſancta Synodus quòd nulla civitas, oppidum, caſtrum, villa, aut locus Eccleſiaſtico ſupponi poſſit Interdicto, niſi ex cauſa, ſeu culpa ipſorum locorum, aut Domini ſeu Rectoris vel officialium: propter culpam autem ſeu cauſam alterius cuiuſcumque privatæ perſonæ, huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſint auctoritate quacumque ordinariâ vel delegatâ, niſi talis perſona priùs fuerit excommunicata ac denuntiata, ſeu in Eccleſia publicata; ac Domini ſeu Rectores vel officiales ipſorum locorum auctoritate Iudicis requiſiti huiuſmodi perſonam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non reiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint, qua etiam poſt biduum eiecta, recedente vel ſatisfaciente, mox divina reſumi poſſint. Quòd etiam in pendentibus locum habebit.

Item acceptat Decretum quod incipit *Licet in Apoſtolicis.*

## DE SVBLATIONE Clementinæ Litteris, quæ eſt in Tit. de Probat.

### TITVLVS XXII.

Caput unicum.

LIcet in Apoſtolicis vel aliis litteris quibuſcumque aliquem dignitati, beneficio, aut iuri cuicumque renuntiaſſe, aut privatum eſſe, ſeu aliquid aliud egiſſe per quod ius proprium auferatur, narratum ſit; huiuſmodi litteræ in his non præiudicent, etiamſi ſuper ipſis gratia vel intentio narrantis fundetur, niſi per teſtes, aut alia legitima conſtiterit documenta. Datum in ſeſſione publica huius ſanctæ Synodi in Eccleſia maiori Baſilienſi, ſolemniter celebrata nono Calendas Aprilis, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto.

## DE CONCLVSIONE Eccleſiæ Gallicanæ.

### TITVLVS XXIII.

Caput unicum.

DEmum concluſit prælibata Congregatio, ut decreta ipſa de quibus viſum eſt

eſt quod debeant ſimpliciter acceptari, ex nunc ſimpliciter acceptentur, & executionem ſortiantur, atque ex nunc effectui realiter mancipentur. Et ſimiliter illa decreta circa quæ fuerunt factæ prænotatæ modificationes, de quibus ſuperiùs dictum eſt, ex nunc cum ipſis ſcilicet modificationibus acceptentur, prout etiam acceptantur, ſub ſpe, ſcilicet quòd ipſæ modificationes per ſacrum Concilium admittentur. Pro quo Regii Oratores inſtabunt vice Regia Eccleſiæ Regni & Delphinatus.

Et poſtremò viſum fuit prædictæ Congregationi inſtandum fore omnino apud Regem, ut ipſe ex nunc decreta eadem juxta modos prænotatos acceptet & approbet, mandando diſtrictè ex nunc Curiæ Parlamenti & aliis Iuſtitiariis Regni & Delphinatus, ac aliorum Dominorum Regni, quatenus de puncto in punctum præmiſſa inviolabiliter & in perpetuum obſervent & obſervari faciant. Tranſgreſſores & contra facientes taliter puniendo, quòd cæteris in poſterum cedat in exemplum. Et ſuper hoc conficere Pragmaticam Sanctionem. §. 1. *Poſtremò.*

Ea propter nobis humiliter ſupplicaverunt memorati Archiepiſcopi, Epiſcopi, Capitula notabilia, Decani, Abbates, cæterique Prælati & viri Eccleſiaſtici, atque ſcientifici Vniverſitatum Studiorum generalium Regni, Eccleſiam prædictam Regni & Delphinatus noſtrorum prædictorum repræſentantes, quatenus eorum deliberationibus & concluſionibus, ſic ſecundum Deum, iuſtitiam & ſinceritatem conſcientiarum ſuarum acceptis, tam reſpectu præfatorum decretorum & Canonum ipſius Sacro-ſanctæ Generalis Synodi Baſilienſis, quàm alias in his quæ pro utilitate reipublicæ Eccleſiæ Regni & Del- §. 2. *Ea propter.*

phinatus noſtrorum fuerunt inter eoſdem deliberata & concluſa, regium noſtrum conſenſum præbere, eaque protegere efficaciter & exequi, ac inviolabiliter per omnes ſubditos noſtros obſervari facere & mandare dignaremur.

Nos igitur attendentes quòd ſicut Sacerdotes debitores ſunt ut veritatem, quam audierunt à Chriſto libere prædicent, ſic princeps debitor eſt ut veritatem quam audivit à Sacerdotibus, approbatam quidem ſcripturis, defendat fiducialiter, & efficaciter exequatur: Præmiſſis & aliis juſtis & rationabilibus cauſis præmoniti, habitâ etiam ſuper his deliberatione digeſtiſſima cum prædictis Principibus noſtræ regalis proſapiæ ac aliis Magnatibus, proceribus, multiſque viris prudentibus & ſcientificis Eccleſiaſticis & ſæcularibus Regni & Delphinatus noſtrorum nobis in Conſilio noſtro magno aſſiſtentibus, eorumdem Prælatorum & aliorum Eccleſiaſticorum Eccleſiam Regni & Delphinatus noſtrorum repræſentantium, ſupplicationem & requeſtam juſtam & rationabilem, & Sanctorum Patrum decretis conformem, omnique æquitate ſubnixam agnoſcentes, prædictas ipſorum Archiepiſcoporum, cæterorumque Prælatorum & virorum Eccleſiaſticorum noſtrorum Regni & Delphinatus, deliberationes & concluſiones gratas & acceptas habuimus & habemus, eiſdemque conſenſum noſtrum regium præbuimus & præbemus per præſentes: Volentes & ordinantes omnes & ſingulas deliberationes & concluſiones prædeclaratas in noſtris Regno & Delphinatu, cæteriſque dominiis perpetuô teneri, atque inviolabiliter obſervari: ſuumque plenum & integrum à die datæ præſentium penitus ſortiri effectum, abſque alia publicatione

ſeu promulgatione. Et nihilominus publicari, & inter Regias & Delphinales ordinationes regiſtrari mandamus.

Quocirca dilectis & fidelibus Conſiliariis noſtris præſens tenentibus & qui in futurum noſtra tenebunt Parlamenta, omnibuſque Iuſtitiariis Regni & Delphinatus noſtrorum, cæteriſque Officiariis & ſubditis noſtris, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, mandamus, diſtrictiùs injungentes, quatenus omnia præmiſſa & ſingula teneant, cuſtodiant, & conſervent in ſua roboris plenaria firmitate, & in cauſis quibuſcumque, occaſione præmiſſorum de cætero orituris & emerſuris, ſecundùm deliberationes & concluſiones prædeſcriptas judicent, pronuntient, & ſententient, atque ab omnibus ſubditis & incolis noſtrorum Regni & Delphinatus inviolabiliter faciant in omnibus & per omnia obſervari, prædictas perſonas Eccleſiaſticas & ſæculares, ac eorum quamlibet in omnibus & ſingulis ſuperiùs expreſſis, ab omni turbatione, violentia, impreſſione, moleſtatione, damno, impedimento & diſturbio tueantur, protegant pariter & defendant; omneſque & quaſcumque perſonas cujuſvis conditionis ac ſtatus fuerint, contrà facientes aut venientes taliter puniendo, quòd in poſterum cæteris cedat in exemplum: quoniam ſic fieri volumus, & jubemus per præſentes. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Bituris ſeptima die menſis Iulij, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, & regni noſtri decimo ſexto. Sic ſignatum in plica in ſuperiori parte. Per regem in ſuo magno Conſilio, in quo Dominus Delphinus Viennenſis, Domini dux Borbonii, Carolus

*§. ultim. Quocirca.*

de Andegavia Comes Cenomaniæ, Petrus filius Ducis Britanniæ, necnon Comites de Marchia & Vindocinio, & de Tancarvilla, Prælati Proceresque, ac alii viri Eccleſiaſtici & ſæculares quamplurimi erant. N. de Firbois. In ſuperiori parte plicæ prædictæ erat ſic ſcriptum, Collatio facta cum originali litterarum præinſertarum atque incorporatarum. N. de Firbois. Et in dorſo extitit deſcripta publicatio in dicta Curia Parlamenti facta ſub hac forma, Lecta ac publicata Pariſiis in Parlamento, die decima tertia Iulii, milleſimo quadringenteſimo trigeſimo-nono. Sic ſignatum, CENETHEAV.

*FINIS PRAGMATICAE Sanctionis.*

# CONCORDATA

INTER SANCTISSIMVM Dominum noſtrum Papam Leonem X.

*&*

*CHRISTIANISSIMVM Dominum noſtrum Regem* FRANCISCVM *hujus nominis primum.*

## PROOEMIVM.

FRanciſcus Dei gratiâ Francorum Rex, Mediolani Dux, Aſtenſis Comes ac Genuæ Dominus, omnibus literas has lecturis ſalutem. Cum non pridem, ſuperſtite adhuc Ludovico memoriæ commendabilis Rege, ſocero noſtro (cujus animæ propitietur Altiſſimus) ſacrum Lateranenſe Concilium ſæpiùs editis decretis, eundem ſoce-

rum noſtrum ad ejuſdem Conventum evocaſſet, cum eoque Regni noſtri Curias ſummas, ( quas Parlamentarias vocamus ) Eccleſiam inſuper univerſamGallicanam,cunctaſque Regni noſtri gentes, Delphinatuſque noſtri potentatus admonendos cenſuiſſet, ut ſi quid auctoritatis priſcæ afferre, ſi qua iura citare, ſi rationes conſentaneas palàm ediſſerere poſſe confiderent, quominùs Sanctio Pragmatica ejuſdem Concilii auctoritate ac ſententiâ antiquaretur, abrogaretur, induceretur, irritaque, etiam nulla pronuntiaretur & ſchiſmatica; id infra diem, dictis decretis præfixam, efficerent: quo neglecto talis denique ſacro approbante Concilio decerneretur. Dudum autem ſtatimque Nobis diadematico faſtigio divina benignitate auctis, Regnumque auſpicatò ineuntibus, cum rurſushuiuſmodi edicta alia atq; alia ab eadem auctoritate manantia,nobis innotuiſſent, nobis etiam, noſtriſque curiis, Eccleſiæ Gallicanæ ac ſubditispopulis edicto noviſſimo ac cauſæ peremptorio ſpes omnis eſſet purgandæ moræ præciſa, ut ſi ulterius cunctari in animum induxiſſemus, futurum omninò videremur, in hæc diſcrimina incidere, quæ ante dictæ Pragmaticæ Sanctionis decretum hoc in Regno noſtro, patriaque Delphinali locum ſibi vindicabant. Ideò nos animo reputantes quanta olim ante illius Pragmaticæ Sanctionis promulgationem, indignitas rerum ac deformitas in Regno noſtro, patriáque Delphinali graſſaretur, cùm videlicet rés nummaria ( quibus veluti nervis Reſpublica ſubnixa eſt ) eâ maximè ac præcipuè ratione exhauriretur, cum Præſulibus & Antiſtitibus Sacerdotiorum conferendorum libertas facultaſque adimeretur: cum peregrini & incolæ Sacerdotiis Gallicis ſæpenumero donarentur: cum diplomatibus Apoſtolicis,

quas expectativas nuncupabant, generatim, ſigillatimque ſuperſtitum hominum ſpirantiumque Sacerdotia electiva, mixta ac collativa in diem mortis eorum conferrentur qui eis fungebantur; id quod cum bonis moribus non convenit, tum verò alieni fati votum habet adjunctum.

Poſtremò cùm Sacerdotiorum controverſiæ, lite'que ſacræ in Curia Romana diſceptarentur ingenti noſtrorum hominum diſpendio & incommodo: ex quo ſequi plerumque neceſſe erat, ut qui vel ſumptibus ſuppeditare vel labori ſufficere nequirent, hi aut juri ſuo cedere, aut cauſas deſerere, ac pro derelictis habere cogerentur. Simul ea accedebat deformitas, ut literarum ſtudioſi & diſciplinis liberalibus incumbentes, aut Sacerdotia adipiſci nequirent, aut ſi adipiſci cuperent literarum ſtudium abjicere, aut certè deponere cogerentur, paſſimque per urbes errabundè vagari, ut id periculum imminere videretur, ne literarum tandem amor & ſcientia per incuriam exoleſcerent. Cùm igitur ſummoperè nobis videndum eſſe exiſtimaremus, ne hujuſmodi indignitas in Regno noſtro exoriretur, id quod futurum intelligebamus, tempori utique inſerviendum eſſe duximus, ac rebus noſtris periclitantibus, pro re nata conſulendum, imminentiaque detrimenta minore ac leviore diſpendio redimenda. Quare cùm Bononiam cum omni noſtro comitatu veniſſemus; exhibendæ gratiâ reverentiæ Sanctiſſimo Patri noſtro Leoni X. Pontifici ſummo, quam ei Franciç Reges majores noſtros, ut primos ac maximos ſacroſanctç Eccleſiç filios exhibuiſſe novimus; obnixis precibus ab eo contendimus, ut ſi Pragmaticæ nomen omninò eſſet abrogandum, ſaltem vice illius,

bonâ ſuî, Conciliique veniâ, certas nobis leges, conditioneſque meditari, comminiſcique liceret, quibus Imperium noſtrum ſupradictum impoſterum uteretur, quod ad ea quidem pertinet quæ Sanctione Pragmaticâ cavebantur: Quibus noſtris precibus exorata Pontificis Sanctitas (nam ei quoque cordi erat Regni Eccleſiam rectè atque ordine adminiſtrari) haud ægrè nobis indulſit, ut Conventa quędam nobis meditari, commentarique liceret, Pragmaticę Sanctionis vicem Regno ac Potentatui ſupradicto utique prębitura, quæ ejuſdem ipſa Concilii auctoritate, aſſenſuque confirmarentur, quam homologationem vocant, cum irritante decreto. Hujus commentationis curam cum tunc ſua Sanctitas & nos mandaviſſemus viris quibuſdam conſultiſſimis; ita confecta, temperataque ſunt ea conventa, ut pleraque Pragmaticæ Sanctionis capita firma nobis poſt-hac, rataque futura ſint, qualia ſunt ea quę de Reſervationibus in univerſum aut ſigillatim factis ſtatuunt, de *Collationibus*, de *Cauſis*, de *fruſtratoriis appellationibus*, de *antiquatione Conſtitutionis Clementinæ*, quam *Literis* vocant, *de liberè quietéque Poßidentibus*, de *Concubinariis*, quædamque alia quibus nihil iis conventis derogatum, abrogatumve fuit, niſi (ſi in quibuſdam capitibus nonnulla interpretanda, immutandave cenſuimus) quod ita referre utilitatis publicę arbitraremur. Quòd verò ad Electiones pertinet, minimè, quod optabamus, obtinere potuimus, cauſis in dictis Conventis latiſſimè inſertis; ac nihilò ſeciùs tamen cum ab ejuſdem Pontificis Sanctitate dilationem ſemeſtrem impetraſſemus, iis rebus tranſigendis, ſuper iiſque viros multos doctrinâ eximiâ, litterarumque peritiâ prędítos, uſuque rerum cal-

lentiſſimos conſuluiſſemus ; tandem de eorum ſententia, quando ita ferebat ratio, difficultaſque temporis, rerumque nos circumſtantium neceſſitas, ſępe dicta conventa in Regno noſtro ac Delphinatu promulganda cenſuimus, ita ut Sanctionis vicem, inſtarque plenum habeant, quorum Conventorum ſeu approbationis Concilii tenor ſequitur & eſt talis.

*Approbatio Concordatorum per Concilium Generale Lateranenſe.*

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante Concilio. Diuinâ diſponente clementiâ per quam Reges regnant & Principes imperant, in eminenti Apoſtolatus ſpecula, & ſuper gentes & regna meritis licèt imparibus conſtituti, animo revolventes, quòd ſi ea quæ pro ſalubri & quieto regimine Regnorum, & ad pacem & iuſtitiam populorum perpetuâ eorumdem regnorum ſtabilitate, Regibus præſertim de fide Catholica & de republica Chriſtiana & Apoſtolica Sede bene meritis, laudabili & providâ noſtrâ ordinatione cum Venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus conceſſa, ac ad effectum huiuſmodi geſta, ſtatuta, ordinata, decreta faſtàve ſunt, plenam roboris firmitatem obtineant: illis nihilominus interdum, ſacro approbante Concilio, noſtræ innovationis & approbationis robur adjicimus ut eò firmius illibata perdurent, quò ſæpius erunt noſtrâ auctoritate ac etiam generalis Concilii præſidio communita; efficacémque operam circa eorumdem conſervationem libenter adhibemus, vt Reges & ipſorum Regnorum perſonæ conceſſionibus, privile-

giis, ſtatutis & ordinationibus hujuſmodi in Domino plenè gaudentes, in pacis & tranquillitatis ac amœnitatis dulcedine conquieſcant, & in eorum ſolita erga eandem Sedem devotione ferventius perſeverent. Nuper ſiquidem ut Eccleſia ſponſa noſtra in ſancta unione conſervaretur, & Chriſti fideles ſacris canonibus à Romanis Pontificibus & ſacris generalibus Concilijs duntaxat editis uterentur, quaſdam cõſtitutiones quas de cætero loco Pragmaticæ Sanctionis & contentorum in ea, in Regno Franciæ, pro bono pacis & concordiæ, ac illius communi & publica utilitate, cum chariſſimo in Chriſto, Filio noſtro Franciſco Francorum Rege Chriſtianiſſimo dum Bononiæ, cum noſtra Curia eſſemus, tractatas, & cum eiſdem Fratribus noſtris diligenter examinatas, & de eorum conſilio cum præfato Rege concordatas, & per ipſius Regis legitimum procuratorem acceptas, de eorumdem Fratrum conſilio, unanimi conſenſu ſtatuimus & ordinamus, prout in noſtris literis deſuper confectis plenius continetur, quarum tenor ſequitur, & eſt talis.

## *Textus Concordatorum.*

### TITVLVS I.

# DE CONSTITUTIONIBUS.

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Primitiva illa Eccleſia in angulari petra à Salvatore noſtro Ieſu Chriſto fundata, Apoſtolorum præconijs elata, martyrumque ſanguine conſecrata & aucta, olim ubi primùm iuvante Domino per orbem terrarum lacertos movere cœpit, providè attendens quantum oneris humeris impoſitum haberet, quot oves paſcere, quot cuſtodire, ad quot etiam remotiſſima loc

oculos intendere cogeretur; divino quodam conſilio, parrochias inſtituit, diœceſes diſtinxit, Epiſcopos creavit, & Metropolitanos præfecit, vt tanquam membra capiti obſequentia, cuncta ſecundùm ejus voluntatem ſalubriter in Domino gubernarent, & tanquam rivuli à perenni fonte, Romanâ videlicet Eccleſiâ derivantes, ne angulum quidem dominici agri inrigatum dimitterent: unde, ſicut alii Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, ſuo tempore omni ſtudio curarunt ut dicta Eccleſia uniretur, & in ſancta unione hujuſmodi ſine ruga & macula conſervaretur, & omnes vepres ab eadem Eccleſia abolerentur, cujus proprium eſt, divina opitulante gratia, virtutes colere & vitia radicitùs extirpare: ita & nos tempore noſtro & præſenti durante Concilio, ea facere & curare debemus quę unioni & conſervationi ejuſdem Eccleſię conducere videntur. Ea propter omnes vepres quæ unioni huiuſmodi obſiſtunt, & ſegetem Domini pullulare non ſinunt, tollere prorſus & extirpare, ac virtutes in vinea Domini inſerere ſatagimus.

Sanè inter arcana mentis noſtrę revolventes quot tractatus inter pię memorię Pium II. Sextum IV. Innocentium VIII. Alexandrū VI. & Iulium II. Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros & claræ memoriæ Reges Franciæ Chriſtianiſſimos ſuper abrogatione certæ cōſtitutionis in dicto Regno Franciæ vigentis, quę Pragmatica vocatur, habiti fuerūt. Et licet Sixtus IV. prefatus, Nuntiis ad claræ memoriæ Ludouicum XI. Franciæ Regem Chriſtianiſſimum deſtinatis tantis eidem perſuaſerit rationibus, vt Rex ipſe Pragmaticam Sanctionem huiuſmodi, tanquam in ſeditione & ſchiſmatis tempore natam, ſuis Patentibus Literis abrogaverit: tamen huiuſmodi abro-

gatio, nec etiam Literæ Apoſtolicæ præfati Sixti ſuper Concordata cum Oratoribus præfati Regis Ludovici ad præfatum Sixtum prædeceſſorem deſtinatis, habita expeditæ, per Prelatos & perſonas Eccleſiaſticas dicti Regni receptę non fuerunt, nec ipſi Prælati & perſonæ Eccleſiaſticæ illis parere, nec monitis Innocentii & Iulii prędictorũ aures prębere: ſed eidem Pragmaticæ Conſtitutioni inhærere voluerunt: unde pręfatus Iulius prædeceſſor in pręſenti Concilio Lateranenſi, univerſalem Eccleſiam repręſentante, per eum legitimè indicto, abrogationis Pragmaticę Sanctionis huiuſmodi negotium, & illius diſcuſſionem, venerabilium Fratrum ſuorum Cardinalium (de quorum numero tunc eramus) & aliorum Prælatorum Congregationibus, relationemque diſcuſſorum ſibi & eidem Concilio faciendam commiſit, Gallicoſque Prælatos, Capitula Eccleſiarum, & Monaſteriorum Conventus, ac Parlamenta & laïcos illis faventes cuiuſcumque dignitatis, etiamſi regalis exiſterent, ſanctione prędicta utentes, ſeu illam approbantes, omneſque & ſingulos alios ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, per edictum publicum (cum ad partes illas tutus non pateret acceſſus) in certis Eccleſiis tunc expreſſis affigendum moneri & citari infra certum competentem terminum præfigendum, ad comparendum coram eo in Concilio præfato, cauſaſque dicendum, quare Sanctio pręfata in concernentibus auctoritatem, dignitatem & unitatem Eccleſię Romanæ & Apoſtolicę Sedis, ſacrorumque Canonum & Eccleſiaſticæ libertatis violationem, nulla & invalida declarari, decerni & abrogari non deberet.

Et cum ſuper his in forma iuris in pręfato Concilio Lateranenſi procederetur, dicuſ-

que Iulius prædeceſſor, ſicut Domino placuit, rebus fuiſſet humanis exemptus, noſque divinâ favente clementiâ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuiſſemus, & contra Prçlatos, Capitula, Conventus & perſonas huiuſmodi ad nonnullos actus proceſſiſſemus, tandem conſiderantes pacem eſſe vinculum charitatis & ſpiritualem virtutem qua ſalvamur, dicente Domino, Qui biberit aquam quam ego dabo ei bibere, non ſitiet in çternum; quod in pace conſiſtat ſalus univerſorum, Caſſiodoro teſtante, omni quippe regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas, in qua populi proficiunt & utilitas gentium cuſtoditur: matura deliberatione cognovimus non per Nuntios aut Legatos noſtros, ſed in præſtatione obedientiæ filialis quam chariſſimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Francorum Rex Chriſtianiſſimus perſonaliter nobis prçſtitit, hçc cum Maieſtate ſua coram diſcutere, eumque paternis hortari monitis, ut ad laudem Dei, & ad ſui honorem, prompto animo libens ac volens dictç pragmaticç Sanctioni abrenunciare & ſecundum leges ſanctç Romanç Eccleſiæ, quemadmodum cçteri Chriſtiani vivere, ac mandatis Apoſtolicis, quç à ſede Apoſtolica pro tempore emanarent, parere & obedire vellet.

Item acceptat Decretum quod incipit *Licet in Apoſtolicis.*

## DE SVBLATIONE Clementinæ Litteris, quæ eſt in Tit. de Probat.

### TITVLVS XXII.

Caput unicum.

LIcet in Apoſtolicis vel aliis litteris quibuſcumque aliquem dignitati, beneficio, aut iuri cuicumque renuntiaſſe, aut privatum eſſe, ſeu aliquid aliud egiſſe per quod ius proprium auferatur, narratum ſit; huiuſmodi litteræ in his non præiudicent, etiamſi ſuper ipſis gratia vel intentio narrantis fundetur, niſi per teſtes, aut alia legitima conſtiterit documenta. Datum in ſeſſione publica huius ſanctæ Synodi in Eccleſia maiori Baſilienſi, ſolemniter celebrata nono Calendas Aprilis, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto.

## DE CONCLVSIONE Eccleſiæ Gallicanæ.

### TITVLVS XXIII.

Caput unicum.

DEmum concluſit prælibata Congregatio, ut decreta ipſa de quibus viſum eſt

eſt quod debeant ſimpliciter acceptari, ex nunc ſimpliciter acceptentur, & executionem ſortiantur, atque ex nunc effectui realiter mancipentur. Et ſimiliter illa decreta circa quæ fuerunt factæ prænotatæ modificationes, de quibus ſuperiùs dictum eſt, ex nunc cum ipſis ſcilicet modificationibus acceptentur, prout etiam acceptantur, ſub ſpe, ſcilicet quòd ipſæ modificationes per ſacrum Concilium admittentur. Pro quo Regii Oratores inſtabunt vice Regia Eccleſiæ Regni & Delphinatus.

§. 1. *Poſtremò.* Et poſtremò viſum fuit prædictæ Congregationi inſtandum fore omnino apud Regem, ut ipſe ex nunc decreta eadem juxta modos prænotatos acceptet & approbet, mandando diſtrictè ex nunc Curiæ Parlamenti & aliis Iuſtitiariis Regni & Delphinatus, ac aliorum Dominorum Regni, quatenus de puncto in punctum præmiſſa inviolabiliter & in perpetuum obſervent & obſervari faciant. Tranſgreſſores & contra facientes taliter puniendo, quòd cæteris in poſterum cedat in exemplum. Et ſuper hoc conficere Pragmaticam Sanctionem.

§. 2. *Ea propter.* Ea propter nobis humiliter ſupplicaverunt memorati Archiepiſcopi, Epiſcopi, Capitula notabilia, Decani, Abbates, cæterique Prælati & viri Eccleſiaſtici, atque ſcientifici Vniverſitatum Studiorum generalium Regni, Eccleſiam prædictam Regni & Delphinatus noſtrorum prædictorum repræſentantes, quatenus eorum deliberationibus & concluſionibus, ſic ſecundum Deum, iuſtitiam & ſinceritatem conſcientiarum ſuarum acceptis, tam reſpectu præfatorum decretorum & Canonum ipſius Sacro-ſanctæ Generalis Synodi Baſilienſis, quàm alias in his quæ pro utilitate reipublicæ Eccleſiæ Regni & Del-

phinatus noſtrorum fuerunt inter eoſdem deliberata & concluſa, regium noſtrum conſenſum præbere, eaque protegere efficaciter & exequi, ac inviolabiliter per omnes ſubditos noſtros obſervari facere & mandare dignaremur.

Nos igitur attendentes quòd ſicut Sacerdotes debitores ſunt ut veritatem, quam audierunt à Chriſto libere prædicent, ſic princeps debitor eſt ut veritatem quam audivit à Sacerdotibus, approbatam quidem ſcripturis, defendat fiducialiter, & efficaciter exequatur: Præmiſſis & aliis juſtis & rationabilibus cauſis præmoniti, habitâ etiam ſuper his deliberatione digeſtiſſima cum prædictis Principibus noſtræ regalis proſapiæ ac aliis Magnatibus, proceribus, multiſque viris prudentibus & ſcientificis Eccleſiaſticis & ſæcularibus Regni & Delphinatus noſtrorum nobis in Conſilio noſtro magno aſſiſtentibus, eorumdem Prælatorum & aliorum Eccleſiaſticorum Eccleſiam Regni & Delphinatus noſtrorum repræſentantium, ſupplicationem & requeſtam juſtam & rationabilem, & Sanctorum Patrum decretis conformem, omnique æquitate ſubnixam agnoſcentes, prædictas ipſorum Archiepiſcoporum, cæterorumque Prælatorum & virorum Eccleſiaſticorum noſtrorum Regni & Delphinatus, deliberationes & concluſiones gratas & acceptas habuimus & habemus, eiſdemque conſenſum noſtrum regium præbuimus & præbemus per præſentes: Volentes & ordinantes omnes & ſingulas deliberationes & concluſiones prædeclaratas in noſtris Regno & Delphinatu, cæteriſque dominiis perpetuô teneri, atque inviolabiliter obſervari: ſuumque plenum & integrum à die datæ præſentium penitus ſortiri effectum, abſque alia publicatione

ſeu promulgatione. Et nihilominus publicari, & inter Regias & Delphinales ordinationes regiſtrari mandamus.

Quocirca dilectis & fidelibus Conſiliariis noſtris præſens tenentibus & qui in futurum noſtra tenebunt Parlamenta, omnibuſque Iuſtitiariis Regni & Delphinatus noſtrorum, cæteriſque Officiariis & ſubditis noſtris, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, mandamus, diſtrictiùs injungentes, quatenus omnia præmiſſa & ſingula teneant, cuſtodiant, & conſervent in ſua roboris plenaria firmitate, & in cauſis quibuſcumque, occaſione præmiſſorum de cætero orituris & emerſuris, ſecundùm deliberationes & concluſiones prædeſcriptas judicent, pronuntient, & ſententient, atque ab omnibus ſubditis & incolis noſtrorum Regni & Delphinatus inviolabiliter faciant in omnibus & per omnia obſervari, prædictas perſonas Eccleſiaſticas & ſæculares, ac eorum quamlibet in omnibus & ſingulis ſuperiùs expreſſis, ab omni turbatione, violentia, impreſſione, moleſtatione, damno, impedimento & diſturbio tueantur, protegant pariter & defendant; omneſque & quaſcumque perſonas cujuſvis conditionis ac ſtatus fuerint, contrà facientes aut venientes taliter puniendo, quòd in poſterum cæteris cedat in exemplum: quoniam ſic fieri volumus, & jubemus per præſentes. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Bituris ſeptima die menſis Iulij, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, & regni noſtri decimo-ſexto. Sic ſignatum in plica in ſuperiori parte. Per regem in ſuo magno Conſilio, in quo Dominus Delphinus Viennenſis, Domini dux Borbonii, Carolus

§. ultim. Quocirca.

de Andegavia Comes Cenomaniæ, Petrus filius Ducis Britanniæ, necnon Comites de Marchia & Vindocinio, & de Tancarvilla, Prælati Procereſque, ac alii viri Eccleſiaſtici & ſæculares quamplurimi erant. N. de Firbois. In ſuperiori parte plicæ prædictæ erat ſic ſcriptum, Collatio facta cum originali litterarum præinſertarum atque incorporatarum. N. de Firbois. Et in dorſo extitit deſcripta publicatio in dicta Curia Parlamenti facta ſub hac forma, Lecta ac publicata Pariſiis in Parlamento, die decima tertia Iulii, milleſimo quadringenteſimo trigeſimo-nono. Sic ſignatum, C E N E T H E A V.

*FINIS PRAGMATICAE Sanctionis.*

# CONCORDATA
## INTER SANCTISSIMVM Dominum noſtrum Papam Leonem X.
## *&*
## *CHRISTIANISSIMVM Dominum noſtrum Regem* FRANCISCVM *hujus nominis primum.*

### PROOEMIVM.

FRanciſcus Dei gratiâ Francorum Rex, Mediolani Dux, Aſtenſis Comes ac Genuæ Dominus, omnibus literas has lecturis ſalutem. Cum non pridem, ſuperſtite adhuc Ludovico memoriæ commendabilis Rege, ſocero noſtro (cujus animæ propitietur Altiſſimus) ſacrum Lateranenſe Concilium ſæpiùs editis decretis, eundem ſoce-

rum noſtrum ad ejuſdem Conventum evocaſſet, cum eoque Regni noſtri Curias ſummas, ( quas Parlamentarias vocamus ) Eccleſiam inſuper univerſamGallicanam,cunctaſque Regni noſtri gentes, Delphinatuſque noſtri potentatus admonendos cenſuiſſet, ut ſi quid auctoritatis priſcæ afferre, ſi qua jura citare, ſi rationes conſentaneas palàm ediſſerere poſſe confiderent, quominùs Sanctio Pragmatica ejuſdem Concilii auctoritate ac ſententiâ antiquaretur, abrogaretur, induceretur, irritaque, etiam nulla pronuntiaretur & ſchiſmatica; id infra diem, dictis decretis præfixam, efficerent: quo neglecto talis denique ſacro approbante Concilio decerneretur. Dudum autem ſtatimque Nobis diadematico faſtigio divina benignitate auctis, Regnumque auſpicatò ineuntibus, cum rurſus huiuſmodi edicta alia atq; alia ab eadem auctoritate manantia,nobis innotuiſſent, nobis etiam, noſtriſque Curiis, Eccleſiæ Gallicanæ ac ſubditis populis edicto noviſſimo ac cauſæ peremptorio ſpes omnis eſſet purgandæ moræ præciſa, ut ſi ulterius cunctari in animum induxiſſemus, futurum omninò videremur, in hæc diſcrimina incidere, quæ ante dictæ Pragmaticæ Sanctionis decretum hoc in Regno noſtro, patriaque Delphinali locum ſibi vindicabant. Ideò nos animo reputantes quanta olim ante illius Pragmaticæ Sanctionis promulgationem, indignitas rerum ac deformitas in Regno noſtro, patriáque Delphinali graſſaretur, cùm videlicet rés nummaria ( quibus veluti nervis Reſpublica ſubnixa eſt ) eâ maximè ac præcipuè ratione exhauriretur, cum Præſulibus & Antiſtitibus Sacerdotiorum conferendorum libertas facultaſque adimeretur: cum peregrini & incolæ Sacerdotiis Gallicis ſæpenumero donarentur: cum diplomatibus Apoſtolicis,

quas expectativas nuncupabant, generatim, ſigillatimque ſuperſtitum hominum ſpirantiumque Sacerdotia electiva, mixta ac collativa in diem mortis eorum conferrentur qui eis fungebantur; id quod cum bonis moribus non convenit, tum verò alieni fati votum habet adjunctum.

Poſtremò cum Sacerdotiorum controverſiæ, liteſque ſacræ in Curia Romana diſceptarentur ingenti noſtrorum hominum diſpendio & incommodo: ex quo ſequi plerumque neceſſe erat, ut qui vel ſumptibus ſuppeditare vel labori ſufficere nequirent, hi aut juri ſuo cedere, aut cauſas deſerere, ac pro derelictis habere cogerentur. Simul ea accedebat deformitas, ut literarum ſtudioſi & diſciplinis liberalibus incumbentes, aut Sacerdotia adipiſci nequirent, aut ſi adipiſci cuperent literarum ſtudium abjicere, aut certè deponere cogerentur, paſſimque per urbes errabundè vagari, ut id periculum imminere videretur, ne literarum tandem amor & ſcientia per incuriam exoleſcerent. Cùm igitur ſummoperè nobis videndum eſſe exiſtimaremus, ne hujuſmodi indignitas in Regno noſtro exoriretur, id quod futurum intelligebamus, tempori utique inſerviendum eſſe duximus, ac rebus noſtris periclitantibus, pro re nata conſulendum, imminentiaque detrimenta minore ac leviore diſpendio redimenda. Quare cùm Bononiam cum omni noſtro comitatu veniſſemus; exhibendæ gratiâ reverentiæ Sanctiſſimo Patri noſtro Leoni X. Pontifici ſummo, quam ei Franciæ Reges majores noſtros, ut primos ac maximos ſacroſanctæ Eccleſiæ filios exhibuiſſe novimus; obnixis precibus ab eo contendimus, ut ſi Pragmaticæ nomen omninò eſſet abrogandum, ſaltem vice illius,

bonâ ſuî, Conciliique veniâ, certas nobis leges, conditioneſque meditari, comminiſcique liceret, quibus Imperium noſtrum ſupradictum impoſterum uteretur, quod ad ea quidem pertinet quæ Sanctione Pragmaticâ cavebantur: Quibus noſtris precibus exorata Pontificis Sanctitas (nam ei quoque cordi erat Regni Eccleſiam rectè atque ordine adminiſtrari) haud ægrè nobis indulſit, ut Conventa quędam nobis meditari, commentarique liceret, Pragmaticę Sanctionis vicem Regno ac Potentatui ſupradicto utique prębitura, quæ ejuſdem ipſa Concilii auctoritate, aſſenſuque confirmarentur, quam homologationem vocant, cum irritante decreto. Hujus commentationis curam cùm tunc ſua Sanctitas & nos mandaviſſemus viris quibuſdam conſultiſſimis; ita confecta, temperataque ſunt ea conventa, ut pleraque Pragmaticæ Sanctionis capita firma nobis poſt-hac, rataque futura ſint, qualia ſunt ea quę de Reſervationibus in univerſum aut ſigillatim factis ſtatuunt, de *Collationibus*, de *Cauſis*, de *fruſtratoriis appellationibus*, de *antiquatione Conſtitutionis Clementinæ*, quam *Literis* vocant, *de liberè quietéque Poſſidentibus*, de *Concubinariis*, quædamque alia quibus nihil iis conventis derogatum, abrogatumve fuit, niſi (ſi in quibuſdam capitibus nonnulla interpretanda, immutandave cenſuimus) quod ita referre utilitatis publicę arbitraremur. Quòd verò ad Electiones pertinet, minimè, quod optabamus, obtinere potuimus, cauſis in dictis Conventis latiſſimè inſertis; ac nihilò ſeciùs tamen cum ab ejuſdem Pontificis Sanctitate dilationem ſemeſtrem impetraſſemus, iis rebus tranſigendis, ſuper iiſque viros multos doctrinâ eximiâ, litterarumque peritiâ prędìtos, uſuque rerum cal-

lentiſſimos conſuluiſſemus; tandem de eorum ſententia, quando ita ferebat ratio, difficultaſque temporis, rerumque nos circumſtantium neceſſitas, ſępe dicta conventa in Regno noſtro ac Delphinatu promulganda cenſuimus, ita ut Sanctionis vicem, inſtarque plenum habeant, quorum Conventorum ſeu approbationis Concilii tenor ſequitur & eſt talis.

*Approbatio Concordatorum per Concilium Generale Lateranenſe.*

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante Concilio. Diuinâ diſponente clementiâ per quam Reges regnant & Principes imperant, in eminenti Apoſtolatus ſpecula, & ſuper gentes & regna meritis licèt imparibus conſtituti, animo revolventes, quòd ſi ea quæ pro ſalubri & quieto regimine Regnorum, & ad pacem & iuſtitiam populorum perpetuâ eorumdem regnorum ſtabilitate, Regibus præſertim de fide Catholica & de republica Chriſtiana & Apoſtolica Sede bene meritis, laudabili & providâ noſtrâ ordinatione cum Venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus conceſſa, ac ad effectum huiuſmodi geſta, ſtatuta, ordinata, decreta faſtàve ſunt, plenam roboris firmitatem obtineant: illis nihilominus interdum, ſacro approbante Concilio, noſtræ innovationis & approbationis robur adjicimus ut eò firmius illibata perdurent, quò ſæpius erunt noſtrâ auctoritate ac etiam generalis Concilii præſidio communita; efficacémque operam circa eorumdem conſervationem libenter adhibemus, vt Reges & ipſorum Regnorum perſonæ conceſſionibus, privile-

giis, ſtatutis & ordinationibus hujuſmodi in Domino plenè gaudentes, in pacis & tranquillitatis ac amœnitatis dulcedine conquieſcant, & in eorum ſolita erga eandem Sedem devotione ferventius perſeverent. Nuper ſiquidem ut Eccleſia ſponſa noſtra in ſancta unione conſervaretur, & Chriſti fideles ſacris canonibus à Romanis Pontificibus & ſacris generalibus Concilijs duntaxat editis uterentur, quaſdam cõſtitutiones quas de cætero loco Pragmaticæ Sanctionis & contentorum in ea, in Regno Franciæ, pro bono pacis & concordiæ, ac illius communi & publica utilitate, cum chariſſimo in Chriſto, Filio noſtro Franciſco Francorum Rege Chriſtianiſſimo dum Bononiæ, cum noſtra Curia eſſemus, tractatas, & cum eiſdem Fratribus noſtris diligenter examinatas, & de eorum conſilio cum præfato Rege concordatas, & per ipſius Regis legitimum procuratorem acceptas, de eorumdem Fratrum conſilio, unanimi conſenſu ſtatuimus & ordinamus, prout in noſtris literis deſuper confectis plenius continetur, quarum tenor ſequitur, & eſt talis.

## *Textus Concordatorum.*

### TITVLVS I.

# DE CONSTITUTIONIBUS.

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Primitiva illa Eccleſia in angulari petra à Salvatore noſtro Ieſu Chriſto fundata, Apoſtolorum præconijs elata, martyrumque ſanguine conſecrata & aucta, olim ubi primùm iuvante Domino per orbem terrarum lacertos movere cœpit, providè attendens quantum oneris humeris impoſitum haberet, quot oves paſcere, quot cuſtodire, ad quot etiam remotiſſima loc

oculos intendere cogeretur; divino quodam conſilio, parrochias inſtituit dœceſes diſtinxit, Epiſcopos creavit, & Metropolitanos præfecit, vt tanquam membra capiti obſequentia, cuncta ſecundùm ejus voluntatem ſalubriter in Domino gubernarent, & tanquam rivuli à perenni fonte, Romanâ videlicet Eccleſiâ derivantes, ne angulum quidem dominici agri inrigatum dimitterent: unde, ſicut alii Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, ſuo tempore omni ſtudio curarunt ut dicta Eccleſia uniretur, & in ſancta unione hujuſmodi ſine ruga & macula conſervaretur, & omnes vepres ab eadem Eccleſia abolerentur, cujus proprium eſt, divina opitulante gratia, virtutes colere & vitia radicitùs extirpare: ita & nos tempore noſtro & præſenti durante Concilio, ea facere & curare debemus quę unioni & conſervationi ejuſdem Eccleſię conducere videntur Ea propter omnes vepres quæ unioni huiuſmodi obſiſtunt, & ſegetem Domini pullulare non ſinunt, tollere prorſus & extirpare, ac virtutes in vinea Domini inſerere ſatagimus.

Sanè inter arcana mentis noſtrę revolventes quot tractatus inter pię memorię Pium II. Sextum IV. Innocentium VIII. Alexandrū VI. & Iulium II. Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros & claræ memoriæ Reges Franciæ Chriſtianiſſimos ſuper abrogatione certæ cōſtitutionis in dicto Regno Franciæ vigentis, quę Pragmatica vocatur, habiti fuerūt. Et licet Sixtus IV. pręfatus, Nuntiis ad claræ memoriæ Ludouicum XI. Franciæ Regem Chriſtianiſſimum deſtinatis tantis eidem perſuaſerit rationibus, vt Rex ipſe Pragmaticam Sanctionem huiuſmodi, tanquam in ſeditione & ſchiſmatis tempore natam, ſuis Patentibus Literis abrogaverit: tamen huiuſmodi abro-

gatio, nec etiam Literæ Apoſtolicæ præfati Sixti ſuper Concordata cum Oratoribus præfati Regis Ludovici ad præfatum Sixtum prædeceſſorem deſtinatis, habita expeditæ, per Prȩlatos & perſonas Eccleſiaſticas dicti Regni receptȩ non fuerunt, nec ipſi Prælati & perſonæ Eccleſiaſticæ illis parere, nec monitis Innocentii & Iulii prȩdictorũ aures prȩbere: ſed eidem Pragmaticæ Conſtitutioni inhærere voluerunt: unde prȩfatus Iulius prædeceſſor in prȩſenti Concilio Lateranenſi, univerſalem Eccleſiam reprȩſentante, per eum legitimè indicto, abrogationis Pragmaticȩ Sanctionis huiuſmodi negotium, & illius diſcuſſionem, venerabilium Fratrum ſuorum Cardinalium (de quorum numero tunc eramus) & aliorum Prælatorum Congregationibus, relationemque diſcuſſorum ſibi & eidem Concilio faciendam commiſit, Gallicoſque Prælatos, Capitula Eccleſiarum, & Monaſteriorum Conventus, ac Parlamenta & laïcos illis faventes cuiuſcumque dignitatis, etiamſi regalis exiſterent, ſanctione prȩdicta utentes, ſeu illam approbantes, omneſque & ſingulos alios ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, per edictum publicum (cum ad partes illas tutus non pateret acceſſus) in certis Eccleſiis tunc expreſſis affigendum moneri & citari infra certum competentem terminum præfigendum, ad comparendum coram eo in Concilio præfato, cauſaſque dicendum, quare Sanctio prȩfata in concernentibus auctoritatem, dignitatem & unitatem Eccleſiȩ Romanæ & Apoſtolicȩ Sedis, ſacrorumque Canonum & Eccleſiaſticæ libertatis violationem, nulla & invalida declarari, decerni & abrogari non deberet.

Et cum ſuper his in forma iuris in prȩfato Concilio Lateranenſi procederetur, dictuſ-

que Iulius prædeceſſor, ſicut Domino placuit, rebus fuiſſet humanis exemptus, noſque divinâ favente clementiâ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuiſſemus, & contra Prelatos, Capitula, Conventus & perſonas huiuſmodi ad nonnullos actus proceſſiſſemus, tandem conſiderantes pacem eſſe vinculum charitatis & ſpiritualem virtutem qua ſalvamur, dicente Domino, Qui biberit aquam quam ego dabo ei bibere, non ſitiet in æternum; quod in pace conſiſtat ſalus univerſorum, Caſſiodoro teſtante, omni quippe regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas, in qua populi proficiunt & utilitas gentium cuſtoditur: matura deliberatione cognovimus non per Nuntios aut Legatos noſtros, ſed in præſtatione obedientiæ filialis quam chariſſimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Francorum Rex Chriſtianiſſimus perſonaliter nobis præſtitit, hæc cum Maieſtate ſua coram diſcutere, eumque paternis hortari monitis, ut ad laudem Dei, & ad ſui honorem, prompto animo libens ac volens dictæ pragmaticæ Sanctioni abrenunciare & ſecundum leges ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quemadmodum cæteri Chriſtiani vivere, ac mandatis Apoſtolicis, quæ à ſede Apoſtolica pro tempore emanarent, parere & obedire vellet.

# *DE ELECTIONIS ET Poſtulationis derogatione.*

## TITVLVS II

ET cum ex Electionibus, quæ in Eccleſiis Cathedralibus & Metropolitanis, ac Monaſteriis dicti Regni, à multis anni citra fiebant, grandia animarum pericula provenirent, cum pleræque per abuſum ſæcularis poteſtatis; nonnullæ vero præcedentibus illicitis & ſimoniacis pactionibus, aliæ particulari amore & ſanguinis affectione & non ſine Periurii reatu fierent; cum Electores ipſi, etiam ſi ante electionem per eos faciendam, idoneiorem, & non eum quem promiſſione aut datione alicuius rei temporalis, ſeu prece vel precibus per ſe vel alium, interpoſitis, electionem procurare didiciſſent, eligere ſponte iurarent, iuramentum huiuſmodi non ſervarent: ſed contra proprium huiuſmodi iuramentum in animę ſuę prçiudicium venirent, ut nobis notoriè conſtat ex crebris abſolutionibus & rehabilitationibus à nobis & Prędeceſſoribus noſtris petitis & obtentis: idem Franciſcus Rex noſtris paternis monitis, tanquam verus obedientię filius, parere volens, tam pro bono obedientię, in qua magnum meritum verè conſiſtit, quam pro communi & publica Regni ſui utilitate, in locum dictę Pragmaticæ Sanctionis ac ſingulorum capitulorum in ea contentorum, leges & conſtitutiones infra ſcriptas invicem tractatas, & cum fratribus noſtris ſanctę Roma-

næ Eccleſię Cardinalibus diligenter examinatas, & de eorum conſilio, cum pręfato Rege concordatas per dilectum filium Rogerium Barme, regium Advocatum, Oratorem ſuum ad hoc ab eodem Franciſco Rege ad nos deſtinatum, habentem ad hoc ſpeciale & ſufficiens mandatum, acceptavit.

++++++++++: +++++++++++

## DE REGIA AD PRÆ-*laturas Nominatione facienda.*

### TITVLVS III.

De eorundem Fratrum conſilio & vnanimi conſenſu, ex certa noſtra ſcientia & poteſtatis plenitudine, ſtatuimus & ordinamus: quod de cætero perpetuis futuris temporibus, loco dictę Pragmaticę Conſtitutionis ac omnium & ſingulorum capitulorum in ea contentorum, videlicet vt de cætero Cathedralibus & Metropolitanis Eccleſiis in Regno dicto, Delphinatu & Comitatu Dienſi ac Valentinenſi, nunc, & pro tempore etiam per ceſſionem in manibus noſtris & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium ſpontè factam vacantibus, illarum Capitula & Canonici ad electionem, ſeu poſtulationem, inibi futuri Prælati, procedere non poſſint: ſed illarum occurrente huiuſmodi vacatione, Rex Francię pro tempore exiſtens, vnum gravem Magiſtrum ſeu Licentiatum in Theologia, aut in vtroque ſeu altero iurium Doctorem, aut Licentia-

tum in Vniverſitate famoſa & cum rigore examinis, & in vigeſimo ſeptimo ſuæ ętatis anno ad minus cõſtitutum, & alias idoneum, infra ſex menſes à die vacationis Eccleſiarum earundem computandos, nobis & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſeu Sedi prędictę Nominare, & de perſona per Regem huiuſmodi nominata per nos & Succeſſores noſtros, ſeu Sedem prædictam provideri: & ſi contingeret præfatum Regem, perſonam taliter non qualificatam ad dictas Eccleſias ſic vacantes nominare, per nos & Succeſſores, ſeu Sedem hujuſmodi de perſona ſic nominata eiſdem Eccleſiis minimè provideri debeat, ſed teneatur idem Rex infra tres alios menſes à die recuſationis perſonæ nominatæ non qualificatæ, Sollicitatori nominationem non qualificatam proſequenti, conſiſtorialiter factæ intimandæ, computandos, alium ſupradicto modo qualificatum nominare; alioquin ut diſpendioſæ Eccleſiarum hujuſmodi vacationi celeriter conſulatur, Eccleſiæ tunc ſic vacanti per nos & Succeſſores noſtros, ſeu Sedem hujuſmodi de perſona, ut præfertur, qualificata; necnon per obitum apud ſedem prædictam vacantibus, ſemper nullâ dicti Regis præcedente Nominatione, liberè provideri poſſit.

Decernentes Electiones contra præmiſſa attentatas, ac Proviſiones per nos & Succeſſores noſtros, ſeu ſedem hujuſmodi factas, nullas & invalidas exiſtere.

Conſanguineis tamen præfati Regis ac perſonis ſublimibus ex cauſa rationabili & legitima in nominatione & apoſtolicis litteris exprimenda, necnon Religioſis mendicantibus reformatis eminentis ſcientiæ, & excellentis doctrinæ, qui juxta ſui Ordinis regularia inſtituta ad gradus hujuſmodi aſſumi

non poſſunt, ſub prohibitione præmiſſa minimè comprehenſis: ſed de eorum perſonis dictis Eccleſiis pro tempore vacantibus ad dicti Regis nominationem, per nos & Succeſſores noſtros, ſeu Sedem, hujuſmodi liberè provideri poſſit.

*De Monaſteriis purè Electivis.*

Monaſteriis verò & Prioratibus conventualibus, & verè Electivis, videlicet in quorum electionibus forma capituli *Quia propter.* ſervari, & Confirmationes electionum hujuſmodi ſolemniter peti conſueverunt in Regno, Delphinatu & Comitatu, hujuſmodi nunc & pro tempore, etiam per ſimilem ceſſionem vacantibus, illorum conventus ad electionem, ſeu poſtulationem Abbatis, ſeu Prioris procedere non poſſint. *§. 2. Monaſteriis.*

¶ Sed idem Rex illorum, occurrente hujuſmodi vacatione, religioſum ejuſdem Ordinis in ætate viginti trium annorum ad minus conſtitutum, infra ſimile tempus ſex menſium à die vacationis Monaſteriorum & Prioratuum hujuſmodi computandorum, nobis & ſucceſſoribus noſtris, aut Sedi hujuſmodi Nominare, & de perſona per Regem hujuſmodi Monaſterio vacanti nominata, per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu Sedem hujuſmodi provideri; Prioratus verò perſonæ ad illum per eundem Regem nominatæ conferri debeat.

Si verò idem Rex, Presbyterum ſæcularem, aut religioſum alterius Ordinis, aut minorem viginti trium annorum, vel alias inhabilem nobis aut ſucceſſoribus noſtris infra dictum ſemeſtre, ſeu Sedi hujuſmodi nominaret, talis nominatus recuſari, & nullatenùs ſibi provideri, debeat; ſed Rex ipſe infra

trimeſtre à die recuſationis, ſupradicto modo intimandæ, computandum, alium, modo ſupradicto qualificatum, Monaſterio ſeu Prioratui tunc vacanti Nominare, & de perſona ad Monaſterium nominata illi providere; ad Prioratum verò nominato, Prioratus ipſe per nos & ſucceſſores noſtros ſeu Sedem prædictam conferri debeat.

Alioquin dictis novem menſibus effluxis, nullâ, ſeu de perſona minus idonea & modo præmiſſo non qualificata, factâ Nominatione, ac etiam vacantibus apud Sedem prædictam, ſemper, etiam nullâ dicti Regis expectatâ Nominatione, per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu Sedem prædictam Monaſteriis provideri; Prioratus verò perſonis, ut præfertur, qualificatis dumtaxat conferri liberè poſſint.

Electiones autem & illarum Confirmationes necnon proviſiones per Nos & ſucceſſores noſtros ac Sedem prædictam contra præmiſſa pro tempore factas, nullas, irritas & inanes eſſe decernimus.

*De ſingulorum Privilegiis, & quod in ſcriptis tantùm probari debent.*

*§. 3. Per præmiſſa.* PEr præmiſſa tamen non intendimus in aliquo præiudicare Capitulis Eccleſiarum & Conventibus Monaſteriorum & Prioratuum, hujuſmodi privilegia à Sede Apoſtolica proprium eligendi Prælatum obtinentibus, quo minus ad Electionem Epiſcoporum ac Abbatum & Priorum, juxta privilegia eis conceſſa, liberè procedere poſſint juxta formam in eorum privilegiis contentam. Et ſi in eorum privilegiis forma aliqua expreſſa non fuerit, tunc formam Concilii generalis, cap. *Quia propter.* tantum ſervare teneantur:

dummodò de privilegiis ſibi conceſſis hujuſmodi per litteras Apoſtolicas, ſeu alias authenticas ſcripturas docuerint, omni aliâ ſpecie probationis eis in hoc ademptâ.

## DE RESERVATIONIBUS *ſublatis.*

### TITULUS IV.

VOlumus quoque & ordinamus quòd in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis, de cætero non dentur aliquæ Gratiæ expectativæ, ac ſpeciales vel generales Reſervationes ad vacatura beneficia, per nos & Sedem prædictam non fiant; & ſi de facto per importunitatem, aut alias à nobis & ſucceſſoribus noſtris & Sede prædicta emanaverint, illas irritas & inanes eſſe decernimus. *§. 1. Volumus.*

*De Canonicis ad effectum creandis.*

IN Cathedralibus tamen, Metropolitanis, & Collegiatis Eccleſiis, in quarum ſtatutis caveretur expreſsè, quòd nullus ibidem dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem vel officium obtinere poſſit, niſi in illis actu Canonicus exiſtat, Canonicos ad affectum duntaxat inibi obtinendi dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem vel officium hujuſmodi, & non conſequendi primam præbendam vacaturam, creare poſſe intendimus. *§. 2. In Cathedralibus.*

## *De* COLLATIONIBVS, *& primò de Præbenda Theologali.*

### TITVLVS V.

STatuimus inſuper quòd ordinarius Collator in unaquaque Cathedrali ac etiam Metropolitana Eccleſia Canonicatum & Præbendam Theologalem inibi conſiſtentem, conferre teneatur uni Magiſtro, ſeu Licentiato, aut Baccalaureo formato in Theologia qui per decennium in Vniverſitate ſtudii generalis privilegiata ſtuduerit, ac onus reſidentiæ, lecturæ & prædicationis actu ſubire voluerit: quique bis aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas, impedimento ceſſante legitimo, legere debeat: & quoties ipſum in hujuſmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli, per ſubtractionem diſtributionum totius hebdomadæ, puniri poſſit.

Et ſi reſidentiam deſeruerit, de illa alteri provideri debeat.

Et ut liberius ſtudio vacare poſſit, etiamſi abſens fuerit à divinis, habeatur pro præſente, ita ut nihil perdat.

*De Graduatis, Nominatis & Simplicibus.*

§. 2. *Præfatique.* PRæfatique Ordinarii Collatores ſeu Patroni Eccleſiaſtici, quicunque fuerint, ultra dictam præbendam Theologalem, quam ut præfertur, qualificato conferre tenentur, tertiam partem omnium dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum & officiorum cæterorumque beneficiorum eccleſiaſtico-

rum, ad eorum collationem, proviſionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem quomodolibet ſpectantium, viris litteratis, graduatis & per Vniverſitates nominatis,hoc modo videlicet:

In primo menſe poſt præſentium acceptationem & earumdem publicationem, præfati ordinarii Collatores, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes & officia ad eorum collationem, proviſionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, ut præfertur, ſpectantia, Graduatis hujuſmodi qui Litteras ſuorum Graduum cum Tempore Studii debitè inſinuaverint, conferre teneantur: Beneficia verò, quæ in duobus ſequentibus menſibus vacare contigerit, illa juxta juris communis diſpoſitionem, perſonis idoneis liberè conferre, ſeu perſonas idoneas ad illa præſentare teneantur. Beneficia autem quæ in quarto menſe vacare contigerit, viris Graduatis per Univerſitatem Nominatis, qui Gradus & Nominationis literas cum Studii Tempore debitè inſinuaverint, conferre ſeu præſentare teneantur: Beneficia verò quæ in quinto & ſexto menſibus vacare contigerit, ſimili modo perſonis idoneis liberè conferre, ſeu perſonas ad illa præſentare poſſint. Beneficia autem quæ ſeptimo menſe vacare contigerit, Graduatis qui ſimili modo Literas Gradus cum Tempore Studii debitè inſinuaverint, conferre teneantur: Beneficia verò, quæ octavo & nono menſibus vacare contigerit, pari modo perſonis idoneis conferre, ſeu perſonas idoneas ad illa præſentare teneantur. Beneficia autem, quæ in menſe decimo vacare contigerit, Graduatis Nominatis, qui Gradus & Nominationis literas cum Tempore Studii debitè inſinuaverint, per eoſdem or-

dinarios conferri, ſeu ipſi ad illa præſentari debeant: Beneficia autem, quæ 11. & 12. menſibus vacare contigerit, per eoſdem ordinarios perſonis idoneis juxta juris communis diſpoſitionem conferri, ſeu ipſi ad illa præſentari debeant.

*Decretum irritans in favorem Graduatorum.*

*§. 3. Si quis.* SI quis verò cujuſcumque ſtatus, etiamſi Cardinalatus, Patriarchalis, Archiepiſcopalis, aut Pontificalis vel alterius cujuſlibet dignitatis, contra prædictum ordinem & qualificationes ſuperius ordinatas, de dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus vel officiis, ſeu quibuſvis aliis beneficiis Eccleſiaſticis hujuſmodi aliter quàm modo prædicto diſpoſuerit, diſpoſitiones ipſæ ſint ipſo jure nullæ, collationeſque & proviſiones ac diſpoſitiones illorum ad immediatum Superiorem devolvantur, qui eiſdem perſonis modo præmiſſo qualificatis providere teneatur. Et ſi contravenerit, ad alium Superiorem devolvatur proviſio & præſentatio huiuſmodi gradatim, donec ad Sedem Apoſtolicam fiat devolutio.

*De Tempore Studii.*

*§. 4. Præterea.* PRæterea volumus quòd Collatores ordinarii & Patroni Eccleſiaſtici præfati, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes & officia ac beneficia in menſibus, Graduatis & nominatis aſſignatis vacantia, illis graduatis ſimplicibus aut nominatis illa conferre, aut ad illa eos dumtaxat præſentare teneantur, qui per tempus competens in Univerſitate famoſa ſtuduerint. Tempus autem competens decennium in Magiſtris ſeu Licentiatis aut Baccalaureis in Theologia; ſeptennium

verò in Doctoribus ſeu Licentiatis in Iure canonico, civili, aut Medicina: quinquennium autem in Magiſtris ſeu Licentiatis in artibus cum rigore examinis à logicalibus incluſivè, aut in altiori facultate: ſexennium autem in Baccalaureis ſimplicibus in Theologia: quinquennium verò in Baccalaureis Iuris canonici aut civilis: in quibus Baccalaureis Iuris canonici aut civilis, ſi ex utroque parente nobiles fuerint, triennium eſſe decernimus.

### *De prima inſinuatione & exhibitione litterarum.*

Præfatique Graduati & nominati Collatoribus ordinariis ſive Patronis Eccleſiaſticis ſemel ante vacationem beneficii de litteris gradus ſeu nominationis, & de præfato tempore ſtudii per litteras patentes Vniverſitatis, in qua ſtuduerint, manu Scribæ & ſigillo Vniverſitatis ſignatas, fidem facere teneantur. *§. 5. Præfatique.*

### *De probatione Nobilitatis.*

Cum verò probatio Nobilitatis fieri debeat ad affectum, ut Nobiles gaudere poſſint beneficio minoris temporis Studii; tunc Nobilitas ipſa per quatuor teſtes deponentes in iudicio coram iudice ordinario loci, in quo eſt natus ille, de cuius nobilitate ex utroque parente conſtare debet, etiam in partis abſentia probari poſſit. *§. 6. Cùm verò.*

### *De inſinuatione & exhibitione litterarum tempore Quadrageſimali.*

Teneanturque præfati Graduati tam ſimplices quàm Nominati, Patronis Eccle- *§. 7. Teneanturq;*

ſiaſticis aut Collatoribus ordinariis, quibus gradus aut nominationis litteras huiuſmodi inſinuare debent, Litteras ſuorum Gradus & Nominationis, certificationis Temporis Studii, atteſtationis Nobilitatis duplicatas dare; ac ſingulis annis tempore Quadrageſimæ, per ſe, aut procuratorem ſuum Collatoribus, Nominatoribus ſeu Patronis Eccleſiaſticis, aut eorum vicariis, eorum nomina & cognomina inſinuare; & eo anno quo præfatam inſinuationem facere omiſerint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiuſmodi petere non poſſint. Et ſi Collatoribus ordinariis aut Patronis Eccleſiaſticis in menſibus deputatis Graduatis ſimplicibus, aut Graduatis nominatis, non eſſet Graduatus aut nominatus qui diligentias præfatas fecerit, collatio ſeu præſentatio per Collatorem ſeu Patronum eccleſiaſticum, etiam eiſdem menſibus facta alteri quàm Graduato vel nominato, non propter hoc irrita cenſeatur.

Si tamen Graduatus Simplex aut Nominatus beneficium poſt inſinuationem gradus aut nominationis, in menſibus eis aſſignatis vacans petierit, & inter ſuam inſinuationem & præfatam requiſitionem non ſupervenerit Quadrageſima, in qua nomen & cognomen inſinuare debuerit, ad beneficium ſic vacans eum capacem, ipſumque illud conſequi poſſe & debere decernimus.

*De duobus menſibus gratificationis.*

§. 8. *Statuimus.* Statuimus quoque & ordinamus, quòd Collatores ordinarii & Patroni eccleſiaſtici præfati, inter Graduatos, qui litteras Gradus, cum Tempore Studii & atteſtatione Nobilitatis debitè inſinuaverint, quoad beneficia in menſibus eis deputatis vacantia, gratificare

gratificare poſſint illum ex eis quem voluerint.

Quò verò ad beneficia in menſibus Graduatis Nominatis deputatis, Antiquiori Nominato conferre ſeu antiquiorem nominatum, qui litteras nominationis, temporis ſtudij & atteſtationis nobilitatis debitè inſinuaverit, præſentare ſeu nominare teneantur. Concurrentibus autẽ nominatis ejuſdẽ anni, DoctoresLicentiatis, LicentiatosBaccalaureis (demptis Baccalaureis formatis in Theologia, quos favore ſtudij Theologici Licentiatis in Iure Canonico, Civili aut Medicina præferendos eſſe decernimus) Baccalaureos Iuris canonici aut Civilis Magiſtris in Artibus præferri volumus. Concurrentibus autem pluribus Doctoribus in diverſis facultatibus, Doctorem Theologum Doctori in Iure Doctorem in Iure Canonico Doctori in Iure Civili: Doctorem in Iure Civili Doctori in Medicina præferendos eſſe decernimus, & idem in Licentiatis & Baccalaureis ſervari debere volumus:

Et ſi in eiſdem facultate & gradu concurrerent, ad datam nominationis ſeu gradus recurrendum eſſe volumus.

Et ſi in omnibus iis concurrerent, tunc volumus quod Collator ordinarius inter eoſdem concurrentes gratificari poſſit.

*De Beneficiis exprimendis. 2. De repletione. 3. De regula*, Regularia Regularibus. *4. De generibus vacationum quæ ad Graduatos non pertinent.*

VOlumus autem quòd Nominati litteras nominationis ab Vniverſitatibus in quibus ſtuduerint obtinentes, in nominationum litteris Beneficia per eos poſſeſſa, & eorum §. 9. *Volumus.*

verum valorem exprimere teneantur: alioquin litteræ nominationis hujuſmodi eo ipſo nullæ ſint, & eſſe cenſeantur.

Si quis verò, ex dictis qualificatis Graduatis ſimplicibus aut nominatis, tempore vacationis beneficij in menſibus eis deputatis vacantis, duas obtineat præbendas in Cathedralibus aut Metropolitanis aut Collegiatis, ſeu dignitatem vel præbendam, vel aliud ſeu alia beneficia quorum inſimul vel cujus fructus, redditus & proventus, tempore reſidentiæ & horis divinis intereſſendo ad ſummam ducentorum florenorum auri de camera aſcenderent; beneficium in vim Gradus ſeu Nominationis hujuſmodi tunc petere ſeu conſequi non poſſit.

Et inſuper quòd tam Graduati Simplices, quam nominati beneficia in menſibus eis aſſignatis vacantia, petere & conſequi poſſint ſecundum propriæ perſonæ condecentiam & conformitatem: videlicet Sæculares Sæcularia, & Religioſi Regularia beneficia eccleſiaſtica: ita quod ſæcularis Nominatus, beneficia regularia in menſibus deputatis vacantia, prætextu cujuſvis diſpenſationis Apoſtolicæ, nec è contra religioſus beneficia ſæcularia petere aut conſequi minimè poſſint.

Quòdque beneficia ſimpliciter vel ex cauſa permutationis, in menſibus graduatis ſimplicibus & nominatis aſſignatis vacantia, eis non ſint affecta nec debita, ſed ex cauſſa permutationis cum permutantibus duntaxat. Simpliciter verò vacantia beneficia, hujuſmodi perſonis idoneis per ipſos Ordinarios liberè conferri poſſint.

*De Eccleſijs Parrochialibus in villis Muratis.*

STatuimus quoque quòd Parochiales Ecclesiæ in Civitatibus aut Villis Muratis exiſtentes, non niſi perſonis modo pręmiſſo qualificatis, aut ſaltem qui per tres annos in Theologia vel altero Iurium ſtuduerint, ſeu Magiſtris in Artibus, qui in aliqua Vniverſitate privilegiata ſtudentes Magiſterij gradum adepti fuerint, conferantur. §.10.*Statuimus.*

*De Vniverſitatum nominationibus.*

MOnemus autem præfati Regni Vuiverſitates ſub pœna privationis omnium & ſingulorum privilegiorum à nobis & Sede Apoſtolica obtentorum, ne Collatoribus ſeu patronis Eccleſiaſticis habeant aliquos Nominare, niſi eos qui ſecundum prę̄fata tempora ſtuduerint, & ſecundum dictarum Vniverſitatum ſtatuta ad gradus, & non per ſaltum promoti fuerint, quòd ſi ſecus fecerint, ultra nullitatis pœnam, quam in præfatarum nominationum litteris declaramus, nominandi privilegio ad tempus ſecundum culpæ qualitatem ſuſpendemus. §.11.*Monemus.*

*De Patronis à graduatis non moleſtandis.*

SI quis autem graduatorum aut nominatorum in menſibus deputatis, Collatoribus Ordinariis aut Patronis Eccleſiaſticis beneficium vacans in vim gradus aut nominationis petierit, & Collatorem ordinarium in vim præfati gradus aut nominationis in proceſſu poſuerit, & taliter moleſtaverit; illum, ultra expenſarum, damnorum & inter- §. 12. *Si quis autē.*

eſſe, condemnationem à fructibus ſui gradus & nominationis privandum eſſe decernimus. Eodemque vinculo Collatores ordinarios & Patronos Eccleſiaſticos, quibus graduati & nominati debitè ut ſupra qualificati, ſuos gradus & nominationis litteras inſinuaverint, aſtringimus, ut beneficia ad eorum collationem vel præſentationem ſpectantia, in menſibus graduatorum, ſimplicium & nominatorum vacantia, ſtantibus præfatis graduatis aut nominatis debitè qualificatis, illa proſequentibus, aliis quam graduatis aut nominatis non conferant, ſub pœna ſuſpenſionis poteſtatis conferendi beneficia, in octo menſibus illo anno ad collationem eorum ac præſentationem liberam ſpectantibus.

# *DE MANDATIS Apoſtolicis.*

## TITVLVS VI.

§. 1. *Statuimus.* STatuimus & ordinamus quòd quilibet Romanus Pontifex ſemel duntaxat tempore ſui Pontificatus, litteras in forma Mandati iuxta formam inferiùs annotatam dare poſſit, hoc modo videlicet: Vnum Collatorem habentem collationem decem beneficiorum in uno, habentem autem collationem quinquaginta beneficiorum, & ultra in duobus beneficiis duntaxat gravare poſſit: ita tamen quod in eadem Eccleſia Cathedrali vel collegiata, Collatorem unum pro tempore in duabus præbendis non gravet.

Et ut obvietur litibus quæ occaſione litterarum, mandatorum hujuſmodi oriri poſſent, mandata hujuſmodi ſub forma quæ eſt inferiùs annotata, dari volumus, quam ad perpetuam rei memoriam in Cancellaria Apoſtolica publicari, & in illius quinterno regiſtrari mandamus: §. 2. *Et ut obvietur.*

Declarantes proſequentes huiuſmodi mandata quo ad beneficia ſub illis comprehenſa, ordinariis Collatoribus & graduatis ſimplicibus & nominatis præferendos eſſe: Nóſque & ſucceſſores noſtros iure præventionis dignitates, perſonatus, adminiſtrationes & officia, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia & quorumvis Ordinum regularia, quæcunque & quomodocunque qualificata, tam in menſibus Graduatis Simplicibus & Nominatis, quam ordinariis Collatoribus præfatis aſſignatis vacantia, ac etiam ſub dictis Mandatis comprehenſa libere conferre. §. 3. *Declarantes.*

Statuimus inſuper quòd in proviſionibus quas perſonis quibuſvis de beneficiis vacantibus, ſeu certo modo vacaturis, per nos & ſucceſſores noſtros ad Sedem prædictam etiam Motu proprio, etiam promotis ad Eccleſias Cathedrales & Metropolitanas ac Monſteria, ut obtenta per eos beneficia retinere poſſint, fieri contigerit; illorum verus annuus per florenos aut ducatos auri de Camera aut libras Turonenſes, ſeu alterius monetæ, valor ſecundum communem æſtimationem exprimi debeat. Alioquin gratiæ ipſæ ſint ipſo iure nullæ. §. 4. *Statuimus.*

# *FORMA MANDATI Apoſtolici.*

## TITVLVS VII.

LEo Epiſcopus ſervus ſervorũ Dei, venerabili Fratri Epiſcopo N. & dilectis filiis, Capitulo, ſingulisque Canonicis Eccleſiæ N. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita; ſuper quibus dilectus filius N. apud nos fide digno commendatur teſtimonio, nos inducunt ut ſibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc eſt quòd nos cupientes ut idem N. juxta illius quæ olim per fœlicis recordationis Gregorium Papam IX. prædeceſſorem noſtrum ad tunc Epiſcopum Noviomenſem directa extitit, quæ incipit *Mandatum*, & aliarum duarum illam immediatè ſequentium decretalium formas, de canonicatu & præbenda aut dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio veſtræ vel alterius Eccleſiæ aut alio beneficio cum cura vel ſine cura, etiamſi Parrochialis Eccleſia vel ejus perpetua Vicaria aut Capella, ſive perpetua Capellania fuerit, ad veſtram collationem, nominationem ſeu præſentationem & aliam quamcumque diſpoſitionem communiter vel diviſim pertinente provideri poſſit: ac volentes præfato N. præmiſſorum meritorum ſuorum intuitu, gratiam facere ſpecialem, ipſumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine qua-

vis occaſione vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes. Necnon omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura quæ præfatus N. etiam ex quibuſvis Apoſtolicis diſpenſationibus obtinet & expectat, ac in quibus & ad quæ jus ſibi quomodolibet competit, quæcunque, quodcunque & qualiacunque ſint, eorumque fructuum, redituum & proventuum veros annuos valores, ac hujuſmodi diſpenſationum tenores præſentibus pro expreſſis habentes.

Motu proprio, non ad ipſius N. vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta Mandamus, quatenus (ſi vobis communiter vel diviſim pro alio non ſcripſerimus, qui ſimile Mandatum aut ſimilem gratiam proſequatur) Canonicatum & Præbendam, aut Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem vel Officium veſtræ vel alterius Eccleſiæ, aut aliud Beneficium Eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura, etiamſi parrochialis Eccleſia vel ejus perpetua Vicaria, aut Capella, vel perpetua Capellania fuerit, ad veſtram collationem, proviſionem, præſentationem, nominationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, pertinenia, etiamſi Dignitati, Perſonatui, Adminiſtrationi vel Officio hujuſmodi cura immineat animarum (dummodo talis dignitas Electiva non exiſtat) cum creatione in canonicum veſtræ vel alterius Eccleſiæ, etiamſi in ea ſtatuto & privilegio expreſsé caveatur, quòd nulli Dignitati, Perſonatu, Adminiſtratione vel Officiò provideri poſſit, niſi cum effectu illius Eccleſiæ

canonicus exiſtat; Canonicatum hujuſmodi Eccleſię cum plenitudine juris canonici, & non obſtante de certo canonicorum numero, ad effectum hujuſmodi, Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem vel Officium dumtaxat, & non aliàs, obtinendi, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium conferimus, & de illo etiam providemus: ſi quem, quam, vel quod poſt menſem, poſtquam pręſentes litteræ vobis præſentatæ fuerint, extra Romanam Curiam vacare contigerit, cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis, eidem N. conferatis & de illo aut illa provideatis ſeu ipſum ad illum, illam vel illud præſentetis aut nominetis: ipſumque N. in Canonicum & in fratrem veſtræ vel alterius Eccleſiæ ad effectum tantum obtinendi Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem vel Officium hujuſmodi recipiatis, ſtallum ſibi in choro & locum in capitulo, cum plenitudine juris canonici aſſignetis: inducentes eundem N. vel procuratorem ejus nomine, in corporalem poſſeſſionem Canonicatus, & Præbendæ, aut Dignitatis, Perſonatus, Adminiſtrationis vel Officii ſeu Beneficii hujuſmodi, Juriumque & pertinentiarum univerſorum prædictorum: defendentesque inductum, ac facientes N. vel pro eo procuratorem prædictum ad præbendam aut Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem vel Officium ſeu Beneficium hujuſmodi, quodcunque fuerit, ut moris eſt, admitti; ſibique de illius vel illorum fructibus, reditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis integrè reſponderi: non obſtantibus forſan, ut ſuprà, de certo Canonicorum numero, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ veſtræ vel alterius Eccleſiæ juramento, con-

firmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque, aut ſi vobis communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minimè teneamini, quodque de Canonicatibus & Præbendis ſeu Dignitatibus, Perſonatibus, Adminiſtrationibus vel Officiis veſtræ vel alterius Eccleſiæ aut aliis Beneficiis Eccleſiaſticis quibuſcumque ad veſtram collationem, proviſionem, præſentationem, nominationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim pertinentibus, nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet aliâ dictæ Sedis indulgentiâ generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam, effectus gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, ſeu ſi dictus N. præſens non fuerit ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus veſtræ vel alterius Eccleſiæ ſolitum juramentum, dummodo in abſentia ſua per procuratorem idoneum, & cùm ad Eccleſiam ipſam acceſſerit, corporaliter illud præſtet. Datum, &c.

# *FORMA LITERARUM Executorialium Mandati Apoſtolici.*

## TITULUS VIII.

Simili modo Leo, &c.

DIlectis filiis N. & N. ac N. Officialibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie cupientes ut dilecto filio N. Clerico N. Diœceſis juxta illius quæ olim per fœlicis recordationis Gregorium Papam IX. prædeceſſorem noſtrum ad tunc Epiſcopum Noviomenſem directa extitit, quæ incipit, *Mandatum.* & aliarum duarum illam immediatè ſequentium decretalium formas, de Canonicatu & Præbenda aut Dignitate, Perſonatu, Adminiſtratione vel Officio Eccleſiæ N. aut alio Beneficio Eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura provideri.

Motu proprio venerabili fratri noſtro Epiſcopo N & dilectis filiis, Capitulo, ſingulisque Canonicis Eccleſiæ N. per alias literas noſtras mandavimus quatenus, ſi eis communiter vel diviſim pro alio non ſcripſiſſemus, qui ſimile mandatum aut ſimilem gratiam proſequeretur, eidem N. Canonicatum & Præbendam aut Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem vel Officium aut beneficium Eccleſiæ N. aut aliud Beneficium Eccleſiaſticum, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, nominationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem. communiter vel diviſim pertinens, ſi quem, quam vel

quod poſt menſem poſt præſentationem earundem litterarum vacare contingeret, cum plenitudine Iuris canonici ac omnibus Iuribus & pertinentiis ſuis, prout ad eos communiter vel diviſim pertineret, conferrent & aſſignarent: aut eum ad illa præſentarent, eligerent, nominarent, ſeu de illis providerent, prout in eiſdem literis plenius continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium, ſeu alios, ſi Epiſcopus, Capitulum, & Canonici prædicti Canonicatum & Præbendam aut Dignitatem, Perſonatum & Adminiſtrationem, vel Officium, aut Beneficium hujuſmodi eidem N. conferre & aſſignare, ac de illis etiam providere recuſaverint, ſeu diſtulerint aut negligentes fuerint: canonicatum & Præbendam aut Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem vel Officium ſeu Beneficium hujuſmodi cum plenitudine Iuris Canonici ac omnibus Iuribus & pertinentiis ſupradictis, eidem N. conferre & aſſignare, necnon eundem N. ad illa, ut moris eſt, admittere, & in Canonicum recipere & in fratrem, ſtallo ſibi in choro & loco in Capitulo aſſignatis, omniaque & ſingula alia in dictis literis contenta, aliàs juxta earumdem continentiam atque formam in omnibus & per omnia facere & exequi curetis. Contradictores (prout juſtitia ſuadebit) ad hec compeſcendo, non obſtantibus omnibus quæ in dictis literis voluimus non obſtare. Datum, &c.

# *DE MANDATIS Apoſtolicis pro Regularibus.*

## TITVLVS IX.

PRo Regularibus autem ſimilis forma illis conveniens detur.

# *DE CAVSIS.*

## TITVLVS X.

STatuimus quoque & ordinamus quod in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis, omnes & ſingulæ cauſæ exceptis majoribus in Iure expreſsè denominatis, apud illos Iudices in partibus, qui de Iure aut Conſuetudine præſcripta vel privilegio illarum cognitionem habent, terminari & finiri debeant.

# De frivolis APPELLATIONIBVS.

## TITVLVS XI.

§. I. *Et ne ſub.* ET ne ſub umbra Appellationum, quæ nimium & nonnunquam frivolè interponi conſueverunt, atque etiam in eadem

inſtantia ad prorogationem litium ſæpe multiplicari, injuſtis vexationibus materia præbeatur. Volumus quòd ſi quis offenſus coram ſuo judice, juſtitiæ complementum habere non poſſit, ad immediatum Superiorem per appellationem recurſum habeat, nec ad aliquem ſuperiorem, etiam ad nos & ſucceſſores noſtros vel Sedem prædictam, omiſſo medio: nec à gravamine in quacunque inſtantia ante definitivam ſententiam quomodolibet Appelletur, niſi forſitan tale gravamen extiterit, quod in definitiva reparari nequiret; & eo caſu non niſi ad immediatum ſuperiorem liceat appellari.

*De Exemptorum Appellationibus.*

SI quis verò immediatè ſubjectus Sedi Apoſtolicæ ad eandem Sedem duxerit Appellandum, cauſa committatur in partibus per Reſcriptum uſque ad tertiam ſententiam conformem incluſivé, ſi ab illis appellari contigerit, niſi propter defectum denegatæ juſtitiæ aut juſtum metum: & tunc committi debeat in partibus convicinis, & cum cauſarum expreſſione quæ etiam de illis legitimè aliàs quàm per juramentum coram judicibus à Sede Apoſtolica deputandis, conſtare debeat: proceſſus autem contra premiſſa attentatos, nullos & irritos eſſe volumus; ac Reſcripta contra præmiſſa impetrantes in expenſis, damnis & intereſſe condemnari debere decernimus atque declaramus. §. 2. *Si quis.*

Sanctæ verò Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui pro univerſali Eccleſia continuè laborant, necnon dictæ Sedis Officiales officia ſua actu exercentes, ſub præſenti decreto non intendimus comprehendi.

*Ut infra biennium lis Beneficialis terminetur.*

§. 3. *Statuimus.* STatuimus etiam & ordinamus quòd Iudices, cauſas quæ in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pendentes, ſub pœna excommunicationis & privationis beneficiorum per eos obtentorum, eo ipſo incurrenda, infra biennium terminare debeant: pars verò diffugiens, & expeditionem ipſius cauſæ malitioſè impediens, graviſſimè per eoſdem Iudices mulctetur: etiam uſque ad privationem Iuris in hujuſmodi proceſſu prætenſi, ſi eis viſum fuerit, ſuper quo eorum conſcientias oneramus.

*A ſecunda Interlocutoria, & tertia diſinitiva non provocetur.*

§. 4. *Ab interlocutoriis.* AB interlocutoriis autem ſecundô: à difinitivis verò tertiò provocare non licere decernimus: ſed volumus ſecundam ſententiam interlocutoriam conformem, & tertiam diffinitivam etiam conformem, omni morâ ceſſante executioni debitè demandari debere, quacunque appellatione interpoſita non obſtante.

## DE PACIFICIS *Poſſeſſoribus.*

### TITVLVS XII.

§. 1. *Statuimus.* STatuimus quoque quod quicunque, dummodò non ſit violentus, ſed habens coloratum titulum, pacificè & ſine lite præla-

turam, Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem vel Officium, ſeu quodcumque Beneficium Eccleſiaſticum triennio proximo hactenus vel pro tempore poſſederit, ſeu poſſidebit, in petitorio vel poſſeſſorio, à quoquam etiam ratione Iuris noviter reperti, moleſtari nequeat; prꝛterquam prætextu hoſtilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo proteſtari. & illud juxta Concilium Viennenſe, intimari debeat.

Lis autem hoc caſu quoad futuras controverſias intelligatur, ſi ad executionem citationis juriſque ſui in Iudicio exhibitionem aut terminorum omnium obſervationem proceſſum fuerit. *§. Lis autem.*

Monemus etiam Ordinarios ut diligenter inquirant, nequis ſine titulo Beneficium poſſideat.

Et ſi quem Beneficium ſine titulo poſſidere repererint, declarent illi Ius non competere, cuiuſvis temporis detentione non obſtante, de ipſoque Beneficio poſſit illi, dummodo non ſit intruſus, vel violentus, aut aliàs indignus, vel alteri idoneo provideri.

## *DE PVBLICIS Concubinariis.*

### TITVLVS XIII.

ET inſuper ſtatuimus quòd quicunque Clericus cuiuſcumque conditionis, ſtatus, Religionis, dignitatis etiamſi Pontificalis vel alterius præeminentiæ fuerit, (qui præſentium notitiam quam habere præſumatur poſt duos menſes poſt earumdem præſen- *§. 1. Et inſuper.*

tium publicationem in Eccleſiis Cathedralibus factam, quam ipſi diœceſani omnino facere teneantur poſtquam præſentes ad eorum notitiam pervenerint, ) fuerit publicus Concubinarius, à perceptione fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio, ſit ipſo facto ſuſpenſus: quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam evidentem Eccleſiarum utilitatem ex quibus ii fructus percipiuntur, convertat.

§. 2. *Necnon.* Necnon huiuſmodi publicum Concubinarium, ut primum talem eſſe noverit, mox ſuus ſuperior monere teneatur, ut infra breviſſimum terminum concubinam dimittat: & ſi illam non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliam publicè reſumpſerit iubemus ut ipſum omnibus ſuis Beneficiis omnino privet.

§. 3. *Et nihilominus.* Et nihilominus ii publici Concubinarii uſquequò cum eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem manifeſtamque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorumcunque bonorum, dignitatem, Beneficiorum, officiorumve, ſint inhabiles.

§. 4. *Qui ſi poſt.* Qui ſi poſt diſpenſationem recidivo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant.

§. 5. *Quod ſi ii.* Quod ſi ii ad quos talium correctio pertinet, eos, ut prædictum eſt, punire neglexerint, eorum ſuperiores tam ipſos de neglectu, quam illos pro concubinatu modis omnibus digna punitione animadvertant.

§. 6. *In Conciliis* In Conciliis etiam provincialibus & Synodalibus adverſus t[illegible] punire negligentes, vel de hoc crimine di[illegible]matos etiam per ſuſpenſionem, à collatione Beneficiorum, vel alia condignâ pœnâ ſeveriter procedatur.

Et ſi ii quorum deſtitutio ad nos & Sedem

prædictam ſpectat, per Concilia Provincialia, aut ſuos ſuperiores propter concubinatum publicum reperiantur privatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ad nos deferantur: eadem diligentia & inquiſitio in quibuſcunque generalibus capitulis etiam provincialibus, quo ad eos ſervetur.

Pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos Concubinarios à iure ſtatutis in ſuo robore permanſuris. §. 7. *Pœnis aliis.*

Publici autem intelligendi ſunt, non ſolùm ii, quorum concubinatus per ſententiam aut confeſſionem in iure factam, ſed per rei evidentiam, quæ nulla poſſit tergiverſatione celari, notorium eſt: ſed etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & diffamatam tenent, & per ſuum ſuperiorem admoniti, ipſam cum effectu non dimittunt. §. 8. *Publici.*

Quia verò in quibuſdam regionibus nonnulli iuriſdictionem Eccleſiaſticam habentes, pecuniarios quæſtus à Concubinariis percipere non erubeſcunt, patientes eos in tali fœditate ſordeſcere, ſub pœna maledictionis æternæ præcipimus ne deinceps ſub pacto, compoſitione, aut ſpe alterius quæſtus, talia quovis modo tolerent, aut diſſimulent: alioquin ultra præmiſſam negligentiæ pœnam, duplum eius quod propterea acceperint reſtituere, & ad pios uſus omnino convertere teneantur & compellantur. §. 9. *Quia vero.*

Ipſas autem concubinas, aut ſuſpectas Prælati omnibus modis curent à ſuis ſubditis per auxilium etiam brachii ſæcularis invocationem, ſi opus fuerit, penitus arcere. Qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud patres ſuos cohabitare non permittant. §. 10. *Ipſas autem.*

Iubemus inſuper quod in prædictis Synodis & Capitulis præmiſſa publicentur, & ut quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum concubina- §. 11. *Iubemus inſuper.*

rum dimiſſionem moneant diligenter.

§. 12. *Iniungimus.* Iniungimus prætereà omnibus ſæcularibus viris, etiamſi regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualecunque inferant impedimentum, quocunque quæſito colore, Prælatis, qui ratione Officii ſui, adverſus ſubditos ſuos pro huiuſmodi concubinatu & aliis caſibus ſibi à iure permiſſis procedunt.

§. 13. *Et cum.* Et cum omne fornicationis crimen lege divinâ prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis neceſſariò evitandum, monemus omnes laïcos tam uxoratos quàm ſolutos, ut ſimiliter à concubinatu abſtineant: nimis enim reprehenſibilis eſt, qui uxorem habet & ad aliam uxorem accedit. Qui verò ſolutus eſt, ſi continere non it, iuxta Apoſtoli concilium uxorem ducat: pro huiuſmodi autem divini obſervantia præcepti, ii, ad quos pertinet, tam ſalutaribus monitis, quàm aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent.

## *DE EXCOMMVNICATIS NON VITANDIS.*

### TITVLVS XIV.

STatuimus inſuper quòd ad vitandum ſcandala, & multa pericula, ſubveniendumque conſcientiis timoratis, quòd nemò deinceps à communicatione alicujus in Sacramentorum adminiſtratione vel receptione, aut aliis quibuſcumque divinis, vel extra, prætextu cujuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſeu ſuſpenſionis, aut prohibitionis ab homine, vel à jure generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, vel

aliquem vitare, vel interdictum Eccleſiaſticum obſervare; niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, vel cenſura hujuſmodi fuerit, vel contra perſonam, Collegium, Vniverſitatem, Eccleſiam, aut locum, certum aut certam, à Iudice publicata & denuntiata ſpecialiter & expreſſe, aut notoriè in excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe, quod nullâ poſſit tergiverſatione celari, aut aliquo juris ſuffragio excuſari; eum à communione illius abſtinere nolumus juxta canonicas ſanctiones. Per hoc tamen hujuſmodi Excommnnicatos, Suſpenſos, Interdictos ſeu prohibitos non intendimus in aliquo relevare, neque eis quomodolibet ſuffragari.

## *DE INTERDICTIS non leviter ponendis.*

### TITVLVS XV.

ET quoniam ex indiſcreta interdictorum promulgatione multa conſueverũt ſcandala evenire. Statuimus quòd nulla civitas, oppidum, caſtrum, villa, aut locus Eccleſiaſtico ſupponi poſſit Interdicto, niſi ex cauſſa ſeu culpa ipſorum locorum, aut Domini: ſeu Rectoris, vel officialium.

Propter culpam autem, ſeu cauſſam alterius cuiuſcumque privatæ perſonæ huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſint auctoritate quacunque ordinariâ, vel delegatâ, niſi talis perſona priùs fuerit excommunicata, ac denuntiata, ſeu in Eccleſia publicata; aut Domini ſeu Rectores, vel officiales ipſorum

locorum auctoritate iudicis requiſiti, hujuſmodi perſonam excommunicatam infra biduum indè cum effectu non eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint, qua etiam poſt biduum ejectâ recedente, vel ſatisfaciente, mox divina reſumi poſſint: quod etiam in pendentibus locum habere decernimus.

## DE SVBLATIONE *Clementinæ Litteris.*

### TITVLVS XVI.

NEc non Conſtitutionem de eorumdem fratrum noſtrorum conſilio editam, qua cum irritanti decreto ſtatuimus, decrevimus & ordinavimus: quòd ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus de ceſſione regiminis & adminiſtrationis Eccleſiarum & Monaſteriorum facta per eos qui Eccleſiis & Monaſteriis ipſis præerant, ſeu illam adminiſtrationem ſeu commendam, aut ut alijs unita aut alias obtinebant, ſeu reſignatione aliorum quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſeu ceſſione juris in eis vel ad ea quomodolibet competenti, aut privationis vel diſpoſitionis, aut cenſurarum fulminatione, etiam in litteris Apoſtolicis à nobis & Sede Apoſtolica, etiam motu proprio pro tempore emanatis, quæ in manibus Romani Pontificis factæ dicuntur, contentis: etiam ſi ſuper illis narratis fundaretur intentio, conſtare & apparere deberet per publica inſtrumenta vel documenta authentica, alioquin tam in judicio quam extra il-

lud narrativis & aſſertionibus hujuſmodi in præjudicium tertii minimè ſtari, nec ex illis alicui præjudicium afferri deberet; niſi de huiuſmodi narrativa & aſſertione etiam in literis Apoſtolicis facta, altero ex præmiſſis modis doceretur, innovamus, illamque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari mandamus.

## *DE PERPETVA ſtabilitate Concordatorum.*

### TITVLVS XVII.

ET quia ſupradictam Concordiam cum præfato Franciſco Rege, ob illius ſynceram devotionem quam erga nos & Sedem prædictam habet, cum ad præſtandam nobis reverentiam, & filialem obedientiam ad civitatem noſtram Bononiæ perſonaliter venire dignatus eſt, conſentimus, illamque inviolabiliter obſervari deſideramus: Illam verò contractus & obligationis inter nos & Sedem Apoſtolicam prædictam ex una, & præfatum Regem & Regnum ſuum ex altera partibus, legitimè inniti, vim & robur obtinere, ac illi & præſentibus in aliqua ſui parte per quaſcunque literas & gratias per nos & ſucceſſores noſtros deſuper concedendas derogari, clauſulamque cum earumdem derogatione, præſentium tenore latiſſimè extendendâ, ac quod eædem præſentes literæ & earum tenor pro expreſſis habeantur in quibuſvis ſupplicationibus, pro tempore ſignatis appoſitam, nihil penitus operari, &

illius vigore in literis Apoſtolicis ſuper ipſius ſupplicationibns conficiendis quicquam, per quod præſentibus aut alicui particulæ de contentis in eis derogaretur ſeu derogari videretur, narrari non poſſit: & ſic per quoſcunque iudices & commiſſarios etiam cauſarum dicti palatii Apoſtolici auditores & præfatæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quibuſvis cauſſis ſuper præmiſſis vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari, definiri, & ſententiari debere, ſublata eis aliter ſententiandi & diffiniendi omnimoda facultate & auctoritate, necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his, vel eorum aliquo à quoquam quavis auctoritate' etiam per nos & ſucceſſores noſtros præfatos, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. *Volumus*. Volumus autem quòd ſi præfatus Rex præſentes literas ac omnia & ſingula in eis contenta quæ in prima futura ſeſſione præſentis Concilii Lateranenſis approbari & confirmari facere promittimus, infra ſex menſes à die approbationis & confirmationis huiuſmodi computandos, non approbaverit & ratificaverit, & ea perpetuis futuris temporibus in Regno ſuo, & omnibus aliis locis & dominiis dicti Regni per omnes Prælatos & alias etiam Eccleſiaſticas perſonas, ac Curias Parlamenti, acceptari, legi, publicari, iurari, & regiſtrari, ad inſtar aliarum Conſtitutionum regiarum & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento & regiſtratione prædictis, infra prædictum tempus per omnium & ſingulorum ſupradictorum patentes literas, aut authenticas ſcripturas nobis non tranſmiſerit, aut Nuntio noſtro apud ipſum Regem exiſtenti, per eum ad nos mittendas non conſignaverit: Et deindè ſin-

gulis annis etiam legi, ( prout aliæ ipſius Franciſci Regis conſtitutiones, & ordinationes, quæ in viridi ſunt obſervantia, obſervari debent) inviolabiliter obſervari cum effectu non fecerit: præſentes litteræ & inde ſecuta quæcunque, ſint caſſa & nulla, nulliuſque roboris vel momenti.

Et cum omnium quæ in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis aguntur, notitiam non habeamus, conſuetudines, ſtatuta ſeu uſus libertati Eccleſiaſticæ & auctoritati Sedis Apoſtolicæ quomodolibet præiudicantia, ſi qua in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis aliàs quàm in præmiſſis exiſtant, non intendimus nobis & eidem Sedi in aliquo præiudicare, ſeu illa tacitè vel expreſsè quomodolibet approbare. §. *Et cum omnium.*

Et nihilominus præfato Franciſco & pro tempore exiſtenti Francorum Regi in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenùs per ſe vel alium ſeu alios in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, pręſentes literas ac omnia & ſingula in eis contenta quando & quoties opus fuerit, publicari & ea inviolabiliter obſeruari faciat, contradictores cuiuſcumque dignitatis & præeminentię fuerint per cenſuras Eccleſiaſticas & pecuniarias pœnas, aliaque iuris & facti quævis opportuna remedia, appellatione qualibet omnino poſtpoſitâ, compeſcendo, non obſtantibus omnibus ſupradictis, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. §. *Et nihilominus*

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc

paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, ſuſpenſionis, aſtrictionis, declarationis, præcepti, iniunctionis, monitionis, innovationis, conſenſus, decreti, voluntatis, promiſſionis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, quintodecimo Calendas Septembris, Pontificatus noſtri anno quarto.

## *CONCLVSIO CONCILII generalis Lateranenſis.*

### TITVLVS XVIII.

NOs igitur ut literæ ipſæ quæ ob id precipuè editæ fuerunt, ut in corpore myſtico ſancta videlicet Eccleſia, perpetua charitas & pax inviolata perdurent, & ſi qua membra diſſentiant, ea commodè ſuo reinſerantur corpori, eò magìs obſerventur, quo clarius conſtiterit ipſas litteras eâ maturâ & ſalubri deliberatione à nobis, dicto ſacro Lateranenſi approbante Concilio. approbatas & innovatas, quę ſtatutę & ordinatę fuerunt, licèt ad earumdem literarum ſubſiſtentiam & validitatem aliâ approbatione non indigerent: ad abundantiorem tamen cautelam, ut eò tenacius obſerventur, & difficilius tollantur, quò tantorum patrum fuerint

ſint maiore approbatione munitę; literas prædictas cum omnibus & ſingulis ſtatutis, ordinationibus, decretis, diffinitionibus, pactis, conventionibus, promiſſione, voluntate ac pœnis, inhibitione, aliiſque omnibus & ſingulis clauſulis in eo contentis: illa præſertim quâ volumus, quòd ſi pręfatus Franciſcus Rex ſupradictas litteras ac omnia & ſingula in eis contenta intra ſex menſes à data præſentium computandos, non approbaret & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporibus in Regno ſuo & aliis locis & dominiis dicti Regni, per omnes Prępatos & alias Eccleſiaſticas perſonas ac curias Parlamentorum acceptari, legi, publicari, iurari & regiſtrari ad inſtar aliarum conſtitutionum regiarum; & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento & regiſtratione prædictis, intra prædictum tempus per omnium & ſingulorum ſupradictorum patentes literas aut authenticas ſcripturas nobis non tranſmitteret, aut Nuntio noſtro apud ipſum Regem exiſtenti, per eum ad nos deſtinandas non conſignaret: & deindè ſingulis annis etiam legi, & prout alię ipſius Franciſci Regis conſtitutiones & ordinationes, quæ in viridi ſunt obſervantia obſervari debent) inviolabiliter obſervari cum effectu non fecerit; litterę ipſę, & inde ſecuta quęcumque eſſent, caſſa & nulla, nulliuſque roboris vel momenti (ſacro Lateranenſi Concilio approbante) Apoſtolica auctoritate, & poteſtatis plenitudine approbamus, & innovamus: eaſque inviolabiliter & irrefragabiliter obſervari & cuſtodiri mandamus: robúrque perpetuę firmitatis in eventum dictarum approbationis & ratificationis, & non aliter nec alio modo, obtinere, omnéſ-

que in dictis literis comprehenſos ad ipſarum literarum. ac omnium & ſingulorum in eis expreſſorum obſervationem, ſub cenſuris & pœnis ac aliis in eis contentis, iuxta earumdem literarum tenorem & formam teneri, & obligatos eſſe decernimus, & declaramus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis quę in dictis literis voluimus non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcumque.

§. *Nulli ergo.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, innovationis, mandati, decreti & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Romę in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta Baſilica ſolemniter celebrata. Anno Incartionis dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexto-decimo, quarto-decimo Calendas Ianvarii, Pontificatus noſtri anno quarto.

Sic ſignatum, viſa Ie. Salvi. Bembus. Io. de Madrigal.

Et in dorſo, regiſtrata apud me Bembum.

## *SEQVVNTVR LITERÆ Patentes Regiæ pro Acceptatione & Confirmatione Concordatorum.*

### TITVLVS XIX.

QVocirca dilectis & fidelibus Conciliariis noſtris ad præſens tenentibus & qui in futurum noſtra tenebunt Parlamenta, omnibuſque Iuſtitiariis Regni noſtri & Delphinatus ac Comitatus noſtrorum, cæteriſque Officiariis, & ſubditis noſtris, & eorum cuilibet, (prout ad eum pertinuerit) mandamus, diſtrictius iniungentes, quatenus omnia præmiſſa & ſingula teneant, cuſtodiant & conſervent in ſua roboris plenaria firmitate; & in cauſis quibuſcunque occaſione præmiſſorum de cætero orituris & emerſuris, ſecundùm deliberationes & concluſiones præſcriptas judicent, pronuntient & ſententient, atque ab omnibus ſubditis & incolis noſtrorum Regni Delphinatus ac Comitatus inviolabiliter faciant in omnibus & per omnia obſervari; prædictas perſonas Eccleſiaſticas & ſæculares ac earum quamlibet in omnibus & ſingulis ſuperiùs expreſſis ab omni turbatione, violentia, impreſſione, moleſtatione, vexatione, damno & impedimento tueantur, protegant, pariter & defendant. Omnes & quaſcunque perſonas cujuſvis conditionis ac ſtatus fuerint, contra facientes aut venientes taliter puniendo, quòd

In poſterum cæteris cedat in exemplum: quoniam ſic fieri volumus & iubemus per præſentes. In cuius reis teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pariſiis die XIII. menſis Maii, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo: & Regni noſtri tertio. Sic ſignatum ſupra plicam, Per Regem, Dominis Ducibus Alenconii, Borbonii & Vindocinenſi, vobis Dominis Dorval, de la Trimoille, de Boyſi, Magno Magiſtro, Baſtardo Sabaudiæ, de la Palice & de Chaſtillon Mareſchallibus Franciæ & aliis præſentibus. Robertet.

*Arreſtum Verificationis Parlamenti.*

LEcta, publicata & regiſtrata ex Ordinatione & de præcepto Domini noſtri Regis reiteratis vicibus facto in præſentia Domini de Trimollia primi Chambellani dicti Domini noſtri Regis, ad hoc per eum ſpecialiter miſſi, Pariſius in Parlamento XXII. die Martii, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo-ſeptimo. Sic ſignatum, Pichon.

# *DE PROROGATIONE Temporis ad recipiendum & approbandum Concordata, tam à Prælatis Regni, quàm ab aliis Perſonis, & ad verum valorem Beneficiorum exprimendum.*

TITVLVS XX.

FRanciſcus Dei gratia Francorum Rex, Mediolani Dux & Genuæ Dominus, univerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem. Cum urgenti neceſſitate evidentique commodo & utilitate Reipublicę Regni noſtri ducti, ad evitanda majora pericula quæ ex revocatione Pragmaticæ in futurum eventura cernebamus, ſivè illi revocationi obediretur, ſivè non obediretur, quæ unicuique rectè ſentienti latiſſimè conſtare poſſunt, certa iniverimus cum ſancta Sede Apoſtolica Concordata, in quibus inter cætera cautum eſt quod infra ſex menſium ſpatium illa publicari & regiſtrari, necnon jurari in Curiis noſtris Parlamentorum efficeremus, Eccleſiamque Gallicanam illis conſentire, aliàs nullius eſſent momenti; quæ nullatenùs ob brevitatem temporis, aliis etiam urgentibus negotiis occupati, perficere valuimus. Idcircò ne

in rete ( quod verebamur ) incideremus, & ne commodo & utilitate dictorum concordatorum fruſtraremur, à Sede Apoſtolica poſt lapſum dicti ſpatii ſex menſium, unius anni prorogationem obtinuimus.

Cæterùm , cum in dictis Concordatis inter cætera etiam caveretur , quod verus valor beneficiorum in illorum impetrationibus exprimendus ſit , timendum erat ne ambitioſi ſub prætextu veri valoris non expreſſi , iam dicta impetrarent beneficia.

Igitur ut prædictis malitiis via præcluderetur , à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Leone decimo Reſcriptum obtinuimus , quo impetrationes prætextu veri valoris non expreſſi obtentæ , infra annum illius Reſcripti , in quo verus valor non fuiſſe expreſſus aſſeritur , nullius valoris ac momenti eſſe delararentur. Quarum Bullarum ſeu Reſcriptorum tenor ſequitur , & eſt talis.

*Papa ad Regis poſtulationem prorogat ſex menſes datos ad approbandum Concordata , ad annum , à data præſentium computandum.*

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei , chariſſimo in Chriſto filio Franciſco Francorum Regi Chriſtianiſſimo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dudum ſi quidem inter alia, cum irritantis appoſitione decreti, ſtatuimus & ordinavimus quòd ex tunc de cætero occurrentibus Cathedralium & Metropolitanarum Eccleſiarum ac Monaſteriorum in Regno Franciæ & Delphinatu ac Comitatu Dienſi & Valentinenſi conſiſtentium vaca-

tionibus, dilecti filii Eccleſiarum, Capitulorum & Monaſteriorum Conventus ad electiones ſeu poſtulationes futurorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ac Abbatum, Eccleſiarum & Monaſteriorum vacantium, pro tempore huiuſmodi procedere non valerent, ſed Maieſtas tua ad Eccleſias & Monaſteria huiuſmodi ſic vacantia, infra certum tunc expreſſi temporis ſpatium nobis & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici perſonas idoneas, certo tunc expreſſo modo qualificatas, & eamdem nominationem per nos & Romanum Pontificem hujuſmodi Eccleſiis & Monaſteriis eiſdem præficiendas nominare valeres, prout in noſtris inde confectis litteris, (in quibus voluimus quòd ſi Maieſtas tua, omnia in illis ſtatuta, ordinata & contenta infra ſex menſes poſt tunc proximam futuram ſeſſionem Lateranenſis Concilii tunc vigentis, non approbares & confirmares, & à Prælatis ac aliis perſonis tunc expreſſis Regni tui approbari non faceres, litteræ ipſæ nullius eſſent roboris vel momenti) pleniùs continetur.

Cùm autem ſicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, Majeſtas tua propter varias occupationes, quibus ad præſens implicitus exiſtis, ac ex certis aliis rationabilibus cauſis infra dictum ſemeſtre, infra quod adhuc exiſtis, in dictis literis contenta, per Prælatos & perſonas Regni tui huiuſmodi approbari facere poſſe commodè non confidat: Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati ſemeſtre prædictum, infra quod adhuc exiſtis, ad annum à data præſentium computandum, auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium

prorogamus pariter & extendimus, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis quæ voluimus in dictis literis non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ prorogationis & extenſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo, decimo ſeptimo, Calendis Iulii, Pontificatus noſtri anno quinto.

*Altera prorogatio petitur ad annum à fine alterius computandum, eò quod propter varias occupationes non fuit Concordatum approbatum & receptum à regnicolis.*

FRanciſcus Dei gratia Francorum Rex, Mediolani Dux, & Genuæ dominus. Univerſis præſentes literas inſpecturis, notum ſit & manifeſtum, quòd cùm jamdudum à ſancta Sede Apoſtolica certæ literæ Apoſtolicæ per nos obtentæ fuiſſent, quibus ſemeſtre, infra quod nos & Eccleſia Gallicana approbare debebamus Concordata inter ſanctam ſedem Apoſtolicam & nos inita, per annum prorogatum extiterat: verùm quia durante dicto anno, aliis occupati negotiis dictam approbationem & confirmationem à Prælatis aut aliis perſonis ibidem expreſſis approbari, ſeu confirmari, minimè fecerimus, idcircò alias literas Apoſtolicas ab eadem ſede obtinuimus, quibus annum jam dictum ad alium

à fine illius computandum denuo prorogari fecimus, prout in dictis literis (quarum tenor ſequitur) pleniùs continetur.

*Conceditur ſecundus annus à fine primi computandus ad hoc, ut Concordata recipiantur & obſerventur à regnicolis.*

LEo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Franciſco, Francorum Regi Chriſtianiſſimo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudum ſi quidem inter alia, cum irritantis appoſitione decreti ſtatuimus & ordinavimus, quòd ex tunc de cætero occurrentibus Eccleſiarum cathedralium & metropolitanarum, ac monaſteriorum in Regno Franciæ & Delphinatu, ac Comitatu Dien. & Valentin. conſiſtentium vacationibus, dilecti filii Eccleſiarum Capitula, & Monaſteriorum conventus, ad Electiones ſeu poſtulationes futurorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ac Abbatum Eccleſiarum & Monaſteriorum vacantium pro tempore hujuſmodi procedere non valerent. Sed Majeſtas tua ad Eccleſias & Monaſteria hujuſmodi ſic vacantia infra certum tunc expreſſi temporis ſpatium nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici perſonas idoneas certo tunc expreſſo modo qualificatas, ad eandem Nominationem, per nos & Romanum Pontificem hujuſmodi Eccleſiis & Monaſteriis eiſdem præficiendas nominare valeret: ac voluimus quòd ſi Majeſtas tua omnia in illis ſtatuta, ordinata, conventa infra ſex menſes, poſt tunc proximam futuram ſeſſionem Lateranenſis Concilii tunc vigentis non approbaret & confirmaret, & à Prælatis & aliis tunc expreſſis

regni tui approbari non faceret, litteræ ipſæ nullius eſſent roboris vel momenti. Et deinde pro parte tua nobis expoſito, quòd Majeſtas tua propter varias occupationes quibus tunc implicitus eras, ac ex certis aliis rationalibus cauſis infra dictum ſemeſtre, infra quod tunc adhuc exiſtebas, in dictis literis contenta per Prælatos & perſonas regni tui hujuſmodi approbari facere commodè non confidebat: Nos per alias noſtras literas ſemeſtre prædictum, infra quod tunc adhuc exiſtebas, ad annum à data poſteriorum literarum hujuſmodi computandum prorogavimus, pariter & extendimus, prout in ſingulis literis prædictis pleniùs continetur.

Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, Majeſtas tua literas priores prædictas, juxta voluntatem noſtram prædictam approbavit, & confirmavit, & publicari fecit, & approbari facere intendebat, feciſſétque, niſi à literarum priorum editione, ac tuis approbatione & confirmatione, ac earundem priorum literarum publicatione hujuſmodi, temerè appellatum fuiſſet. Et propterea nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut annum prædictum, infra quem exiſtis, ad alium annum prorogare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, annum prædictum, infra quem adhuc Majeſtas tua exiſtit, ad alium annum à fine primi anni hujuſmodi computandum, authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium prorogamus pariter & extendimus, nonobſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in prioribus & poſterioribus literis prædictis volui-

mus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1518. ſexto Calendas Iulii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Quocirca dilectis & fidelibus conſiliariis noſtris curias noſtras Parlamenti tenentibus, necnon Seneſchallis, Baillivis, Præpoſitis, aliiſque Iuſticiariis & Officiariis noſtris harum ſerie mandamus & injungimus, quatenus has præſentes ſuis in Regiſtris regiſtrent, ut ſi pro rebus & negotiis in dies occurrentibus, illis quis egere habuerit, ex dictis regiſtris illas extrahere poſſit & valeat Cui extracto debito modo facto, talem fidem haberi volumus, ac ſi dictarum bullarum originale exhiberent. Nam ſic nobis placet, & quatenus opus eſt, ex noſtra certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ita fore ordinamus. In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus literis duximus apponendum. Datum Baugiaci, die 25. menſis Octobris Anno Domini 1518. & regni noſtri quinto. Per Regem, Gedoyn.

## *Prorogatio temporis.*

# DE ANNATIS.

## TITVLVS XXI.

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex (cui tot tantaque in ſpiritualibus & temporalibus providenda incumbunt)

rerum & temporum qualitate penſata, nonnulla, prout ad cunctorum clericorum beneficia Eccleſiaſtica à Sede Apoſtolica pro tempore impetrantium commoda & utilitates, ac litibus & fraudibus obviandum oportere conſpicit, ſalubriter ordinat & diſponit.

Nuper ſiquidem inter conſtitutiones ad laudem Dei, & Chriſti fidelium pacem, & quietem, de fratrum noſtrorum conſilio, cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Francorum Rege Chriſtianiſſimo, maturâ deliberatione Concordata ſtatuimus, quòd in proviſionibus, quas perſonis quibuſvis Regni Franciæ ac Delphinatus & Comitatus Dienſis & Valentinenſis de Beneficiis vacantibus, ſeu certo modo vacaturis per Nos & Succeſſores noſtros & Sedem prædictam, etiam motu proprio, etiam promotis ad Eccleſias Cathedrales & Metropolitanas & Monaſteria, (ut obtenta per eos beneficia retinere poſſint) fieri contingeret, illorum verus annuus per florenos aut ducatos auri de camera, aut libras Turonenſes, ſeu alterius monetæ valor ſecundùm communem æſtimationem exprimi deberet: alioquin gratiæ ipſæ eſſent ipſo jure nullæ.

Cùm autem (ſicut accepimus) contingeret perſonas Regni & Delphinatus ac Comitatus hujuſmodi vacatione beneficiorum in locis remotis Regni ac Delphinatus & Comitatus eorumdem, per obitum pro tempore vacantia intellecta, eorum veri valoris notitiam habere non poſſe; & veri valoris hujuſmodi notitiâ non habitâ ad illa à Romano Pontifice impetrandum, celerem nuntium ad Sedem prædictam deſti-

rare, & ſignaturam ſupplicationis ſuper illorum impetratione cum facultate verum annuum valorem beneficiorum hujuſmodi in literarum ſuper hujuſmodi ſupplicationibus expeditione augendi obtinere, & ad effectum poſſeſſionem beneficiorum hujuſmodi aſſequendi, literas ſuper hujuſmodi impetrationibus, cum minus vera valoris beneficiorum eorundem expreſſione expedire, & abſque eorum culpa, diligentia & expenſis pro impetratione hujuſmodi obtinenda factis, & gratia eis à nobis conceſſa & illius effectu fruſtrari, ac per poſteriores (qui nullâ adhibitâ diligentiâ, cum expreſſione veri valoris, eadem beneficia á ſede prædicta impetrarunt) excludi ac deſuper propterea moleſtari.

Nos qui ſubditorum noſtrorum commoda libenter procuramus, ac eos à litibus & expenſis, quantum cum Domino poſſumus, relevamus, motu proprio ac ex certa noſtra ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus impetrantes beneficia Eccleſiaſtica in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis per obitum dumtaxat vacantia, ſi verum annuum valorem beneficiorum in literis Apoſtolicis quæ ſuper dictis beneficiis expeditæ fuerint, non expreſſerint, infra annum à die datæ literarum earundem computandum, valorem ipſum malè expreſſum corrigi per officiales, (ad quos expeditio literarum hujuſmodi pertinet, & correctiones literarum earundem fieri conſueverunt) petere: ipſique officiales ipſarum literarum expeditioni præſidentes, ad eorumdem impetrantium ſimplicem petitio-

nem, valorem ipſorum ad verum annuum valorem juxta petentium voluntatem in eiſdem litteris reducere & corrigere, ipſique impetrantes pro augmento valoris expreſſi dumtaxat annatam cameræ Apoſtolicæ ſolvere debeant & teneantur: Decernentes quaſcumque impetrationes poſteriores de dictis beneficiis, ratione non expreſſionis veri valoris hujuſmodi infra dictum annum factas, nullius roboris vel momenti eſſe & pro infectis haberi debere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo, ſexto decimo Calendas Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto.

## *DE REGISTRATIONE Concordatorum in Curijs facienda.*

QVocirca dilectis & fidelibus Conſiliariis Curias noſtras Parlamenti tenentibus, necnon Seneſchallis, Baillivis, Præpoſitis aliiſque juſtitiariis & officiariis noſtris harum ſerie mandamus & injungimus quatenus præſentium tenorem ſuis in regiſtris regiſtrent, ut ſi pro rebus & negotijs

in dies occurrentibus, illis quis egere habuerit, ex dictis regiſtris illas extrahere poſſit, & valeat. Cui extracto debito modo facto talem fidem haberi volumus, ac ſi prædictarum Bullarum originale exhiberent. Nam ſic fieri volumus, & quatenus opus eſſet, ex noſtra certa ſcientia & poteſtatis plenitudine ita fore ordinamus. Datum Ambaſiæ die duodecima menſis Aprilis, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo octavo, & Regni noſtri quarto.

Sur le reply eſt écrit, *Per Regem*, ainſi ſigné Robertet; & ſcellé à double queüe & cire jaune.

## *DE REGIA FACULTATE primum menſem Graduatis debitum nominandi.*

FRanciſcus Dei gratia Francorum Rex, Mediolani Dux, Genuę Dominus. Cum ſuperioribus diebus certa iniverimus Concordata cum ſanctiſſimo Domino noſtro Papa Leone decimo, quibus inter cætera ordinatur quatenus beneficia vacantia primo menſe poſt publicationem illorum, afficiantur Graduatis ſimplicibus.

Verum cum ex diverſitate temporum quibus jam dicta Concordata publicata in Parlamentis noſtris fuere, dictorum menſium diverſitas confuſionem litium educatricem generare veriſimiliter potuiſſet. Nos igitur, ut dictæ confuſioni obicem appo-

neremus, à jam dicto Domino ſanctiſſimo Domino noſtro Papa literas Apoſtolicas obtinuimus, quarum tenor de verbo ad verbum inferius deſcribitur, quibus permiſſum & conceſſum eſt illum Primum menſem exprimere nobis ac nominare licere. Ea propter facultatem nobis à ſede Apoſtolica prędicta conceſſam inſequentes, conſiderantesque dicta Concordata in curia noſtra Parlamenti Pariſius in menſe Martij ultimè præteriti fuiſſę publicata: menſem præteritum Aprilis dictam publicationem immediatè ſequentem, pro proximo menſe eligimus & nominamus: *Ex* cuius initio ordo & computatio ſequentium menſium, ut qui menſes Graduatis ſimplicibus necnon Graduatis nominatis, ac ordinariis collatoribus ſpectant, ſciant, & juxta illorum ordinem beneficiis in illis vacantibus provideatur, tenorem dictorum Concordatorum inſequendo, nullo habito reſpectu ad tempus publicationis eorumdem Concordatorum aliis curiis noſtris Parlamenti factę.

Quo circa dilectis & fidelibus conſiliariis noſtris Parlamenta Pariſius, Toloſæ, Burdegalæ, Rothomagi, Divione, Gratianopoli tenentibus: necnon cęteris noſtris juſtitiariis & officiariis mandamus & injungimus quatenus has præſentes literas noſtras publicare habeant, necnon ſuis regiſtris regiſtrare, ut nemo ignorantiæ cauſam prætendere poſſit, aut valeat; & juxta tenorem jam dictę facultatis nobis conceſſæ. & declarationis, per nos factæ, proceſſus iudicare habeant. Quia ſic fieri volumus, & ita nobis placet, non obſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus.

*Sequitur tenor dictarum litterarum Apoſtolicarum.*

LEo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Franciſco Francorum Regi Chriſtianiſſimo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudum ſiquidem inter alia, cum irritantis appoſitione decreti, ſtatuimus & ordinavimus quòd ex tunc de cætero occurrentibus Eccleſiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac Monaſteriorum in Regno Franciæ, & Delphinatu, ac Comitatu Dien. & Valentinen. conſiſtentium vacationibus: dilecti filii Eccleſiarum Capitula, & Monaſteriorum conventus, ad Electiones ſeu Poſtulationes futurorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ac Abbatum Eccleſiarum & Monaſteriorum vacantium pro tempore hujuſmodi procedere non valerent: ſed Majeſtas tua ad Eccleſias & Monaſteria hujuſmodi ſic vacantia, infra certum tunc expreſſi temporis ſpatium, nobis & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici perſonas idoneas, certo tunc expreſſo modo qualificatas, ad eandem nominationem per nos & Romanum Pontificem hujuſmodi Eccleſiis, & Monaſteriis eiſdem præficiendas, nominare valeret: prout in noſtris indè confectis literis (in quibus inter alia, quod primo menſe poſt earumdem literarum acceptationem & publicationem ordinarii collatores, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes & Officia ad eorum Collationem, Proviſionem, Nominationem, Præſentationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ſpectantia: Graduatis ſimplicibus ſub

certis modo & forma tunc expreſſis conferre, & de illis etiam providere deberent (caveatur) plenius continetur. Cùm autem, ſicut accepimus, propter diverſa tribunalia plurium Parlamentorum in Regno, Delphinatu, & Comitatu prædictis conſiſtentia; in quibus literas & in eis conſtitutas & expreſſas conſtitutiones publicari & acceptari diverſis temporibus propter locorum diſtantiam oportet: ſuper Primo menſe (qui ordinariis collatoribus ad conferendum Graduatis conceditur) quis ſit, plures lites & diſpendia partium ſuper hoc exoriri contingere poſſit; nos litibus & diſpendiis hujuſmodi pro noſtri paſtoralis officij debito obviare volentes; & ne quis menſis ſit deinceps hujuſmodi dubitari aut hæſitari contingat, Majeſtati tuæ, ut publicationem & acceptationem literarum Concordatorum hujuſmodi, Primum menſem hujuſmodi, quis ſit exprimere & nominare poſſit & valeat, motu proprio, & ex noſtra certa ſcientia, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam & facultatem concedimus, pariterque indulgemus; non obſtantibus omnibus quæ in eiſdem literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę 1518. xvij. Cal. Iulii, Pontificatus noſtri anno vj. Sic ſignatum ſupra plicam, Ia. Queſtemberg.

In teſtimonium quorum his præſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum Baugiaci die 5. menſis Octobr. anno Domini 1518. & Regni noſtri quarto. Per Regem, Gedoin. Lecta, publicata, & re-

giſtrata Tholoſæ in Parlamento 22. die Novembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo octavo, Michaëlis.

## DE POENA TEMERE *venientium contra hujuſmodi Concordata.*

FRanciſcus Dei gratia Francorum Rex, Mediolani Dux, & Genuę Dominus, univerſis pręſentes literas inſpecturis, ſalutem. Cùm pro corroboratione necnon obſervatione decretorum Concordati per nos cum ſanctiſſimo Domino noſtro Papa Leone decimo initi, neceſſarium ac utile foret, ut à ſancta ſede Apoſtolica illius Concordati Protectores conſtitueremur, ut utroque mucrone inſtitutis Concordatorum non parentes punirentur: Literas Apoſtolicas à jam dicta ſede Apoſtolica obtinuimus, quarum tenor inferiùs deſcribitur, quibus illorum Concordatorum protectio nobis conceſſa eſt. Quocirca dilectis & fidelibus conſiliarijs noſtris Parlamenta noſtra Pariſius, Toloſę, Burdegalę, Rothomagi, Divione, & Gratianopoli tenentibus, necnon cæteris noſtris iuſtitiariis & officiariis mandamus & iniungimus quatenus, iuxta facultatem nobis conceſſam, eorum Concordatorum infractores pœnis legitimis afficiant: Et ea quæ in contrarium dictorum Concordatorum attentaverint, revocent, & in priſtinum ſtatum reducant ſeu reduci faciant; compeſcendo compeſ-

cendos, omnibus viis rationabilibus & debitis. Et ut nemo iam dictę noſtræ Protectionis ignorantiam prætendere valeat, eas præſentes publicare, & in regiſtris ſuis regiſtrare faciant indilatè; quoniam nobis ſic placet, & ita fieri volumus, non obſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus.

# DE PROTECTIONE
## Concordatorum Franciæ Regibus conceſſa.

LEo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto Filio Franciſco Francorum Regi Chriſtianiſſimo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudum ſiquidem inter alia, cum irritantis appoſitione decreti, ſtatuimus & ordinavimus, quod ex tunc de cætero occurrentibus Eccleſiarum Cathedralium etiam Metropolitanarum ac Monaſteriorum in regno Franciæ, & Delphinatu, ac comitatu Dien. & Valentinen. conſiſtentium vacationibus: dilecti filii Eccleſiarum Capitula, & Monaſteriorum Conventus ad electiones ſeu poſtulationes futurorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ac Abbatum, Eccleſiarum & Monaſteriorum vacantium pro tempore huiuſmodi procedere non valerent, ſed Maieſtas tua ad Eccleſias & Monaſteria huiuſmodi ſic vacantia intra certum certum tunc expreſſi temporis ſpatium, & nobis & pro tempore exiſtenti Romano

Pontifici perſonas idoneas certo tunc expreſſo modo qualificatas, ad eamdem nominationem per nos & Romanum Pontificem huiuſmodi Eccleſiis & Monaſteriis eiſdem præficiendas nominare valeret: prout in noſtris inde confectis literis (in quibus maieſtati tuæ, & pro tempore exiſtenti Francorum Regi, in virtute ſanctæ obedientiæ, quod per te vel alium, ſeu alios in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos eaſdem Literas, ac omnia & ſingula in eiſdem contenta, quando & quotiens opus foret, publicari & inviolabiliter obſervari faceret mandavimus, pleniùs continetur. Cùm autem ſicut accepimus, nonnulli Regni, Delphinatus & Comitatus prædictorum, & à quorum cordibus Dei timor abeſt, literas hujuſmodi & per eas editas conſtitutiones, & in eis contenta plene acceptare recuſent, & illis non ſine ſpiritu blaſphemiæ, & cenſurarum in ais contentarum incurſu, verbo & opere ſi poſſent contravenire contendant: Nos ea quę tanta maturitate, conſilio & ſacri tunc vigentis Lateranenſis Concilii approbatione diſcuſſa, ſtatuta, ordinata, facta & conceſſa ſunt, ut inviolabiliter & inconcuſsè, prout par eſt, obſerventur, pro noſtri paſtoralis officii debito providere volentes, quanquam, aliis literis noſtris temerariis auſibus contravenire nitentibus occurrerimus; eorumque ora obſtruxerimus, motu proprio, & ex noſtra certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, cùm deceat ſecularem poteſtatem, præſertim linguam, Eccleſiaſticam juvare poteſtatem, in his præſertim quę animarum ſalutem concernunt, Maieſtatem tuam, & pro tempore exiſtentem Francorum Regem, literarum prædictarum, ac

per eas editarum conſtitutionem, & omnium ac ſingulorum in eis contentorum, legitimos protectores, defenſores, & conſervatores: necnon quorumvis adverſus illas, & in eis contenta venire tentantium, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis vel nobilitatis exiſtentium, ac quacunque mundana dignitate fulgentium, invictiſſimos oppugnatores authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium conſtituimus & deputamus, non obſtantibus omnibus quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1518. xvii. Calendas Iulii, Pontificatûs noſtri anno ſexto. Sic ſignatum ſub plica. Ioan. Sadoletus. & ſupra plicam, Ia. Queſtemberg.

In teſtimonium quorum, his præſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum Datum Baugiaci die 25. menſis Octobris, anno Domini 1518. & Regni noſtri quarto. Per Regem. Gedoyn.

# CONCORDATA INTER LEGATUM Sedis Apoſtolicæ, & Imperatorem Fridericum III. ac Principes Germaniæ; ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, approbata per Nicolaum V. S. Pontificem, Anno M. CCCC. XLVII. Cal. Aprilis.

*NICOLAUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

AD ſacram Petri Sedem, divinâ diſpoſitione ſublimati, ſingulis, quæ pro Vniverſalis Eccleſiæ unione ac pace & tranquillitate profutura conſpicimus, Apoſtolicæ providentiæ ſolicitudine libenter

intendimus, & ad felicem illorum proſecutionem & conſummationem, opem & operam impendimus efficaces.

Nuper ſi quidem chariſſimus in Chriſto filius noſter, Fridericus Romanorum Rex illuſtris, & nonnulli alii dilecti filii, Eccleſiaſtici, & ſeculares Principes inclytæ nationis Germanicæ ex una, ac dilectus filius noſter Ioannes ſancti Angeli Diaconus Cardinalis, in partibus illis Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes miſſus, ſufficienti deſuper à nobis & Sede Apoſtolica authoritate ſuffultus ex alia, partibus, Romanæ Eccleſiæ & dictæ Nationis nominibus, pro ipſius Eccleſiæ unione, pace & tranquillitate, inter Eccleſiam & Nationem perpetuò ſolidandis & confovendis diverſa rationabilia & utilia, ordinationes & ſtatuta à partibus ipſis hinc inde approbata, laudata, concluſa, acceptata & concordata fecerunt ac ediderunt, nobiſque humiliter ſupplicari fecerunt, ut illis pro firmiori eorum ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ firmitatis adiicere, necnon authoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremur.

Nos itaque qui ſtatuta, ordinationes & Concordata prædicta, per nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, magnarum maturitatis, authoritatis & literaturæ viros, diligenter examinari & diſcuti fecimus, eaque rationabilia & ſalubria tam Eccleſiæ quàm nationi præfatæ comperimus, de dictorum aliorum venerabilium fratrum noſtrorum prædictæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, Apoſtolica authoritate, & ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præſentis ſcripti patrocinio commu-

communimus, juxta modum & formam ſubſequentes.

Placet nobis ſuper Eccleſiarum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque proviſionibus, uti iuris ſcripti reſervationibus, & execrabilis, & ad regimen conſtitutionibus modificatis, ut ſequitur.

*c. execrabilis, & c. ad regimen. in extr. com.*

Ad regimen Eccleſiæ generalis, quanquam immeriti ſupernâ diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſideriis, ut debemus, quòd per noſtræ diligentiæ ſtudium, ad quarumlibet Eccleſiarum & Monaſteriorum regimina, & alia beneficia Eccleſiaſtica, iuxta divinum beneplacitum & noſtrę intentionis affectum; viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis Eccleſiis, Monaſteriis, & Beneficiis prælibatis.

Præmiſſorum itaque conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationabilibus cauſis, nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, dignitates, perſonatus, & officia, necnon canonicatus, & præbendas, & Eccleſias, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, Sæcularia & Regularia, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueverint, ſeu debuerint, per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi; nunc apud ſedem Apoſtolicam quocunque modo vacantia, & in poſterum vacatura; † necnon per depoſitionem, vel privationem, ſeu tranſlationem per nos, ſeu authoritate noſtrâ factas, & in antea faciendas ubilibet, necnon ad quæ alioqui inconcordia vel diſcordia electi ſive poſtulati fuerint, quorum electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renuntiatio, & admiſſa

*† Subaudi Reſervamus authoritate Apoſtolica ordinationi,*

*diſpoſitioni, ac proviſioni noſtræ, prout habetur in fine huius §. idque ne nimiũ ſuſpenſus maneat lector, hic præmonemus.*

authoritate noſtrâ extiterit, ſeu quorum electorum, vel poſtulatorum, & in antea eligendorum vel poſtulandorum electionem caſſari, ſeu poſtulationem repelli, aut renuntiationem admitti per nos, aut authoritate noſtra continget apud Sedem prædictam, vel alibi ubicunque, & etiam per obitum Cardinalium eiuſdem Eccleſiæ Romanæ, aut Officialium dictæ Sedis, quamdiu ipſa officia actualiter tenebunt (videlicet Vicecancellarii, Camerarii, ſeptem Notariorum, Auditoris litterarum contradictarum, & Apoſtolici Palatii cauſarum Auditorum, Correctorum, centum & unius Scriptorum literarum Apoſtolicarum, & viginti quatuor Pœnitentiariorum præfatæ Sedis, & viginti quinque Abbreviatorum, necnon verorum Commenſaliũ noſtrorum, & aliorum viginti quatuor Capellanorum Sedis eiuſdem in epitaphio deſcriptorum) & etiam quoruncunque Legatorum, ſeu Collectorum, ac in terris Romanæ Eccleſiæ Rectorum, ac Theſaurariorum deputatorum, ſeu miſſorum hactenus, vel deputandorum aut mittendorum in poſterũ, nunc vacantia, & inantea vacatura, ubicumque dictos Legatos vel Collectores ſeu Rectores, & Theſaurarios antequam ad Romanam curiam redierint ſeu venerint rebus eximi contigerit ab humanis; † necnon quorumlibet proquibuſcumque negociis ad Romanam curiam venientium ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia ultra duas dietas legales non diſtantibus iam forſan obierint, vel eos in antea ab hac luce tranſire contigerit, & etiam ſimili modo quorumcunque Curialium, peregrinationis, infirmitatis ſeu recreationis, vel alia quacunque causâ ad quævis loca ſecedentium, ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in

*† Subaudi reſervamus authoritate Apoſtolica, ut in fine hujus §.*

lócis ultra duas dietas ab eadem curia,ut præmittitur,non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem) iam forſan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoveri, & nunc per obitum hujuſmodi vacantia vel in poſterum vacatura: † Rurſus Monaſteria, prioratus & Dignitates, decanatus, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, præbendas & Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, ſæcularia & regularia cum cura vel ſine cura,quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ conſueverint,ſeu debuerint per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi, quæ promoti per nos, ſeu authoritate noſtra ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium Eccleſiarum, nec nonMonaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum; nunc quocunque modo vacantia, aut in poſterum vacatura, necnon etiam per aſſecutionem pacificam quorumcunque prioratuum, perſonatuum, officiorum. canonicatuum, præbendarum, Eccleſiarum, aut beneficiorum aliorum per nos, ſeu authoritate noſtrarum literarum immediatè collatorum, ſeu conferendorum in poſterum, præterquam, ſi virtute gratiæ expectativæ aſſecutio fiet; nunc vacantia, & in antea vacatura: † plenâ ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita & maturâ deliberatione ſecuta: ordinationi, diſpoſitioni, ac proviſioni noſtræ. de ipſorum fratrum conſilio, authoritate Apoſtolica Reſervamus. Decernentesex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis & quolibet eorum, per quoſcunque, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari.

*† hic rurſus ſubaudi reſervamus authoritate Apoſtolica.*

*† repetendum hic rurſus authoritate Apoſtolica reſervamus*

Item placet nobis, quod in Metropolitanis

& Cathedralibus etiam immediatè non ſubjectis Eccleſiis, & in Monaſteriis immediatè ſubjectis Sedi Apoſtolicæ fiant Electiones canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus conſtitutum in conſtit. fel. record. Nicolai Papæ III. quæ incipit, *Cupientes*. expectabimus & lapſo dicto tempore ſi non præſentatæ, vel ſi præſentatæ minùs canonicæ fuerint, providebimus,& ſi canonicæ fuerint, eas confirmabimus, niſi ex rationabili & evidenti cauſa, ac de dictorum fratrum conſilio, de digniori & utiliori perſona duxerimus providendum: Proviſo, quod Confirmati prædicti, & per nos proviſi, Metropolitanis ſuis & aliis præſtent debita Iuramenta, & alia ad quæ de iure tenentur. Et in Monaſteriis dictæ Sedi immediatè non ſubjectis, & aliis regularibus beneficiis, ſuper quibus pro confirmatione vel proviſione ad dictam Sedem non conſuevit haberi recurſus; Electi, ſeu illi,quibus providendum eſt, pro confirmatione & proviſione hujuſmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur: ipſaque Regularia beneficia ſub expectativis gratiis non cadant: ubi autem pro monaſteriis ad dictam curiam venire ſeu mittere conſueverint, non aliter confirmabimus vel providebimus, quàm ſuperiùs de Cathedralibus Eccleſiis eſt expreſſum. Et de monaſteriisMonialium non diſponemus; niſi ſint exempta,& tunc per commiſſionem ad partes.

De cæteris verò Dignitatibus & beneficiis quibuſcunque, ſæcularibus & regularibus vacaturis, ultra Reſervationes prædictas majoribus dignitatibus poſt Pontificales in cathedralibus, & principalibus in Collegiatis Eccleſiis exceptis, iure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet.

Placet etiam nobis quod per quamcunque aliam reſervationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma, per nos vel auctoritate noſtra factam vel faciendam, non impediemus nos quominus de illis, cùm vacabunt, de Februarii, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris menſibus, liberè diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinebat; reſervationibus aliis à præmiſſis, aut diſpoſitionibus auctoritate noſtra factis vel faciendis, non obſtantibus quibuſcunque. Quoties verò aliquo vacante beneficio de Ianuarii, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Novembris menſibus ſpecialiter diſpoſitioni dictæ Sedis reſervatis, non apparuerit infra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficii, quòd alicui de illo Apoſtolica auctoritate proviſum fuerit: ex tunc & non antea Ordinarius, vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo liberè diſponere poterit.

Et ad finem, ut hæc ordinatio collationum beneficiorum non reſervatorum, per alternos menſes, poſſit per dictam Nationem publicari, & omnes, qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi; tunc quo ad dictam Sedem, à Kalendis Iunij proximè futuris, ipſa currere incipiet, & durabit deinceps, niſi in futuro Concilio de conſenſu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum.

Placet ſimiliter nobis, quòd circa proviſionem dictæ Sedis ordinandam, modus Annatarum hoc modo currat. De Eccleſiis Cathedralibus omnibus, & Monaſteriis virorum duntaxat, vacantibus & vacaturis, ſolvantur pro fructibus primi anni à die vacationis,

ſummæ pecuniarum in libris Cameræ Apoſtolicæ taxatæ, quæ communia ſervitia nuncupantur: & ſi quæ exceſſivè taxatæ ſint, retaxentur. Et quòd provideatur ſpecialiter in gravatis regionibus, ſecundum qualitatem rerum, temporum & regionum, nec nimium prægraventur, ad quod petentibus dabimus commiſſarios in partibus qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſſionis pacificæ totius vel majoris partis, ſolvantur; & pro alia media parte, infra annum ſequentem. Et ſi infra annum bis vel pluries vacaverint, ſemel tantùm ſolvantur: nec debitum hujuſmodi in ſucceſſorem, in Eccleſia vel Monaſterio tranſeat.

De cæteris verò dignitatibus, perſonatibus, officiis & beneficiis ſæcularibus ac regularibus quibuſcunque, quæ auctoritate dictæ Sedis conferentur, vel de quibus providebitur (præterquam vigore gratiarum expectativarum, aut causâ permutationis) ſolvantur Annatæ ſeu medii fructus, juxta taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis infra annum, & debitum hujuſmodi ſimiliter in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat.

Sed de Beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de camera non excedunt, nihil ſolvatur; curratque hæc obſervantia deinceps, niſi eam ſimiliter in futuro Concilio de ipſius Nationis conſenſu contingat immutari. In aliis autem, quæ per fel. record. Eugenium Papam IV. etiam prædeceſſorem noſtrum, pro dicta Natione uſque ad tempus futuri generalis Concilij permiſſa, conceſſa, indulta, & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa Concordiæ præſenti non obviant, iſta vice nihil eſſe volumus immutatum. Et per hoc quod

in Concordatis hujuſmodi, ſive quibuſvis alijs eorum occaſione conficiendis litteris propter co npeteniorem deſcriptionem, Alamannia ſpecialiter appellatur, Natio ipſa cenſeri non debet à Gemanica Natione diſtincta, ſeu quomodo libet ſeparata.

*alias compendioſiorem*

Præterea, quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula, in quibus de eis forſitan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem Apoſtolicâ authoritate decernimus, quod ipſarum tranſſumpto Metropolitanorum dictæ Nationis ſigillo munito, tanquam præſentibus, ſi exhiberentur, litteris plena fides adhibeatur; & perinde ſtetur, ac ſi dictæ præſentes litteræ forent exhibitæ vel oſtenſæ. Et inſuper quoque irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, commutationis,† reſervationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

*† alias communicationis*

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo † ſeptimo. Kalend. Aprilis Pontif. noſtri anno ſecundo.

*† alias octavo, quarto decimo Kalendas Aprilis.*

## CONSTITVTIO CLEMENTIS PAPÆ VII.

*De Prælatis & Principibus uſurpantibus diſpoſitiones Beneficiorum ſedi Apoſtolicæ reſervatorum, aut impedientibus ſedis Apoſtolicæ proviſiones, contra formam Concordatorum inter eandem Sedem Apoſtolicam & Nationem Germaniæ.*

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Admonet nos incumbentis nobis Paſtoralis officii cura, ut non ſolum noſtris, ſed etiam cunctorum Chriſti fidelium, & præſertim Eccleſiaſticarum perſonarum profectibus diligenter intenti, illorum occurramus diſpendiis, & quæ in cujuſque ipſorum præjudicium ſive noxam quavis etiam autoritate prodiſſe comperimus, ſalubriter reformemus. Sanè dudum ad noſtram pervenit notitiam, qualiter nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac Eccleſiarum Prælati, nonnulli etiam Principes, & Domini temporales inclytæ Nationis Germanicæ, poſt miſerabilem urbis direptionem, collationes, & diſpoſitiones Beneficiorum Eccleſiaſticorum nobis, & Sedi Apoſtolicæ etiam virtute Concordatorum inter Sedem, & Nationem præfatas reſervatorum, temerè uſurpare præſumpſerunt ac collationes, & diſpoſitiones noſtras, & dictæ Sedis de illis factas admittere contempſerunt nedum in noſtrum, & ipſius Sedis vilipendium, ſed etiam iurium noſtrorum, & eiuſdem Sedis, ac illorum quibus de ipſis Beneficiis providimus, aut in quorum favorem aliàs diſpoſuimus, ſeu provideri, & diſponi

mandavimus, grave præjudicium. Et quamvis contra præſumptores, & contemptores hujuſmodi in Bulla quæ quotannis in die Cœnæ Domini de more lecta fuit, declaravimus & proteſtati fuimus, quod in præmiſſis, & aliis quibuſcunque juribus dictæ Sedi, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, undecunque, & quomodocunque quæſitis, ſeu quærendis per quoſcunque actus contrarios, aut quomodolibet præjudicantes tacitos, vel expreſſos à nobis vel ab eadem Sede quomodolibet factos, vel faciendos aut quemcumque temporis fluxum, vel patientiam vel tolerantiam noſtram nobis aut eidem Sedi nullatenus præjudicari debere, aut quomodolibet poſſe: Tamen ſicut, non ſine animi noſtri mœrore, intelleximus, nonnulli ex Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Principibus & Dominis prædictis, adhuc à præmiſſis deſiſtere non curarunt, nec de præſenti curant: quinimò quod deterius eſt, ne proviſiones Apoſtolicæ admittantur, per ſua mandata etiam pœnalia prohibere non verentur, in animarum ſuarum grave periculum, & aliorum Prælatorum ac Principum Catholicorum dictæ Nationis pernitioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, qui à dictis Concordatis, quę olim Romanæ Eccleſię & dictæNationis hominibus pro ipſius Eccleſię unione, ac pace & tranquillitate inter Eccleſiam&Nationē prædictas, perpetuo ſolidandis & conſervandis, laudata,concluſa,& accepta fuerunt, nullatenus recedere intendimus, ne dicti præſumptores, & contemptores aut per eos in dictis Beneficiis intruſi ex hujuſmodi temeraria præſumptione gloriari valeant, neve ipſi intruſi ex adulterinis eorum titulis aliquem fructum reportent, nec illis quibus de Beneficiis prędictis per nos aut dictam

ſedem ſeu eius autoritate proviſum extitit, & in futurum providebitur, per alicujus temporis fluxum, ſeu aliquam patientiam vel tolerantiam pręjudicium fiat, aut factum cenſeatur, ex Paſtoralis officii debito providere volentes, ac Concordatis prędictis firmiter inhærentes, motu proprio, & ex noſtra matura deliberatione, ac certa ſcientia, autoritate Apoſtolica, de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, tenore pręſentium declaramus pętenſas Collationes de quibuſcunque Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, nobis, & dictę Sedi, ut præfertur, reſervatis, per Archiepiſcopos, Epiſcopos, Pręlatos, ac Seculares Principes, & Dominos quoſcunque dictę nationis ſeu ad eorum pręſentationem, vel nominationem, etiam per Ordinarios ipſorum Beneficiorum Collatores à tempore dictæ direptionis citra, contra tenorem, & formam dictorum Concordatorum quomodolibet factas, & in poſterum faciendas, perſonis quibus aut in quarum favorem factę ſunt, aut in poſterum fient, niſi ſint per nos, aut noſtrâ, vel dictę Sedis autoritate approbatę, nullum titulum, vel colorem ipſa Beneficia poſſidendi tribuiſſe, aut in futurum tribuere, ſed, & illos pro malę fidei poſſeſſoribus, & merè intruſis ab omnibus haberi, & cenſeri, ac fructus per eos ex Beneficiis hujuſmodi perceptos, & percipiendos, nullo unquam tempore ſuos facere, ſed ad illorum reſtitutionem in utroque foro efficaciter obligatos eſſe, & ad illorum reſtitutionem, ad eorum quorum intereſt, ſeu etiam fiſci noſtri inſtantiam, omnibus viis Iuris, & remediis compelli poſſe, & debere, & eos nullo unquam tempore beneficio regularum de annali & triennali pacifico poſſeſſore gaudere potuiſſe aut poſ-

ſe. Illis vero quibus eadem Beneficia per nos, aut autoritate noſtra, vel dictæ Sedis, tenore & forma Concordatorum hujuſmodi ſervatis, collata ſeu commendata ſunt, aut in futurum conferentur, vel commendabuntur, necnon Eccleſiis, & locis Eccleſiaſticis ac Collegiis, quibus perpetuó, vel ad tempus eadem autoritate unita ſunt, aut in poſterum unientur; ac omnibus illis, qui in executione literarum Apoſtolicarum eis conceſſarum per conſtitutiones ſeu mandata Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prælatorum, Principum, vel Dominorum prędictorum hactenus quomodolibet impediti fuerunt, aut in poſterum impedientur, dictas Regulas, & quemcumque temporis fluxum ſeu patientiam, vel tolerantiam minimè obſtare debere, quominus contra dictos intruſos, & intrudendos quocunque tempore iudicialiter experiri valeant. Decernentes ſic per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quavis autoritate fungentes S. Rom. Eccleſiæ Cardinales & Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores ſententiari, interpretari, & iudicari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter ſententiandi, interpretandi, & iudicandi facultate, & poteſtate: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis ab eis, vel quibuſvis aliis quavis autoritate, ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, aut in poſterum contigerit attentari. *Non obſtantibus regulis, & aliis præmiſſis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.* Vt autem præmiſſa ad omnium notitiam deducantur, volumus & mandamus præſentes in Cancellaria Apoſtolica more ſolito publicari, & in quinterno ejuſdem Cancellariæ deſcribi. Præterea, quia difficile foret pręſentes litteras ad ſingula

H vj

loca, in quibus de eis forſitan fides facienda foret, deferre, eadem Apoſtolica authoritate decernimus, quod ipſarum tranſſumptis, manu alicuius Notarii publici inde rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ munitis, ea prorſus in iudicio, & extra, & alias vbilibet fides indubitata adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingenteſimo, trigeſimo quarto, Cal. Iulij, Pontificatus noſtri anno vndecimo. *Bloſius. Lecta & publicata fuit in Cancellaria Apoſtolica, die 13. Iulii.* M. D. XXXIV. *Et ego Laertius vidi regiſt. in quinternis eiuſdem Cancel. fol. 330.*

## DECLARATIO GREGORII XIII. ſuper Concordatis Germaniæ.

*QVOD ORDINARII COLLATORES prætextu literarum Nicolai Papæ V. pro Concordia Germaniæ, conferre non poſſunt Beneficia Eccleſiaſtica poſt tres menſes ex quo vacarunt, ſi de illis intra hoc tempus à ſede Apoſtolica proviſum eſt.*

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Quæ in Eccleſiam Dei incommoda inferunt, noſtra nos expedit animadverſione monere. Cum itaque per literas fel. rec. Nicolai Papæ V. Na-

tioni Germaniæ pro illius vnitate & Concordia cum ſede Apoſtolica, inter alia concedatur, ut quoties aliquo vacante Beneficio Eccleſiaſtico, in menſibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Novembris, in quibus vacantium Germaniæ Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio dictæ ſedi ſpecialiter reſervata eſt, non apparuerit intra tres menſes à die notæ vacationis in loco Beneficii, quòd alicui de illo Apoſtolica authoritate proviſum fuerit, ex tunc & non antea ordinarius vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinet, de illo diſponere poſſit, & ſæpenumero contingat, vt antequam inquiſitio, quam plerumque etiam in concurſu plurium, ſive in partibus, ſive apud dictam Sedem fieri oportet, in vitam, mores, & doctrinam eorum, quibus de dictis Beneficijs per Sedem eandem providendum eſt, compleri poſſit, aut antequam de ipſis proviſionibus, ſeu de mandatis, quæ ad inquiſitiones, & proviſiones hujuſmodi faciendas ab eadem Sede impetrantur, vel motu proprio procedunt, literæ Apoſtolicæ conficiantur, vel etiam antequam mandata ipſa à iudicibus ad quos directa ſunt, recipiantur, vel recepta expediantur, interdum quoque literis Apoſtolicis expeditis, & gratiâ purificatâ, ſeu mandatis prædictis receptis, & inquiſitione completa, antequam omnimoda executio perficiatur propter diverſa impedimenta, quæ frequenter ſuccedunt, tempus trium menſium, ex quo vacatio Beneficij, in loco ipſius nota eſt, expiret, ac proinde Ordinarij locorum, aut alij ad quos talium beneficiorum diſpoſitio, ceſſantibus Apoſtolicis reſervationibus, pertinet lapſo tempore prędicto, licet priusquam illud laberetur, proviſionis, ſive alterius diſpoſitionis, de illis

à dicta Sede jam gratia facta fuerit ( quod ipſum ad tribuendum & quærendum ius ſatis ſuperque eſſe certa iuris interpretatione frequenter declaratum eſt ) illa tamen conferre contendant : Qua de cauſa multis religione, & pietate inſignibus, quando ij poſt oſtenſum virtutis, & doctrinæ ſuæ ſpecimen, atque inde emenſos labores, & ſumptus, beneficijs potiri deberent, alij præoccupatores obtentu ordinariæ collationis huiuſmodi contra adverſantur : Nos indignum rati, quòd temporis mora, quam ad perſcrutandam accuratius talium probitatem, induſtriam, & alia requiſita intercedere pro vtilitate Eccleſiæ neceſſe eſt, locum injurijs aperiat, attendenteſque verba prædicta ( *in loco beneficii* ) cum verbis ( *notæ vacationis* ) quæ protinùs antecedunt coniungi & ad, illa duntaxat referri, ac voluntatem concedentis, ſenſumque conceſſionis, & literarum prædictarum ſic eſſe, ut diſpoſitio Beneficij intra tres menſes à die notæ vacationis à Sede prædicta fieri, deque gratia facta, alicubi apparere debeat, quemadmodum re inter utriuſque juris interpretes iampridem controversâ, ſumma ratione judicatum apparet: vix enim eſt, ut itineribus non modo infeſtis, aut prohibitis, quod ferè ſemper aliquo contingit, ſed etiam expeditis, quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negotium, vel paulisper moratus, in eadem ſe recipere tanta temporis anguſtia poſſit. Quocirca æquitate, & iuſtitia ſuadentibus, præſentium autoritate Declaramus conceſſionem Nicolai Papæ, & literas prædictas locum omnino non habere, quod Ordinarij, aut alii collatores prædicti, poſt lapſum trium menſium ex die notæ vocationis in loco Beneficij diſponere,

poſſint de ullis Beneficiis prædictis, aliàs ſub conceſſione, & literis prædictis comprehenſis extra Rom. Cur. in menſibus prædictis quoquo modo vacantibus vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium menſium per Romanum Pontificem, ad dictem Sedem qualiſcunque gratia, vel diſpoſitio, aut conceſſio facta fuerit: ne tamen cuiquam licitum ſit factam à Sede prædicta diſpoſitionem hujuſmodi in longum obtegere, illi quibus deinceps gratiæ hniuſmodi concedentur, earum conceſſionum fidem, & teſtimonium intra tres menſes à die notæ vacationis in loco Beneficii hujuſmodi: vel dictis collatoribus ſignificare, vel in ipſo Beneficij loco publicare quoquo modo teneantur. Decernentes omnes, & quaſcunque diſpoſitiones de dictis Beneficiis ab eiſdem collatoribus poſt ſignificationem, ſeu publicationem hujuſmodi tempore factas, nullas & inualidas nulliuſque roboris, vel momenti fore. Sicque in quibuſvis cauſis pendentibus, & futuris iudicare debere. Necnon irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his ab eiſdem collatoribus aut quibuſcunque aliis ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quod ſi forte quiſquam Collatorum prædictorum fuerit præſentium violator, eum à Beneficiorum, & officiorum collatione tandiu ſuſpendimus, donec ipſe veniam petens reſtitutionis gratiam à ſede prædicta meruerit obtinere. Cæterum volumus ut præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, Notarij publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem protſus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat

hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, ſuſpenſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domin. M. D. LXXVI. Calend. Novemb. Pontificatus noſtri anno V. Cæſar Glorierius. M. Datarius.

Anno à Nativitate Domini M. D. LXXVI. Ind. quarta, Die vero XXX. menſis Novembris, Pont. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij Divina providentia, Papæ XIII. anno V. retroſcriptæ literæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpacium dimiſſæ in Valvis S. Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ per nos Ioannem Freyle, & Claudium Mongeat eiuſdem S. D. N. Papæ Curſores. Anton. Lud. Magiſter Curſorum.

# INDULTA NOMINATIO-
# nis Dominis Cancellario, Præſidibus & Conſiliariis Parlamenti Pariſienſis conceſſa.

## *Bulla Pauli III. pro Nominatione Senatorum Pariſienſium ad ſacra Beneficia.*

PAulus &c. Chariſſimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, ſuo, & dilectorum filiorum modernorum Cancellarii, Præſidentium & Conſiliarorũ ſuæ ſupremæ Curiæ Parlamenti Pariſienſis, nominibus, nobis exponi, fecit, quòd licèt dudum Eugenius PP. IV. prædeceſſor noſter, procurante Carolo Francorum Rege, litteràs Apoſtolicas in forma Gratiarum expectativarum ſeu Mandatorum de providendo, tunc & pro tempore exiſtentibus Regni Franciæ Cancellario, necnon Præſidentibus & Conſiliariis Curiæ Parlamenti Pariſienſis, quorum nonnulli laici eſſe conſueverunt, ac per eoſdem laicos loco ſui nominandis parentibus, familiaribus, & aliis tunc expreſſis

de ejuſdem Curiæ corpore & gremio exiſtentibus ad omnium Epiſcoporum, Abbatum & Capitulorum ac aliorum ordinariorum collatorum dicti Regni collationes & diſpoſitiones, ita ut Cancellario, Præſidenti, Conſiliario ſeu perſonæ per Cancellarium, Præſidentem, aut Conſiliarium, ſeu aliam perſonam dictæ Curiæ laicam & ad obtinenda beneficia non capacem, nominatæ, ad ejuſdem Caroli Regis nominationem uni ex eiſdem ordinariis collatoribus de perſona hujuſmodi faciendam, de uno beneficio ſeculari, vel cujuſvis, etiam Cluniacenſis ordinis, regulari, ſemel in illorum nominandorum, & ordinarii collatoris, vita duntaxat, per eundem ordinarium provideri deberet, Apoſtolica autoritate perpetuo conceſſerit. Tamen pro eo quòd illi nominandi, qui pro tempore fuerunt, literis & gratiis Eugenii uti, & illarum effectum proſequi forſan prætermiſerunt, à nonnullis de viribus literarum prædictarum hæſitatur. Quare Franciſcus Rex ſuo ac eorumdem modernorum Cancellarii, Præſidentium & Conſiliariorum nominibus nobis ſupplicari fecit, ut ne Cancellarius, Præſidentes ac Conſiliarii & perſonæ Curiæ hujuſmodi, qui in reddendis iuribus in Regno prædicto continuè intenti exiſtunt, dictarum litterarum fruſtrentur effectu, in præmiſſis opportunè de benignitate Apoſtolica provideremus.

Nos hujuſmodi ſupplicationi inclinati, literas Eugenii cum omnibus clauſulis, etiam ad hoc ut Cancellarius, Præſidentes, & Conſiliarii Curiæ Parlamenti Pariſienſis nunc & pro tempore exiſtentes beneficia Eccleſiaſtica ſecularia vel regularia ſub dictis gratiis comprehenſa aſſequi poſſint, & illis de eiſ-

dem beneficiis per eoſdem ordinarios collatores, aut iudices per nos infra deputatoȝ provideri liberè poſſit, ita tamen quod propterea mandatariis noſtris præjudicium non afferatur, approbamus, confirmamus, & innovamus eiſdem modernis & pro tempore exiſtentibus Cancellario &c. Et ut beneficia infra valorem 200. librarum Turonenſium harum nominationum à Franciſco Rege faciendarum vigore acceptare, ſeu requirere minime teneantur &c. 13. Calend. Quintiles ann. 1538.

## INDVLTVM SS. D. CLEMENTIS Papæ IX.

*In gratiam D. D. Cancellarij, Præſidentium & aliorum Officialium ſupremæ Curiæ Parlamenti Pariſienſis.*

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Summi Regis Regum providentia, qui humilitatem noſtram evexit, univerſalis Eccleſiæ ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ regimini præſidentes, ad ea ſemper intenti ſumus, per quæ ejuſdem Sedis benignitas in dies magis ac magis eluceſcat erga omnes, & præſertim eas perſonas, quæ Regiis miniſteriis mancipatæ, earum indefeſſis ſtudiis, laboribuſque in publicum miniſterium & populorum utilitatem operam navant; idque eò libentiùs exequimur, quo id à nobis eorumdem Regum vota expoſcunt. Sanè chariſſimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, ſuo & dilectorum filiorum mo-

dernorum Cancellarii, Præſidentium & Conſiliariorum ſuæ ſupremæ Curiæ Parlamenti Pariſienſis nominibus, nobis nuper exponi fecit, quod aliàs poſtquam felicis recordationis Eugenius Papa IIII. prædeceſſor noſter procurante claræ memoriæ Carolo VII. Francorum rege tum in humanis agente, literas Apoſtolicas in forma gratiarum expectativarum, ſeu mandatorum de providendo tunc & pro tempore exiſtentibus Regni Franciæ Cancellario, necnon Præſidentibus & Conſiliariis Curiæ Parlamenti Pariſienſis, quorum nonnulli laici eſſe conſueverant, ac, per eoſdem laicos loco ſui nominandis parentibus familiaribus & aliis tunc expreſſis, de eiuſdem Curiæ corpore, & gremio exiſtentibus perſonis, ad omnium & ſingulorum Epiſcoporum, Abbatum & Capitulorum, ac aliorum ordinariorum collatorum Regni Franciæ, collationes & alias quaſlibet diſpoſitiones, ita ut Cancellario, Præſidentibus & Conſiliariis Clerico ſeu perſonæ, per Cancellarium, Præſidentes aut Conſiliarios ſeu aliam perſonam dictæ Curiæ laicam, & ad obtinenda Beneficia Eccleſiaſtica non capacem nominatæ, ad ejuſdem Caroli & pro tempore exiſtentis Regis nominationem, uni ex eiſdem ordinariis collatoribus per ſuas patentes literas de perſona hujuſmodi faciendam de uno beneficio Eccleſiaſtico ſeculari, vel cujuſvis, etiam Cluniacenſis, ordinis Regulari, ſemel in Cancellarii, Præſidentium, Conſiliariorum ſeu perſonæ nominandæ, & ordinarii Collatoris hujuſmodi vita dumtaxat, per eumdem ordinarium Collatorem provideri deberet, Apoſtolica auctoritate perpetuo conceſſerat, certis executoribus, qui in dictorum ordinariorum collato-

rum negligentia perſonis, ut præfertur nominatis de beneficiis hujuſmodi providere poſſent deputatis.

Similis recor. Paulus Papa III. etiam prædeceſſor noſter, ad ſupplicationem ſimilis memoriæ Franciſci primi eorumdem Francorum Regis, ac Cancellarii, Præſidentium, & Conſiliariorum Parlamenti hujuſmodi per quaſdam ſuas cum pro eo quod Cancellarius Præſidentes, Conſiliarii & perſonæ Curiæ hujuſmodi qui pro tempore fuerant, literis & gratiis huiuſmodi uti, & illarum effectum proſequi forſan prætermiſerant, à nonnullis de viribus dictarum literarum Eugenii prædeceſſoris hæſitaretur, literas Eugenii prædeceſſoris huiuſmodi cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, etiam ad hoc ut Cancellarius, Præſidentes & Conſiliarii Parlamenti Pariſienſis huiuſmodi, tunc & pro tempore exiſtentes, beneficia Eccleſiaſtica, ſecularia vel regularia ſub dictis gratiis comprehenſa aſſequi, & illis de eiſdem beneficiis, illorum pro tempore occurrente vacatione per eoſdem ordinarios Collatores, aut certos per eumdem Paulum prædeceſſorem deputatos Iudices provideri liberè & licite poſſet. Ita tamen quod propterea perſonis mandata iuxta formam capituli mandatum & duarum ſequentium Decretalium pro tempore habentibus præjudicium aliquod non afferretur, nec prætextu nominationum in vim dictarum literarum faciendarum à proſecutione mandatorum huiuſmodi excluderentur, dicta autoritate approbavit, & confirmavit ac innovavit, ac prædictis & pro tempore exiſtentibus, Cancellario, Præſidentibus, Conſiliariis & perſonis, ut beneficia Eccleſiaſtica Secularia vel Regularia in-

ſra valorem ducentarum librarum Turonenſium, gratiarum expectativarum, ſeu literarum mandati, de providendo hujuſmodi, ac nominationum per prædictum Franciſcum, & pro tempore exiſtentem Francorum Regem faciendarum hujuſmodi vigore acceptare, ſeu recipere minimè tenerentur indulſit.

Et ſubinde cum pro eo quod ſub litteris prædictis omnes & ſinguli Epiſcopi, Abbates & Capitula, ac alii ordinarii collatores dicti Regni comprehenſi videbantur à nonnullis nimis curioſis, & pluſquam oportet ſapere appetentibus, ac etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ordinarii in dicto regno collatores ſub eiſdem continerentur, in dubium revocaretur, in maximum eorumdem Cardinalium ordinariorum Collatorum iuriſdictionis ordinariæ præjudicium: Idem Paulus prædeceſſor per alias ſuas literas decrevit & declaravit mentis ſuæ nunquam fuiſſe, nec eſſe Cardinales, qui tunc erant & pro tempore eſſent in dicto regno ordinarij collatores ſub literis hujuſmodi quomodolibet comprehendi, Neque Iudices per eum deputatos potuiſſe aut in futurum poſſe perſonis, ut præfertur nominatis, & de aliquibus beneficiis ſub eorumdem Cardinalium Indultis comprehenſis, providere, ac ideo Cardinales ordinarios Collatores prædictos beneficia ad eorum ordinariam collationem ſpectantia, quibuſvis perſonis, quibus eis videretur, libere conferre valuiſſe & in poſterum valere, prout in dictis literis plenius continetur.

Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat Indultum hujuſmodi hactenus ſervatum fuerit, & ſervetur de præſenti, ſed Nominationes quæ illius vigore fiunt, ſæpe non

habeant effectum, quin imo parvi pendantur, tum quia ordinarii collatores prædicti nominatis, parochiales Eccleſias etiam rurales, ſive alia beneficia curam animarum habentia annexam, interdum conferunt, quæ ipſi nominati acceptare nequeunt, niſi eorum munera, quæ continuam aſſiſtentiam requirunt deſerant; tum etiam quia valor annuus ducentarum librarum Turon. in beneficiis per nominatos acceptandis, per prædictas Pauli prædeceſſoris literas determinatus, ſecundum præſentium temporum conditionem dignitati perſonarum memorati Parlamenti parum reſpondet. Accedit quod cum iuxta vulgatam regulam regularia beneficia regularibus ſint conferenda, nec ullus inter perſonas ejuſdem Parlamenti exiſtat Regularis, qui beneficia Regularia in titulum obtinere valeat, Indultum prædictum ſub quo comprehenduntur expreſſè omnes ordinarij collatores regulares, etiam ordinis Cluniacenſis, ſuo effectu hac in parte fruſtrari videretur, in grave nominandorum detrimentum. Quare pro parte Ludovici Regis ac Cancellarii, Præſidentium, Conſiliariorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eos amplioris gratiæ favore proſequi de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur attendentes ejuſdem Ludovici Regis præclara in nos, ſedemque prædictam merita, ac Cancellarii, Præſidentium & Conſiliariorum prædictorum qualitates; eoſdem Cancellarium, Præſidentes & Conſiliarios, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa la-

tis,ſi quibusquomodolibet innodati exiſtāt ad effectū Præſidentium dumtaxat conſequendū, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes,ac Eugenij & Pauli Prædeceſſorum literas hujuſmodi præſentibus pro expreſſis & inſertis habentes, eiſdem modernis, & pro tempore exiſtentibus, Cancellario, Præſidentibus, Conſiliariis & perſonis nominandis, ut de cœtero gratiarum expectativarum, ſeu literarum mandati de providendo ac Nominationum per eumdem Ludovicum & pro tempore exiſtentem Francorum Regem, faciendarum hujuſmodi vigore beneficia Regularia, quæ ceſſante eorum commendâ,per obitum illorum commendatariorum pro tēpore vacabunt, dummodo non ſint Monaſteria, neque Prioratus Conventuales,& verè electivi, neque officia Clauſtralia, in commendam acceptare requirere ac recipere valeant, illaque ac quævis alia beneficia Eccleſiaſtica prædicta,Secularia,velRegularia infra valorem Sexcentarum librarum Turon. ſeu Parochiales Eccleſias,aliave beneficia Eccleſiaſtica curam animarum actualem habentia, acceptare ſeu requirere minime teneantur, ac eiſdem ordinariis collatoribus, ut beneficia Regularia ſuperius expreſſa Regiis nominatis, ut ſupra commendare valeant facultatem concedimus, & indulgemus reſpective per præſentes Decernentes præſentes literas, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio ſeu intentionis noſtræ, aut quovis alio defectu notari,impugnari redargui,limitari,infringi, modificari, retractari, ſeu in controverſiam vocari, aut adverſus illas quodmodocumque iuris,facti, gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut etiam

motu

motu proprio atque ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine emanato, vel conceſſo, quempiam in iudicio vel extra illud uti, ſeu ſe iuvare nullatenus unquam poſſe; ſed ſemper & perpetuò validas & efficaces exiſtere ſuo'que plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere debere; nec illas ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, aut comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe & fore, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, ac Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiã de latere Legatos, ac Vice-Legatos & nuncios, in quavis inſtantia, ſublatâ eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, iudicari & definiri debere: irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis Sancti Dionyſii & Sancti Germani Pariſienſis Monaſteriorum ordinis ſancti Benedicti Abbatibus, ac Archidiacono majori nuncupato Eccleſiæ Pariſienſis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Ludovici, & pro tempore exiſtentis Francorum Regis, & Cancellarii, Præſidentium & Conſiliariorum prędictorum, etiam pro tempore exiſtentium deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant autoritate noſtrâ præſen-

tes literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter, & immobiliter obſervari, & ſingulos quos ipſæ concernunt, eis pacificè frui & gaudere: non permittentes eos deſuper per quoſcumque contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet moleſtari; contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis: non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum in quibus beneficia ipſa, & Ordinum quorum beneficia Regularia extiterint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter, aut diviſim ab eadem ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Volumus autem, quod ij ex Regiis nominatis prædictis, quibus beneficia Regularia, ut præfertur, commendari contigerit, infra octo menſes à die commendæ ſibi de illis factæ computandos, novam illorum Commendam à ſede prædicta impetrare, ac iura Cancellariæ Apoſtolicæ, & aliis propterea debita perſolvere omnino teneantur; alioquin fructus non faciant ſuos, & ad illorum reſtitutionem teneantur, & Commendæ ipſis, ut præfertur, factæ ceſſent, eiſque ceſſantibus, beneficia prædicta vacent eo ipſo: quodque in vacatione beneficii regularis Regiis nominatis vigore literarum hujuſmodi pro tempore commendati, quod anteà commendari non conſueverat, ſed immediato illius poſſeſſori tantum pro prima vice, ſeu forſan etiam cum

decreto revertendi in Titulum, commendatum extiterat beneficium prædictum, ampliùs commendari nequeat, ſed ad priſtinam Tituli naturam reverti, & perſonæ Regulari in titulum conferri debeat ; & commendæ aliter, & ſine expreſſione præſentis decreti factæ, nullæ ſint eo ipſo : quodque prædictæ Pauli prædeceſſoris literæ in reliquis omnibus, & præſertim in ea parte ubi declaravit, S. E. R. Cardinales, ordinarios collatores, ſub Indulto hujuſmodi minimè comprehendi ſalvæ & illæſæ remaneant, ac omninò ſervari debeant.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, Indulti, Decreti, mandati & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire : Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem, anno incarnationis Dominicæ 1667. ſexto-decimo Calend. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo. Signatum ſupra plicam. CRAMPINVS.

*Enregiſtré és Regiſtres du grand Conſeil du Roy, ſuivant l'Arreſt ce jourd'huy donné en iceluy. A Paris le 16. Novembre. 1668.*

Signé, HERBIN.

potiùs debitum reputamus, ut illam ſpecialibus favoribus & prærogativis decorantes, ea tibi libenter concedamus per quæ de beneficiis Eccleſiaſticis perſonis benemeritis & tibi obſequentibus ac aliàs gratis & acceptis providere, & erga illos te gratiorum reddere poſſis.

Hinc eſt quod nos motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ut quoad vixeris ſolus per te vel alium ſeu alios, quem vel quos ad hoc duxeris deputandum, ſeu deputandos, etiam quando & quotiens te de licentia noſtra à Romana Curia etiam ubilibet & ultra montes etiam pro tua voluntate abeſſe contigerit, de quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura, ſæcularibus, & quorumvis ordinum regularibus, quæ ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, ſeu quamvis aliam ſimilem vel diſſimilem diſpoſitionem tuam, de iure vel conſuetudine, tam ratione ſancti Honufrii, quæ denominatio tui Cardinalatus exiſtit, & Narbonenſis ac Morinenſis, necnon Virdunenſis, quibus ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſceris, & aliarum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quibus ex ſimilibus conceſſione & diſpenſatione te præeſſe contigerit, quàm etiam aliarum quarumcũque Eccleſiarũ, ac Cluniacenſis. Matiſconenſis diœceſis, necnon aliorũ Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſitatuum præpoſiturarum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum & officiorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, quæ ex conceſſione & diſpenſatione prædictis in Titulum vel Commendam ſeu Adminiſtrationem

aut alias invicem, vel ut aliis unita, aut quocumque alio titulo obtines,& impoſterum obtinebis, communiter vel diviſim, quomodolibet, & quocunque jure vel titulo nunc pertinent & ſpectant, ac impoſterum pertinere & ſpectare contigerit, etiamſi Sæcularia Canonicatus & Præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia in dictis Narbonenſi & Morinenſi ac Virdunenſi, necnon aliis Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, & dignitates ipſæ in eiſdem Narbonenſi, Morinenſi & Virdunenſi ac aliis Eccleſiis poſt Pontificales majores, ſeu Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales, Regularia verò beneficia hujuſmodi Monaſteria, non tamen conſiſtorialia, Prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia ac Prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates conventuales, & officia hujuſmodi clauſtralia fuerint, & ad dignitates, perſonatus, præpoſituras, præpoſitatus, adminiſtrationes officia, Canonicatus & præbendas, cæteraque beneficia hujuſmodi conſueverint per electionem ſeu quemvis alium modum aſſumi, eiſque cura immineat animarum, ac etiamſi beneficia hujuſmodi ex eo quia illa obtinentes aliquorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, aut S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium etiam viventium familiares continui, commenſales, ſeu dictæ Sedis Notarii, Subdiaconi, Diaconi, Acolyti, Capellani, cubicularii, nuntii, vel literarum Apoſtolicarum abbreviatores, ſcriptores, ſeu quicunque alii Romanæ Curiæ officiales quocunque nomine nuncupati fuerint, ſeu ex quavis alia cauſa etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel aliàs, præterquam ratione familiaritatis continuæ, commenſalitatis, familiarium continuorum commenſalium

noſtrorum qui nunc ſunt, ſeu aliàs, etiam cum Cardinalatûs honore fungebamur fuerint, aut quandiu regimini militantis Eccleſiæ præfuerimus erunt, generaliter reſervata, ſeu ex generali Reſervatione Apoſtolica affecta exiſtant ſeu fuerint, quæ extra dictam Curiam quomodolibet etiam illorum Commendis ceſſantibus, vacare contigerit; quibuſvis perſonis de quibus tibi videbitur, etiam quæcunque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura obtinentibus & expectantibus, etiam regiminis & adminiſtrationis, ac bonorum prædictarum Narbonenſis, Morinenſis, & Virdunenſis, & quarumvis aliarum Cathedralium etiam Metropolitanarum Eccleſiarum, ac Cluniacenſium, & aliorum Monaſteriorum & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, quoviſmodo vacantium, quibus de perſona tua proviſum fuerit, aut aliàs, quæ ut præfertur te obtinere contigerit, poſſeſſione etiam per te minimè ſubſecutâ, literis Apoſtolicis deſuper tamen expeditis tam tuâ ordinariâ quàm Apoſtolicâ authoritate providere, & illa eis conferre & de illis etiam diſponere libere, & licitè valeas, perinde ac ſi collationes & commendæ noſtræ, expectativæ gratiæ, ſpeciales Reſervationes, mandata de providendo, ſeu uniendo, & quævis aliæ diſpoſitiones, etiam eiſdem S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam motu ſimili, vel ad eorum inſtantiam, hactenus conceſſa & in poſterum concedenda tam per nos ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, quàm Legatos de latere etiam Cardinales quoſcunque etiam motu ſimili & ex certa ſcientia, cum quibuſvis prægnantibus & fortiſſimis & inſolitis clauſulis non emanaſſent ſeu emanauerint; & quòd Regulæ Cancel-

lariæ Apoſtolicæ dignitatum majorum & & principalium, al orumque beneficiorum etiam Cardinalium aut Romanorum Pontificum, non tamen noſtrorum familiarium continuorum, commenſalium ſeu eorundem, & dictæ ſedis officialium, ſeu aliàs quoviſmodo reſervationes generales ſive ſpeciales continentes ſive inducentes conſtitutiones, aut aliàs quomodolibet affectionem facientes, ad dicta Monaſteria, Prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes & officia, Canonicatus, & Præbendas, aliaque beneficia nullatenus ſe extendant; ſed de ipſis quæ pro tempore quomodolibet extra curiam prædictam etiam ceſſantibus commendis illorum quæ commendata fuerint, vacare contigerit, ut præfertur, liberè diſponas, perinde ac ſi regiminis & adminiſtrationis Eccleſiarum quibus de perſona tua proviſum exitit & impoſterum provideri, ſeu quæ quocunque titulo aut aliàs te obtinere contigerit, poſſeſſionem pacificè aſſecutus fores, & dummodo litteræ Apoſtolicæ ſuper proviſionibus & præfectionibus de perſona tua quibuſvis Eccleſiis pro tempore factis hujuſmodi expeditæ fuerint, collationes & commendæ noſtræ, expectativæ gratiæ, ſpeciales & aliæ reſervationes, affectiones, uniones, conſtitutiones, & mandata hujuſmodi non apparerent.

Si vero in dicta Curia per obitum vel promotionem aut quamvis aliam dimiſſionem, præterquam per reſignationem in manibus noſtris, aut ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum vacare, ac de illis ſic vacantibus per nos & ſedem prædictam diſponi contigerit, etiamſi beneficia hujuſmodi ex quavis cauſa ex eo quod illa obtinentes pro tempore dictæ ſedis Notarii, Subdiaconi,

Acolyti, Capellani, cubicularii, nuntii, abbreviatores & ſcriptores, ſeu alii officiales, aut quavis alia qualitate aliquam aliam generalem reſervationem vel affectionem inducentes qualificata, aut prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, aut aliorum ejuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium etiam tunc viventium, non tamen noſtri ut præfertur familiares continui commenſales fuerint, vel exiſtant, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſervata fuerint, & ipſi officiales ac familiares beneficia hujuſmodi commendæ, vel unionis, aut quovis alio titulo obtinuerint, quod in expeditione litterarum Apoſtolicarum ſuper illorum collatione & proviſione hujuſmodi, ac commenda & quavis alia diſpoſitione, Eccleſiis tamen Cathedralibus & Monaſteriis Conſiſtorialibus exceptis, ſi tunc in eadem Curia præſens fueris per te ipſum, ſi verò te ab illa etiam pro voluntate tua ubilibet & ultra montes de licentia noſtra abeſſe contigerit, tui ad id ſpecialiter deputati per te procuratoris expreſſus accedat aſſenſus; alioquin gratiæ & litteræ deſuper conficiendę nullius ſint roboris vel momenti, authoritate Apoſtolica & ex certa noſtra ſcientia tenore pręſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus.

Decernentes Reſervationes, affectiones, conſtitutiones, ordinationes, collationes & commendas, gratias expectativas, revalidationes, extenſiones, mutationes, nominationes, facultates, uniones & mandata, ac decreta in illis contenta decreta quoad impediendum te quo minus in pręmiſſis conceſſo tibi per præſentes Indulto uti valeas, ut pręfertur, nullatenus ſe extendere, & per quoſcumque etiam ſedis prędictę Legatos etiam à latere, ac nuntios nunc & pro tempore deputatos,

quavis etiam ſpeciali facultate fungentes, de beneficiis prędictis nullatenus provideri & diſponi poſſit; ac irritum & inane ſi ſecus ſuper pręmiſſis omnibus à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, nonobſtantibus pręmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem quod ii quibus tu aliqua beneficia Eccleſiaſtica reſervata & affecta hujuſmodi, quorum fructus, redditus & proventus 24. ducatorum auri de camera, ſecundum communem exiſtimationem, valorem annuum excedant, vigore prę ſentium per te vel alium contuleris, infra ſex menſes ſi ultra, & ſi citra montes collationes ipſę factę fuerint infra quatuor menſes à tempore factę collationis beneficiorum eorumdem computandos, novas proviſiones ſuper beneficiis ipſis ſic conferendis à ſede prędicta impetrare & literas Apoſtolicas deſuper in totum expedire, ac annatam propterea debitam camerę Apoſtolicę cum effectu ſolvere teneantur; alioquin lapſis eiſdem menſibus, beneficia ipſa vacare cenſeantur eo ipſo, niſi legitimo impedimento detenti fuerint, vel ipſis petentibus huiuſmodi novas proviſiones, & proteſtantibus quòd per eos non ſtat, contigerit illas eis denegari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum Indulti, decreti & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare prę ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę 1530. kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno 7. ſic ſignatum ſupra plicam N. *Urrioni*, & in dor-

ſo ſcriptum eſt: Regiſtrata in camera Apoſtolica, DE ATTAVANTIS. Collatio facta eſt cum originali M. Io. de Ronchinot domeſtici & familiaris Cardinalis de Lotharingia, ex ordinatione curię reddito DV TILLET.

## AMPLIATIO INDVLTI HIPPOLYTO Cardinali Ferrarienſi à Paulo IV. conceſſa Anno 1555.

*Ex Tabulario magni Conſilii.*

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Hippolyto ſanctę Marię in Aquiro Diacono Cardinali de Ferraria nuncupato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Tuorum magnitudo meritorum nos facilè inducit, ut ad ea efficaciter intendamus per quæ gratiarum tibi a ſede Apoſtolica conceſſarum plenarium conſequi poſſis effectum. Cùm itaque ſicut accepimus licèt aliàs tibi ut quoad viveres, ſolus per te vel alium, ſeu alios ad id per te deputandos, ubivis locorum etiam in Romana Curia, ac etiam quando & quotiens te pro tua voluntate ab ipſa curia ubilibet etiam ultra montes abeſſe contingeret, de quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine Cura, Sęcularibus, & quorumvis ordinum Regularibus, ad Collationem, Proviſionem, Prętentationem, Electionem, ſeu quamvis aliam ſimilem vel diſſimilem diſpoſitionem tuam de jure vel conſuetudine, ratione quarumvis Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quibus te adminiſtratorem deputari, aut in Epiſcopum vel Archiepiſcopum pręfici & pręeſſe contin-

rum Franciæ conceſſa proſequentes, te & tuos Officiales ac Vicarios ſuper collatione & proviſione beneficiorum Eccleſiaſticorum ad collationem & diſpoſitionem tuam ratione Eccleſiarum & Monaſteriorum quę in partibus Gallicanis obtines ſpectantium & pertinentium, impedire, & alias diverſo modo moleſtare pręſumant.

Nos ne Indulto tibi conceſſo prędicto fruſtreris, ſed illius plenarium conſequaris effectum, providere volentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius nobis pro te ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate noſtra, decernimus & declaramus Mandata prędicta ad beneficia Eccleſiaſtica ad tuam Collationem & diſpoſitionem ut prefertur ſpectantia, à data pręſentium in antea vacatura, minimè ſe extendere, & illorum prętextu tibi collationem & diſpoſitionem beneficiorum hujuſmodi in aliquo pręjudicari non poſſe: quin immò te Mandatis hujuſmodi non obſtantibus beneficia prędicta, ut prętertur, vacatura, aliàs juxta ipſius indulti tenorem liberè conferre ac de illis providere poſſe, & perſequentes mandata hujuſmodi, illorum prętextu beneficia ad collationem & diſpoſitionem tuam ut pręfertur ſpectantia, acceptare, aut de illis ſe quomodolibet intromittere non poſſe, collationeſque & diſpoſitiones per te aut per alios ad id à te deputatos de iiſdem beneficiis in anteà, ut præmittitur, vacaturis pro tempore factas, validas fore, ac ſuos plenarios effectus ſortiri debere; necnon acceptationes de illis prætextu mandatorum hujuſmodi pro tempore ſecutas, nullas, irritas, & inanes, nulliuſque roboris vel momenti fore & eſſe; ſicque in pręmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque judices & Commiſſarios, quavis etiam

dictâ Apoſtolicâ authoritate fungentes, ac cauſarum palatii Apoſtolici Auditores, in quavis cauſa & inſtantia; ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi authoritate & facultate, judicari & definiri debere: ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis quę in dicto Indulto conceſſum fuit non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum decreti, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu nefario & temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prçſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę 1555 pridie Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo. *Ainſi ſigné ſur le reply*, M. EYRENET; *& ſeellé en plomb ſur double queüe, les pendans ſur ſoye rouge & jaune, & ſur le dos eſt écrit*, Regiſtrata in Secretaria Apoſtolica. R. GOLERIVS.

# INDULTUM

## AMPLIATIONIS SEU LIBERIORIS Collationis Eminentiſſimo Armando Ioanni Cardinali Richelio conceſſum ab Urbano Papa VIII. anno 1629.

*Ex Tabulario Magni Conſilii.*

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Armando Ioanni du Pleſſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Richelieu nuncupato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad perſonam tuam quam divina clementia magnis illuſtravit gratiarum muneribus, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, & attentè proſpicientes quòd tu Romanam Eccleſiam, cujus honorabile membrum exiſtis, tuorum honoras plenitudine meritorum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam, & in tuis opportunitatibus liberalem.

Hinc eſt quòd nos te, qui, ut accepimus, aliàs in Coadjutorem perpetuum & irrevocabilem in regimen & adminiſtrationem Monaſterii Cluniacenſis, Capitis Ordinis, Matiſconenſis Diœceſis dilecto filio Iacobo de Veny d'Arbouze tunc ejuſdem Monaſterii Abbati Apoſtolica authoritate ſub certis modo & forma tunc expreſſis conſtitutus & deputatus fuiſti, tibique Monaſterium prædictum, cui tunc ipſe Iacobus præerat, cùm primùm illud per ceſſum vel deceſſum ejuſdem Iacobi, ac in certos alios tunc expreſſos

eventus Abbatis regimine deſtitutum foret, ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica commendatum extitit, proüt in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis plenius continetur, nunc verò ex libera renuntiatione & ceſſione regiminis & adminiſtrationis dicti Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus per ipſum Iacobum ad tui favorem facta, plenarius & abſolutus ejuſdem Monaſterii in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus Adminiſtrator ſeu Commendatarius perpetuus exiſtis; præmiſſorum meritorum tuorum intuitu amplioris gratiæ favore proſequi volentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius ſuper hoc pro te nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia ac de mera liberalitate noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tibi ut quoad vixeris per te ipſum, vel Vicarium à te deputatum tam in Romana Curia, quàm extra eam, & aliàs ubique locorum ubi te pro tempore morari & degere contigerit, quæcunque & qualiacumque, cum cura & ſine cura Beneficia Eccleſiaſtica Sæcularia, ac dicti ordinis Regularia tam à dicto quàm ab aliis Monaſteriis per te obtentis & in poſterum canonicè quomodolibet obtinendis & aſſequendis, quomodolibet dependentia, & ad collationem Abbatum ſeu perpetuorum commendatariorum eorundem Monaſteriorum ceſſantibus reſervationibus & affectionibus Apoſtolicis quomodolibet ſpectantia, ſæcularia videlicet etiamſi Canonicatus, Præbendæ & Dignitates etiam majores & principales, Perſonatus, Adminiſtrationes vel Officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus & Metropolitanis, Collegiatis & aliis Eccleſiis conſiſtentia, ſeu ſi Parochiales Eccleſiæ vel earum perpetuæ Vicariæ; Regularia verò Beneficia hujuſmodi (non tamen

conſiſtorialia, nec quorum fructus in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur) aut Prioratus, Præpoſituræ, Præpoſitatus, Dignitates etiam conventuales (non tamen Electivæ ac Officia clauſtralia) fuerint, per obitum ea obtinentium, non tamen apud ſedem, ſed extra Romanam Curiam, ubicunque deceſſerint, & beneficia hujuſmodi tam per obitum, quàm aliam quamvis dimiſſionem ſeu amiſſionem, præterquàm per promotionem vel reſignationem in manibus noſtris aut ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, vacare contigerit, quibuſvis perſonis, idoneis tamen, conferre, & tam Monaſteria quàm Prioratus & Dignitates conventuales hujuſmodi per Clericos ſæculares in Commendam ex conceſſione Apoſtolica obtineri ſolita duntaxat illa, commendis de illis antea factis ceſſantibus: *Prioratus verò non conventuales, vel alia beneficia Eccleſiaſtica Conventu carentia tam in Titulum quàm in Commendam obtineri ſolita*, & ut præfertur vacantia clericis ſæcularibus per eos quoad vixerint tenenda, regenda & gubernanda, ita quod liceat eis debitis & conſuetis illorum ſupportatis oneribus, de reſiduis eorum fructibus & proventibus diſponere & ordinare, prout illa in titulum pro tempore obtinentes de illis diſponere & ordinare poterant, ſeu etiam debuerant, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & pretioſorum mobilium eis penitus interdictâ *Commendare poſſis & valeas*, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium concedimus & indulgemus.

Decernentes quaſcunque proviſiones, collationes, commendas & alias gratias de dictis beneficiis tam per nos vel ſucceſſores noſtros pro tempore exiſtentes aut ſedem prædictam,

quam etiam de latere Legatos etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales & Nuntios, ſeu locorum Ordinarios vel alios Collatores, quibuſvis perſonis, etiam motu proprio, ſcientia & de Apoſtolicæ authoritatis plenitudine, ſimilibus, etiam cum quibuſvis prægnantiſſimis, fortiſſimis & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus & aliis quibuſvis perſonis & familiaribus continuis commenſalibus noſtris, ſive ſucceſſorum noſtrorum prædictorum etiam in recompenſam Iurium ſeu oblatorum pro tempore faciendis nullas & invalidas, nulliuſque roboris & momenti eſſe & fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri aut coloratum titulum poſſidendi tribui poſſe, ſicque ab omnibus & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices, etiam locorum ordinarios, nec-non Palatii Apoſtolici Auditores judicari & diffiniri debere: irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quocunque quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, editis & edendis, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec-non præfatarum & aliarum Eccleſiarum in quibus ſæcularia, ac Monaſteriorum aliorumque regularium locorum etiam in quibus regularia beneficia hujuſmodi forſan fuerint, aut dicti vel aliorum ordinum quorum illa extiterint, juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque.

Volumus autem & earundem præſentium tenore decernimus quod beneficia vigore earundem præſentium Commendanda hujuſmodi, debitis propterea non fraudentur obſequiis, & animarum cura, ſi quæ illis immineat, nullatenus negligatur: ſed illorum one-

ra conſueta congruè ſupportentur, quodque ii quibus tu vel tuus Vicarius tuo nomine præfata beneficia generaliter reſervata vigore earundem præſentium contuleris, ac etiam ii quibus beneficia regularia præfata Commendaveris, ut præfertur, infra octo menſes à die illis factæ dictorum beneficiorum proviſionis ſive commendæ novas proviſiones ſeu commendas ſuper beneficiis hujuſmodi à ſede prædicta impetrare, & literas Apoſtolicas expedire ac jura Cameræ Apoſtolicæ & aliis propterea debita perſolvere teneantur, alioquin elapſis octo menſibus præfatis, beneficia vacare cenſeantur eo ipſo, poſſintque illa per alios ab eadem ſede tantum impetrari; quodque dicta voluntas noſtra in omnibus litteris proviſionum & commendarum quæ de ipſis beneficiis fient, ut præfertur, omnino adſcribatur, ſin minus collationes & commendæ hujuſmodi nullæ ſint, eo quòd tu beneficia non Commendari ſolita, & ex perſonis in Titulum illa obtinentibus vacantia ad effectum tantùm reſtaurationis illorum beneficiorum commendare poſſis: ita quòd in quibuſvis commendis ſic per te faciendis apponatur decretum quòd ille cui Commenda fiet, teneatur cautionem idoneam in actis Curiæ Epiſcopalis civitatis vel diœceſis in qua beneficia hujuſmodi conſiſtent, præſtare de reſtaurandis ædificiis præfatis, ac in reſtaurationem ſummam Ordinario civitatis ſeu diœceſis hujuſmodi benevіſam, ratam partem ſummæ hujuſmodi quolibet anno expēdendo; quo termino elapſo, & reſtauratione præfatâ quoad deſignatam ſeu ratam partem hujuſmodi non factâ, dicta Commenda ſtatim ceſſet eo ipſo, & commendatarius ad reſtitutionem fructuum interim perceptorum omnino obligatus exiſtat: quodque ipſo commenda-

tario cedente vel decedente aut ipſa beneficia quomodolibet dimittente vel amittente, illa ampliùs non Commendentur, ſed in priſtinam Tituli naturam revertantur, perinde ac ſi nunquam commendata fuiſſent: & ſi ea commendari contingat abſque ſpeciali mentione & derogatione dicti decreti etiam Apoſtolicâ authoritate, præfata Commenda ſic facienda nulla ſit eo ipſo; & ſalvâ diſpoſitione Concordatorum inter ſedem præfatam & claræ memoriæ Franciſcum I. Francorum Regem tunc in humanis degentem initorum; quodque per præſentem gratiam ſtatus & eſſentia beneficiorum in Monaſteriis per te obtentis & obtinendis ut præfertur dependentium ac conferendorum & commendandorum hujuſmodi nullatenus immutentur.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, Indulti, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1629, xii. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo. ſic ſignatum ſub plica I. LIVNIVS pro ſigillo, & ſuper plicam ALBARETVS.

*Regiſtré ſuivant l'Arreſt du Conſeil à Lyon le 10. Septembre audit an.*

# BULLA
## S, D. N.
# CLEMENTIS PAPÆ IX.
## QVA CONTINETVR INDVLTVM
Beneficiorum liberè conferendorum, adinſtar Cardinalium.

*Sereniſſimo Pr. Ioanni Caſimiro Regi Poloniæ &c. conceſſum, anno 1669.*

CHariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Præclara virtutum dona, quibus perſonam tuam multipliciter decoravit Altiſſimus, ſingulari erga Nos & hanc ſanctam ſedem fidei & devotioni conjuncta, promerentur ut ea tibi libentiſſimè concedamus, per quæ erga perſonas benemeritas, tibique gratas & acceptas te beneficum exhibere poſſis & liberalem.

Volentes igitur tibi, cui nuper unum ſancti Germani de Pratis, prope & extra muros Pariſienſes, & aliud ſanctiſſimæ Trinitatis Fiſcamnenſis, & aliud ſancti Taurini Ebroicenſis, & aliud eiuſdem ſanctiſſimæ Trinitatis de Thyron, & aliud beatæ Mariæ de Ourcamp, & aliud ejuſdem beatæ Mariæ de Bonport, & aliud etiam beatæ Mariæ des Vaulx de Cernay, & reliqua Monaſter a ſimiliter beatæ Mariæ de la Valaſſe ſancti Benedicti & Ciſtercienſis reſpectivè ordinum, Rothomagenſis, Noviomenſis, Carnotenſis, Ebroicenſis & Pariſienſis reſpectivè diœceſeon, ſub certis modo & forma tunc expreſſis com-

mendavimus, gratiam facere ſpecialem: ſupplicationibus tuo nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, tibi ut quoad vixeris ſolus, per te, vel alium ſeu alios, quem vel quos ad id duxeris deputandum ſeu deputandos, quæcunque & qualiacunque cum cura & ſine cura Beneficia Eccleſiaſtica, & quorumvis Ordinum Regularia, regularibus in titulum conferri, & Clericis vel Presbyteris ſæcularibus in Commendam concedi ſolita, à Monaſteriis præfatis dependentia, etiam Prioratus Conventuales, & alias quomodolibet nuncupata & qualificata ad tuam collationem, proviſionem, præſentationem ſeu quamuis aliam ſimilem vel diſſimilem diſpoſitionem, ratione Monaſteriorum hujuſmodi communiter vel diviſim, ac aliàs quomodolibet pertinentia, quomodocunque, & ex quibuſvis perſonis etiam regularibus, non tamen per reſignationem in manibus noſtris aut Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum faciendam, neque apud ſedem Apoſtolicam, ſed extra Curiam tantùm, ubicumque & in quibuſvis menſibus dictæ ſedi reſervatis, pro tempore vacantia, non tamen verè Electiva, nec Officia Clauſtralia, perſonis ſæcularibus idoneis, poſtquam tamen repertę fuerint idoneæ, per eas quoad vixerint tenenda, regenda, & gubernanda; ita quod liceat eis debitis & conſuetis illorum ſupportatis oneribus, de reſiduis ipſorum fructibus, reditibus, & proventibus diſponere & ordinare, (alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium eorumdem ipſis penitus interdictâ) Commendare poſſis & valeas, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium concedimus & indulgemus.

Decernentes quaſcumque affectiones, Re-

gulas, conſtitutiones, & ordinationes, collationes, commendas, uniones & Mandata ac decreta in illis contenta, quoad impediendum te, quominùs conceſſo per præſentes Indulto, juxta illius tenorem & continentiam, uti valeas, ad præfata Beneficia ad tuam diſpoſitionem, ut prefertur, pertinentia nullatenus ſe extendere, nec de eis per quoſcunque etiam ſedis Apoſtolicæ Legatos etiam de Latere, ac Nuntios nunc & pro tempore deputatos, quavis etiam ſpeciali facultate fungentes, provideri, vel aliàs diſponi poſſe, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis omnibus quavis authoritate, etiam per Nos ac dictos Legatos & Nuncios ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: Salvâ tamen ſemper remanente diſpoſitione Concordatorum dudum inter ſedem Apoſtolicam & claræ memoriæ Franciſcum primum Francorum Regem ſuper Nominatione perſonarum certis inibi expreſſis modis qualificatarum ad Monaſteria Regni Franciæ, privilegio eligendi non ſuffulta, pro tempore vacantia promovendarum, Nobis & dictæ ſedi per Regem Franciæ pro tempore exiſtentem faciendа initorum: Non obſtantibus Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis vel edendis, ac quibuſvis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec-non prefatorum Monaſteriorum & ordinum, quorum illa exiſtunt, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem, quòd ii quibus per te beneficia præfata in vim præſentis gratiæ pro tempore Commendata fuerint, illorum novam Commendam intra octo menſes ex tunc proximos à ſede Apoſtolica impetrare, juraque

quavis etiam ſpeciali facultate fungentes, de beneficiis prędictis nullatenus provideri & diſponi poſſit; ac irritum & inane ſi ſecus ſuper pręmiſſis omnibus à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, nonobſtantibus pręmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem quod ii quibus tu aliqua beneficia Eccleſiaſtica reſervata & affecta hujuſmodi, quorum fructus, redditus & proventus 24. ducatorum auri de camera, ſecundum communem exiſtimationem, valorem annuum excedant, vigore pręſentium per te vel alium contuleris, infra ſex menſes ſi ultra, & ſi citra montes collationes ipſę factę fuerint infra quatuor menſes à tempore factę collationis beneficiorum eorumdem computandos, novas proviſiones ſuper beneficiis ipſis ſic conferendis à ſede prędicta impetrare & literas Apoſtolicas deſuper in totum expedire, ac annatam propterea debitam camerę Apoſtolicę cum effectu ſolvere teneantur; alioquin lapſis eiſdem menſibus, beneficia ipſa vacare cenſeantur eo ipſo, niſi legitimo impedimento detenti fuerint, vel ipſis petentibus hujuſmodi novas proviſiones, & proteſtantibus quòd per eos non ſtat, contigerit illas eis denegari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum Indulti, decreti & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę 1530. kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno 7. ſic ſignatum ſupra plicam N. *Vrrioni*, & in dor-

ſo ſcriptum eſt: Regiſtrata in camera Apoſtolica, DE ATTAVANTIS. Collatio facta eſt cum originali M. Io. de Ronchinot domeſtici & familiaris Cardinalis de Lotharingia, ex ordinatione curię reddito DV TILLET.

## AMPLIATIO INDVLTI HIPPOLYTO Cardinali Ferrarienſi à Paulo IV. conceſſa Anno 1555.

*Ex Tabulario magni Conſilii.*

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Hippolyto ſanctę Marię in Aquiro Diacono Cardinali de Ferraria nuncupato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Tuorum magnitudo meritorum nos facilè inducit, ut ad ea efficaciter intendamus per quæ gratiarum tibi a ſede Apoſtolica conceſſarum plenarium conſequi poſſis effectum. Cùm itaque ſicut accepimus licèt aliàs tibi ut quoad viveres, ſolus per te vel alium, ſeu alios ad id per te deputandos, ubivis locorum etiam in Romana Curia, ac etiam quando & quotiens te pro tua voluntate ab ipſa curia ubilibet etiam ultra montes abeſſe contingeret, de quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine Cura, Sęcularibus, & quorumvis ordinum Regularibus, ad Collationem, Proviſionem, Pręſentationem, Electionem, ſeu quamvis aliam ſimilem vel diſſimilem diſpoſitionem tuam de jure vel conſuetudine, ratione quarumvis Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quibus te adminiſtratorem deputari, aut in Epiſcopum vel Archiepiſcopum pręfici & pręeſſe contin-

rum Franciæ conceſſa proſequentes, te & tuos Officiales ac Vicarios ſuper collatione & proviſione beneficiorum Eccleſiaſticorum ad collationem & diſpoſitionem tuam ratione Eccleſiarum & Monaſteriorum quę in partibus Gallicanis obtines ſpectantium & pertinentium, impedire, & alias diverſo modo moleſtare prǽſumant.

Nos ne Indulto tibi conceſſo prędicto fruſtreris, ſed illius plenarium conſequaris effectum, providere volentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius nobis pro te ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate noſtra, decernimus & declaramus Mandata prędicta ad beneficia Eccleſiaſtica ad tuam Collationem & diſpoſitionem ut prefertur ſpectantia, à data prę ſentium in antea vacatura, minimè ſe extendere, & illorum prętextu tibi collationem & diſpoſitionem beneficiorum hujuſmodi in aliquo prejudicari non poſſe: quin immò te Mandatis hujuſmodi non obſtantibus beneficia prędicta, ut pręfertur, vacatura, aliàs juxta ipſius indulti tenorem liberè conferre ac de illis providere poſſe, & perſequentes mandata hujuſmodi, illorum prętextu beneficia ad collationem & diſpoſitionem tuam ut pręfertur ſpectantia, acceptare, aut de illis ſe quomodolibet intromittere non poſſe, collationeſque & diſpoſitiones per te aut per alios ad id à te deputatos de iiſdem beneficiis in anteà, ut præmittitur, vacaturis pro tempore factas, validas fore, ac ſuos plenarios effectus ſortiri debere; necnon acceptationes de illis prætextu mandatorum hujuſmodi pro tempore ſecutas, nullas, irritas, & inanes, nulliuſque roboris vel momenti fore & eſſe; ſicque in prǽmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque judices & Commiſſarios, quavis etiam

dictâ Apoſtolicâ authoritate fungentes, ac cauſarum palatii Apoſtolici Auditores, in quavis cauſa & inſtantia; ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi authoritate & facultate, judicari & definiri debere: ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis quę in dicto Indulto conceſſum fuit non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum decreti, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu nefario & temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę 1555 pridie Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo. *Ainſi ſigné ſur le reply*, M. EYRENET; *& ſcellé en plomb ſur double queüe, les pendans ſur ſoye rouge & jaune, & ſur le dos eſt écrit*, Regiſtrata in Secretaria Apoſtolica. R. GOLERIVS.

# INDULTUM

## AMPLIATIONIS SEU LIBERIORIS Collationis Eminentiſſimo Armando Ioanni Cardinali Richelio conceſſum ab Vrbano Papa VIII. anno 1629.

*Ex Tabulario Magni Conſilii.*

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Armando Ioanni du Pleſſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Richelieu nuncupato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad perſonam tuam quam divina clementia magnis illuſtravit gratiarum muneribus, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, & attentè proſpicientes quòd tu Romanam Eccleſiam, cujus honorabile membrum exiſtis, tuorum honoras plenitudine meritorum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam, & in tuis opportunitatibus liberalem.

Hinc eſt quòd nos te, qui, ut accepimus, aliàs in Coadjutorem perpetuum & irrevocabilem in regimen & adminiſtrationem Monaſterii Cluniacenſis, Capitis Ordinis, Matiſconenſis Diœceſis dilecto filio Iacobo de Veny d'Arbouze tunc ejuſdem Monaſterii Abbati Apoſtolica authoritate ſub certis modo & forma tunc expreſſis conſtitutus & deputatus fuiſti, tibique Monaſterium prædictum, cui tunc ipſe Iacobus præerat, cùm primùm illud per ceſſum vel deceſſum ejuſdem Iacobi, ac in certos alios tunc expreſſos

eventus Abbatis regimine deſtitutum foret, ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica commendatum extitit, proüt in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis plenius continetur; nunc verò ex libera renuntiatione & ceſſione regiminis & adminiſtrationis dicti Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus per ipſum Iacobum ad tui favorem facta, plenarius & abſolutus ejuſdem Monaſterii in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus Adminiſtrator ſeu Commendatarius perpetuus exiſtis; præmiſſorum meritorum tuorum intuitu amplioris gratiæ favore proſequi volentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius ſuper hoc pro te nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia ac de mera liberalitate noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tibi ut quoad vixeris per te ipſum, vel Vicarium à te deputatum tam in Romana Curia, quàm extra eam, & aliàs ubique locorum ubi te pro tempore morari & degere contigerit, quæcunque & qualiacumque, cum cura & ſine cura Beneficia Eccleſiaſtica Sæcularia, ac dicti ordinis Regularia tam à dicto quàm ab aliis Monaſteriis per te obtentis & in poſterum canonicè quomodolibet obtinendis & aſſequendis, quomodolibet dependentia, & ad collationem Abbatum ſeu perpetuorum commendatariorum eorundem Monaſteriorum ceſſantibus reſervationibus & affectionibus Apoſtolicis quomodolibet ſpectantia, ſæcularia videlicet etiamſi Canonicatus, Præbendæ & Dignitates etiam majores & principales, Perſonatus, Adminiſtrationes vel Officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus & Metropolitanis, Collegiatis & aliis Eccleſiis conſiſtentia, ſeu ſi Parochiales Eccleſiæ vel earum perpetuæ Vicariæ; Regularia verò Beneficia hujuſmodi (non tamen

conſiſtorialia, nec quorum fructus in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur) aut Prioratus, Præpoſituræ, Præpoſitatus, Dignitates etiam conventuales (non tamen Electivæ ac Officia clauſtralia) fuerint, per obitum ea obtinentium, non tamen apud ſedem, ſed extra Romanam Curiam, ubicunque deceſſerint, & beneficia hujuſmodi tam per obitum, quàm aliam quamvis dimiſſionem ſeu amiſſionem, præterquàm per promotionem vel reſignationem in manibus noſtris aut ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, vacare contigerit, quibuſvis perſonis, idoneis tamen, conferre, & tam Monaſteria quàm Prioratus & Dignitates conventuales hujuſmodi per Clericos ſæculares in Commendam ex conceſſione Apoſtolica obtineri ſolita duntaxat illa, commendis de illis antea factis ceſſantibus: *Prioratus verò non conventuales, vel alia beneficia Eccleſiaſtica Conventu carentia tam inTitulum quàm in Commendam obtineri ſolita*, & ut præfertur vacantia clericis ſæcularibus per eos quoad vixerint tenenda, regenda & gubernanda, ita quod liceat eis debitis & conſuetis illorum ſupportatis oneribus, de reſiduis eorum fructibus & proventibus diſponere & ordinare, proüt illa in titulum pro tempore obtinentes de illis diſponere & ordinare poterant, ſeu etiam debuerant, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & pretioſorum mobilium eis penitus interdictâ *Commendare poſſis & valeas*, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium concedimus & indulgemus.

Decernentes quaſcunque proviſiones, collationes, commendas & alias gratias de dictis beneficiis tam per nos vel ſucceſſores noſtros pro tempore exiſtentes aut ſedem prædictam,

quam etiam de latere Legatos etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales & Nuntios, ſeu locorum Ordinarios vel alios Collatores, quibuſvis perſonis, etiam motu proprio, ſcientia & de Apoſtolicæ authoritatis plenitudine, ſimilibus, etiam cum quibuſvis prægnantiſſimis, fortiſſimis & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus & aliis quibuſvis perſonis & familiaribus continuis commenſalibus noſtris, ſive ſucceſſorum noſtrorum prædictorum etiam in recompenſam Iurium ſeu oblatorum pro tempore faciendis nullas & invalidas, nulliuſque roboris & momenti eſſe & fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri aut coloratum titulum poſſidendi tribui poſſe, ſicque ab omnibus & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices, etiam locorum ordinarios, nec-non Palatii Apoſtolici Auditores judicari & diffiniri debere: irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quocunque quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, editis & edendis, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec-non præfatarum & aliarum Eccleſiarum in quibus ſæcularia, ac Monaſteriorum aliorumque regularium locorum etiam in quibus regularia beneficia hujuſmodi forſan fuerint, aut dicti vel aliorum ordinum quorum illa extiterint, juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque.

Volumus autem & earundem præſentium tenore decernimus quod beneficia vigore earundem præſentium Commendanda hujuſmodi, debitis propterea non fraudentur obſequiis, & animarum cura, ſi quæ illis immineat, nullatenus negligatur: ſed illorum one-

ra conſueta congruè ſupportentur, quodque ii quibus tu vel tuus Vicarius tuo nomine præfata beneficia generaliter reſervata vigore earundem præſentium contuleris, ac etiam ii quibus beneficia regularia præfata Commendaveris, ut præfertur, infra octo menſes à die illis factæ dictorum beneficiorum proviſionis ſive commendæ novas proviſiones ſeu commendas ſuper beneficiis hujuſmodi à ſede prædicta impetrare, & literas Apoſtolicas expedire ac jura Cameræ Apoſtolicæ & aliis propterea debita perſolvere teneantur, alioquin elapſis octo menſibus præfatis, beneficia vacare cenſeantur eo ipſo, poſſintque illa per alios ab eadem ſede tantum impetrari; quodque dicta voluntas noſtra in omnibus litteris proviſionum & commendarum quæ de ipſis beneficiis fient, ut præfertur, omnino adſcribatur, ſin minus collationes & commendæ hujuſmodi nullæ ſint, eo quòd tu beneficia non Commendari ſolita, & ex perſonis in Titulum illa obtinentibus vacantia ad effectum tantùm reſtaurationis illorum beneficiorum commendare poſſis: ita quòd in quibuſvis commendis ſic per te faciendis apponatur decretum quòd ille cui Commenda fiet, teneatur cautionem idoneam in actis Curiæ Epiſcopalis civitatis vel diœceſis in qua beneficia hujuſmodi conſiſtent, præſtare de reſtaurandis ædificiis præfatis, ac in reſtaurationem ſummam Ordinario civitatis ſeu diœceſis hujuſmodi beneviſam, ratam partem ſummæ hujuſmodi quolibet anno expēdendo; quo termino elapſo, & reſtauratione præfatâ quoad deſignatam ſeu ratam partem hujuſmodi non factâ, dicta Commenda ſtatim ceſſet eo ipſo, & commendatarius ad reſtitutionem fructuum interim perceptorum omnino obligatus exiſtat: quodque ipſo commenda-

# B U L L A
## S. D. N.
# CLEMENTIS PAPÆ IX.
## QVA CONTINETVR INDVLTVM Beneficiorum liberè conferendorum, adinſtar Cardinalium.

*Sereniſſimo Pr. Ioanni Caſimiro Regi Poloniæ &c. conceſſum, anno 1669.*

CHariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Præclara virtutum dona, quibus perſonam tuam multipliciter decoravit Altiſſimus, ſingulari erga Nos & hanc ſanctam ſedem fidei & devotioni conjuncta, promerentur ut ea tibi libentiſſimè concedamus, per quæ erga perſonas benemeritas, tibique gratas & acceptas te beneficum exhibere poſſis & liberalem.

Volentes igitur tibi, cui nuper unum ſancti Germani de Pratis, prope & extra muros Pariſienſes, & aliud ſanctiſſimæ Trinitatis Fiſcamnenſis, & aliud ſancti Taurini Ebroicenſis, & aliud ejuſdem ſanctiſſimæ Trinitatis de Thyron, & aliud beatæ Mariæ de Ourcamp, & aliud ejuſdem beatæ Mariæ de Bonport, & aliud etiam beatæ Mariæ des Vaulx de Cernay, & reliqua Monaſter a ſimiliter beatæ Mariæ de la Valaſſe ſancti Benedicti & Ciſtercienſis reſpectivè ordinum, Rothomagenſis, Noviomenſis, Carnotenſis, Ebroicenſis & Pariſienſis reſpectivè diœceſeon, ſub certis modo & forma tunc expreſſis com-

mendavimus, gratiam facere ſpecialem: ſupplicationibus tuo nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, tibi ut quoad vixeris ſolus, per te, vel alium ſeu alios, quem vel quos ad id duxeris deputandum ſeu deputandos, quæcunque & qualiacunque cum cura & ſine cura Beneficia Eccleſiaſtica, & quorumvis Ordinum Regularia, regularibus in titulum conferri, & Clericis vel Presbyteris ſæcularibus in Commendam concedi ſolita, à Monaſteriis præfatis dependentia, etiam Prioratus Conventuales, & alias quomodolibet nuncupata & qualificata ad tuam collationem, proviſionem, præſentationem ſeu quamuis aliam ſimilem vel diſſimilem diſpoſitionem, ratione Monaſteriorum hujuſmodi communiter vel diviſim, ac aliàs quomodolibet pertinentia, quomodocunque, & ex quibuſvis perſonis etiam regularibus, non tamen per reſignationem in manibus noſtris aut Romanorum Pontificum ſucceſsorum noſtrorum faciendam, neque apud ſedem Apoſtolicam, ſed extra Curiam tantùm, ubicumque & in quibuſvis menſibus dictæ ſedi reſervatis, pro tempore vacantia, non tamen verè Electiva, nec Officia Clauſtralia, perſonis ſæcularibus idoneis, poſtquam tamen repertę fuerint idoneæ, per eas quoad vixerint tenenda, regenda, & gubernanda; ita quod liceat eis debitis & conſuetis illorum ſupportatis oneribus, de reſiduis ipſorum fructibus, reditibus, & proventibus diſponere & ordinare, (alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium eorumdem ipſis penitus interdictâ) Commendare poſſis & valeas, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium concedimus & indulgemus.

Decernentes quaſcumque affectiones, Re-

gulas, conſtitutiones, & ordinationes, collationes, commendas, uniones & Mandata ac decreta in illis contenta, quoad impediendum te, quominùs conceſſo per præſentes Indulto, juxta illius tenorem & continentiam, uti valeas, ad præfata Beneficia ad tuam diſpoſitionem, ut prefertur, pertinentia nullatenus ſe extendere, nec de eis per quoſcunque etiam ſedis Apoſtolicæ Legatos etiam de Latere, ac Nuntios nunc & pro tempore deputatos, quavis etiam ſpeciali facultate fungentes, provideri, vel aliàs diſponi poſſe, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis omnibus quavis authoritate, etiam per Nos ac dictos Legatos & Nuncios ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: Salvâ tamen ſemper remanente diſpoſitione Concordatorum dudum inter ſedem Apoſtolicam & claræ memoriæ Franciſcum primum Francorum Regem ſuper Nominatione perſonarum certis inibi expreſſis modis qualificatarum ad Monaſteria Regni Franciæ, privilegio eligendi non ſuffulta, pro tempore vacantia promovendarum, Nobis & dictæ ſedi per Regem Franciæ pro tempore exiſtentem facienda initorum: Non obſtantibus Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis vel edendis, ac quibuſvis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec-non prefatorum Monaſteriorum & ordinum, quorum illa exiſtunt, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem, quòd ii quibus per te beneficia præfata in vim præſentis gratiæ pro tempore Commendata fuerint, illorum novam Commendam intra octo menſes ex tunc proximos à ſede Apoſtolica impetrare, juraque

Cameræ Apoſtolicæ, & aliis propterea debita perſolvere omnino teneantur: alioquin Commendæ prefatæ, indeque ſecuta quæcunque, nulla ſint, ipſaque beneficia vacare cenſeantur eo ipſo; quodque huiuſmodi noſtra voluntas in omnibus litteris Commendarum, quæ de dictis beneficiis fient, omninò adſcribatur; ſin minus Commendæ huiuſmodi nullius ſint roboris vel momenti; quodque beneficia in Titulum obtineri ſolita, & ex perſonis illa in titulum obtinentibus vacantia, à te, niſi quatenus illa reſtauratione indigeant, ad effectum illorum ædificia reſtaurandi, commendari non poſſint: quodque in commendis quæ per te de beneficiis in Titulum obtineri ſolitis ex perſonis illa in titulum obtinentibus, vacantibus fient, apponatur decretum, quòd illi quibus commendæ ſic fient, teneantur cautionem idoneam in actis Curię Archiepiſcopalis, aut Epiſcopalis civitatis, vel Diœceſis, in quibus Beneficia huiuſmodi conſiſtunt, pręſtare de reſtaurandis eorundem Beneficiorum ædificiis; ac in reſtauratione hujuſmodi ſummam Ordinario Civitatis vel Diœceſis huiuſmodi bene viſam intra terminum ab eodem Ordinario aſſignandum, ſeu ratam partem ſummę huiuſmodi quolibet anno, expendere teneantur; aliàs cautione huiuſmodi non pręſtita, & dicto termino elapſo, & reſtauratione pręfata quoad ſummam deſignatam ſeu ratam partem huiuſmodi non facta, in utrumlibet eventum, gratia eis ſic facta, & inde ſecuta quęcunque nulla ſint eo ipſo, & Commendatarius ad reſtitutionem fructuum inde perceptorum omninò teneatur; quodque ipſo Commendatario cedente, vel decedente, aut ipſa beneficia quomodolibet dimittente vel amittente, illaampliùs non commendentur,

ſed

ſed in priſtinam tituli naturam revertantur ac perſonę Regulari idoneæ conferri debeāt, perinde ac ſi nunquam commendata fuiſſent; &, ſi ea commendari contigerit abſque ſpeciali mentione & derogatione huiuſmodi voluntatis noſtræ, commenda ſic facta nulla ſit eo ipſo.

Volumus inſuper quod Beneficia in utrumvis eventum, ut pręfertur, Commendanda, debitis propterea non fraudentur obſequiis, & animarum cura, ſi quæ illis immineat, nullatenus negligatur, ſed illorum congruè ſupportentur onera conſueta. Datum apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 9 Martii 1669 Pontificatus noſtri anno ſecundo. Signatum I. G. Fluſius.

*Et plus bas eſt écrit, Enregiſtré és Regiſtres du Grand Conſeil du Roy, ſuivant l'Arreſt ce jourd'huy donné en iceluy. A Paris le 12. jour de Septembre mil ſix cens ſoixante neuf.*

*Signé,* HERBIN.

# INDULTA
## REGIÆ NOMINATIONIS
ad Epiſcopatus, Abbatias, & reliqua Beneficia Conſiſtorialia *Britanniæ*, *Provinciæ*, aliarumque ditionum Francicarum.

## INDULTUM
FRANCISCO I. A LEONE X. conceſſum circa *Britannica* & *Provincialia* Beneficia.

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Cariſsimo in Chriſto filio Franciſco Francorum Regi Chriſtianiſſimo, ſalutẽ & Apoſtolicam benedictionem. Præclaræ devotionis ſinceritas, & eximiæ fidei conſtantia, quibus in noſtro & Apoſtolicæ Sedis conſpectu clarere dignoſceris, Nos incitant, & quodammodo tuis de

Sede benemeritis id exigentibus nos impellunt, ut illa tibi favorabiliter concedamus, per quæ tuæ Majeſtatis honor accreſcat, ac ejus ſtatui, nec non Eccleſiis & Monaſteriis tuorum temporalium dominiorum de perſonis Eccleſiaſticis tibi gratis & affectis valeas ſalubriter providere.

Sanè cum ſtatui tuo plurimùm expedire dignoſcatur ut Eccleſiis & Monaſteriis dominiorum tuorum, præſertim limitrophorum, & potiſſimum Ducatus Britanniæ & provinciæ Provinciæ, perſonæ tibi gratæ & fideles præficiantur & præſint, cùm ſi eiſdem Eccleſiis & Monaſteriis de perſonis tibi non fidis ſeu quomodolibet ſuſpectis provideretur, aut illa eis in Commendam vel Adminiſtrationem concederentur, ſeu aliter per eas obtinerentur, maxima tibi & ſtatui & dominiis, necnon Eccleſiis & Monaſteriis prædictis pericula & damna non modica veriſimiliter inferri poſſent: Nos ſtatus dominiorum, ac Eccleſiarum & Monaſteriorum prædictorum tuitioni & conſervationi in præmiſſis paterno affectu conſulere, teque quem & propter alia præclara virtutum dona, quibus te decoravit Altiſſimus, ſpecialis dilectionis affectu ex viſceribus charitatis proſequimur, condigno favore proſequi volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, Majeſtati tuæ, quandiu vitam duxerit in humanis, facultatem Nominandi nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti perſonas idoneas ad quaſcunque Cathedrales & Metropolitanas Eccleſias, ac Monaſteria Ordinum quorumcunque, de quibus conſiſtorialiter diſponi conſuevit, in Ducatu *Britanniæ*, & provincia *Provinciæ* prædictis conſiſtentiū, per ceſſum vel deceſ-

ſum, ſeu alias quomodolibet, præterquam apud ſedem prædictam, pro tempore vacantia per nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem præfatum, ad Nominationem hujuſmodi Eccleſiis & Monaſteriis prædictis præficiendas, ita ut dum Monaſteria ipſa Monachis idoneis ad illorum regimina carebunt, Clerici ſæculares aut aliorum Monaſteriorum Monachos, & ordinum Mendicantium profeſſos, habitum juxta eorumdem Monaſteriorum conſuetudinem ſuſcipere & profeſſionem per illorum Monachos emitti ſolitam emittere volentes, aliàs idoneos, nominare poſſis; illæque perſonæ idoneæ eo caſu cenſeantur authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, reſervamus, concedimus, & aſſignamus; ac volumus quòd perſonas idoneas hujuſmodi infra ſex menſes, à die vacationis Eccleſiarum & Monaſteriorum prædictorum computandos, nobis & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici ut proviſiones de perſonis per te pro tempore nominandis, per nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem præfatum eiſdem Eccleſiis & Monaſteriis conſiſtorialiter fieri valeant, omnino Nominare tenearis.

Decernentes ex nunc quaſcunque Electiones, poſtulationes, proviſiones, præfectiones, commendas, uniones, annexiones, & alias quaſcunque diſpoſitiones, de Eccleſiis & Monaſteriis prędictis, aliter quàm de ſeu pro perſonis per te pro tempore Nominatis, & per nos vel pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem quomodolibet factis, nullius roboris vel momenti exiſtere, & ſic per quoſcunque Judices & commiſſarios, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter interpre-

ſandi & judicandi facultate & authoritate, ſententiari & definiri debere; irritum quoque & inane quidquid ſecus ſuper his à quocunque quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari: non obſtantibus quibuſvis, de Eccleſiis & Monaſteriis prædictis per nos & ſedem prædictam pro tempore factis reſervationibus ſeu affectionibus generalibus vel ſpecialibus, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis pro tempore editis, & quibuſvis aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum & Monaſteriorum, ac illorum Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis & litteris Apoſtolicis ſub quibuſvis tenoribus & formis conceſſis & confirmatis, quibus tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ reſervationis, conceſſionis, aſſignationis, voluntatis, decreti & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, 3 menſis Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto. Signatum, IOANNES OHEMINART pro Scriptore, BREVIBVS pro Secretario.

# BULLA CLEMENTIS IX.

*Continens Indultum perpetuum Nominationis ad Epiſcopatus* Metenſem, Tullenſem *&* Virdunenſem, *ac Monaſteria conſiſtorialia in iis ſita, Ludovico* XIV. *Regi Chriſtianiſſimo, ejuſque ſucceſſoribus conceſſum.*

Clemens Papa IX.

CHariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm felicis recordationis, Alexander Papa VII. prędeceſſor noſter eximiis Majeſtatis tuæ, ac progenitorum tuorum Regum Chriſtianiſſimorum, Principum longè clariſſimorum, invictiſſimorumque Chriſti Athletarum, ac egregiorum ſedis Apoſtolicæ cultorum promeritis adductus, Majeſtati tuæ, quoad viveres, jus Nominandi ipſi Alexandro prædeceſſori, & pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus ejus ſucceſſoribus perſonas probatas, boni nominis, & ſecundùm ſacrorum Canonum diſpoſitionem idoneas ad Cathedrales Eccleſias Metenſis, Tullenſis & Virodunenſis Civitatum à te poſſeſſarum, quoties illas quibuſvis modis & ex quorumcunque perſonis, non tamen per obitum apud ſedem præfatam, vacare contingeret, per eundem Alexandrum prædeceſſorem, ejuſque ſucceſſores præfatos ad nominationem hujuſmodi eiſdem Eccleſiis reſpectivè præficiendas reſervaverit, conceſſerit, & aſſignaverit, & alias prout in ipſius Alexandri prædeceſſoris litteris deſuper in ſimili forma Brevis die 11. Decembris 1664. expeditis,

quarum tenorem præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſo haberi volumus, uberiùs continetur.

Nos qui Majeſtatem tuam pietate, religionis zelo, ac in Nos & in Apoſtolicam Sedem obſervantiâ, aliiſque Chriſtianiſſimo Rege dignis virtutibus eximiè præfulgentem, in viſceribus paternæ gerimus charitatis, firmiter in Domino ſperantes fore ut tam tu, quàm ſucceſſores tui Reges Chriſtianiſſimi glorioſis anteceſſorum Regum veſtigiis inhærentes, religionem Chriſtianam, & fidem orthodoxam tueri, propagare, dictæque Sedis Apoſtolicæ honorem & authoritatem in univerſis ejuſdem Majeſtatis tuæ, & ipſorum Regum ſucceſſorum Dominiis ſemper illibatos conſervare omni ſtudio curaturi, ac in nominandis ad ipſa prę'ata beneficia perſonis quę vitę integritate, religione, fide & doctrinâ præſtent, ſummum ſtudium, ſummamque diligentiam ſemper adhibituri, nec conſcientiam veſtram ea in re ullo modo lædi paſſuri ſitis; ampliorem tibi, tuiſque ſucceſſoribus prędictis exercendæ erga perſonas benemeritas regiæ beneficentiæ facultatem Apoſtolicà benignitate duximus concedendam.

Itaque motu proprio, ac ex certa ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, *eidem Majeſtati tua ac ſucceſſoribus tuis Fra: corum Regibus Chriſtianiſſimis in unitate Catholica fidei*, ac ſedis Apoſtolicæ prefatę obedientia perſeverantibus jus Nominandi Nobis, & pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris perſonas probatas, bonorum nominis & famæ, ac ſecundùm ſacrorum Canonum & Concilii Tridentini decretorum diſpoſitionem idoneas, ad quæcunque & qualiacunque beneficia Ec-

fata tibi, tuiſque ſucceſſoribus Regibus memoratis, Civitates Metenſem, Tullenſem, & Virodunenſem, earumque Territoria præfata pro tempore poſſidentibus competere debere, neque ſub quacunque quantumvis ſpeciali derogatione comprehendi, vel ei quovis modo & ex quacumque cauſa derogari, & ſi derogari contingat, id minimè ſuffragari poſſe, & nihilominus quaſcumque Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum beneficiorum hujuſmodi provifiones, Commendas, & alias de eis diſpoſitiones, etiam cum juris nominandi hujuſmodi derogatione, contra earumdem præſentium tenorem, etiam per Nos & ſucceſſores noſtros præfatos, ac ſedem eandem abſque tuis, ſucceſſorumque tuorum Regum præfatorum nominationibus, etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus quoquomodo pro tempore faciendas, ac deſuper conficiendas litteras & inde ſecutura quæcunque nulla & invalida, nulliuſque roboris & momenti fore & eſſe, teque vel memoratos Reges ſucceſſores tuos ad docendum de literis præfatis, ſeu illas oſtendendum, & in eis contenta quæcunque juſtificandum minime teneri, ſed eiſdem præſentibus tantùm uti poſſe, illiſque tam in judicio quàm extra illud ſtari debere, ſicque & non aliter per quoſcunque Iudices & Commiſſarios quâvis authoritate fungentes etiam cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, ac eiuſdem S. R. E. Cardinales, ſublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus quibuſvis generalibus vel ſpecialibus Monaſteriorum & Prio-

ratuum aliorumque beneficiorum præfatorum reſervationibus ſeu affectionibus Apoſtolicis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac nos & ſedem eandem quomodolibet factis, ſeu pro tempore faciendis, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis & edendis, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis,necnon in univerſalibus provincialibuſque Conſiliis editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, ac quarumcunque Eccleſiarum & Monaſteriorum, illorumque ordinum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Litteris Apoſtolicis, etiam quaſvis clauſulas & reſervationes in ſe continentibus per eoſdem prædeceſſores, ac nos & ſedem eandem Eccleſiis & Monaſteriis, illorumque Capitulis, Conventibus & Ordinibus a iiſque perſonis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generaliter idem importantes mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat, ſpecialiter & expreſſè motu, ſcientia. & poteſtatis plenitudine paribus derogamus & plenè derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut tam tu, quàm ſucceſſores tui Reges prædicti, intra ſex men-

ſes à die vacationis Monaſteriorum, Prioratuum, aliorumque beneficiorum hujuſmodi computandos, perſonas idoneas, Nobis & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici pro collatione, proviſione, ſeu commenda obtinenda, nominare omnino teneamini; & ad Monaſteria ſeu Prioratus hujuſmodi in titulum concedi ſolita Clerici ſæculares, vel alterius quàm Monaſterii ſeu Prioratus, ad quod ſeu quem eos per te vel ſucceſſores tuos Reges prædictos nominari contigerit, Ordinis regulares nominandi habitum per fratres ſeu Monachos illius Monaſterii ſeu Prioratûs geſtari ſolitum ſuſcipere; & profeſſionem per eoſdem fratres ſeu Monachos emitti conſuetam expreſsè emittere. omneſque & ſinguli nominati præfati ſuper Monaſteriis, Prioratibus, & aliis Beneficiis quibuſcunque præfatis, cujuſcunque valoris annui etiam minimi exiſtant, litteras Apoſtolicas collationis, proviſionis, ſeu commendæ reſpectivè ſub plumbo, intra alios ſex menſes à die factæ nominationis computandos expedire, ac jura Cameræ Apoſtolicæ & aliis propterea debita perſolvere omninò teneantur, alioquin dictis ſex menſibus reſpectivè elapſis, de Monaſteriis, & Prioratibus, aliiſque beneficiis præfatis, ut præfertur vacantibus per nos ſeu pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem libere diſponi poſſit. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 23. Martii 1668. Pontificatus noſtri anno primo.

Signatum I. G. Fluſius.

Et ſur le Reply eſt écrit, *Enregiſtré és Regiſtres du grand Conſeil du Roy, ſuivant l'Arreſt ce jourd'huy donné en iceluy. A Paris le vingt-cinquiéme jour de Janvier mil ſix cens ſoixante-dix.* Signé HERBIN.

# CLEMENTIS IX.

## INDVLTVM NOMINATIONIS ad Epiſcopatum *Elnenſem* & beneficia in eo ſita.

*Clemens Papa* IX.

CHariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Præclaræ Majeſtatis tuæ ac progenitorum & majorum tuorum Regum Chriſtianiſſimorum Principum longè clariſſimorum, invictiſſimorumque Chriſti Athletarum ac egregiorum ſedis Apoſtolicæ cultorum promerita exigunt, ac præcipuus, quo eandem Majeſtatem tuam filiali erga Nos, & eandem ſedem obſervantia, ac pietate orthodoxæ fidei conſervandæ, zelo, aliiſque Rege Chriſtianiſſimo dignis virtutibus atque decoribus multipliciter piè fulgentem proſequimur, paternæ charitatis affectus nos urget, atque impellit, ut tibi tuiſque ſucceſſoribus Regibus Chriſtianiſſimis luculenta Pontificiæ noſtræ benignitatis dona largiamur firma ſpe ac fiduciâ in Domino freti, fore ut tam tu, quàm ſucceſſores tui Reges prædicti, viæ anteceſſorum Regum veſtigiis impreſſæ inhærentes populos ditioni veſtræ creditos in fide catholica, ac vetere erga ſedem prædictam obedientia continere pari laude conaturi; Conſtitutioneſque Apoſtolicas in univerſis Dominiis veſtris, debitæ ſemper executioni mandari, ac ſedis ejuſdem honorem, & auctoritatem, illibatos conſervari omni ſtudio ſitis curaturi.

Volentes itaque tibi qui, ut accepimus, univerſum Comitatum, & Vicariam Ruſcinonenſem, Comitatum, & Vicariam Confluentinam, exceptis iis locis, qui in Pyrenæorum parte Hiſpaniam ſpectante, ſita eſſe, judicata ſunt, itemque partem comitatus Cerdaniæ, quam in parte Pyrenæorum Galliam ſpectante, ſitam eſſe pariter judicatum fuit, Regiones, Vrbes, Oppida, Caſtella ex quibus vicariæ Ruſcinonenſis, & Confluentinæ, & ea pars Comitatûs Cerdañæ de qua mox dictum eſt, conſtant, earum acceſſiones, appendices, & adjuncta de præſenti poſſides & per totum annum 1666. poſſediſti, tuiſque ſucceſſoribus Regibus Francorum Chriſtianiſſimis, quò regiam benevolentiam, erga perſonas benemeritas, vobiſque gratas, & acceptas exercere valeatis gratiam facere ſpecialem, ac ſperantes te, ac illos in nominandis ad Eccleſiam *Elnenſem*, & Monaſteria conſiſtorialia intra fines ditionum, & locorum prædictorum, à te ut perfertur poſſeſſorum conſiſtentia perſonis, quæ vitæ integritate, religione, fide, & doctrina præſtent, & Epiſcopalis muneris prærogativâ reſpectivè dignæ ſint, ſummum ſtudium, ſummamque diligentiam ſemper adhibituros, nec conſcientiam veſtram hac in re ullo modo lædi paſſuros eſſe: motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tibi, tuiſque ſucceſſoribus Regibus Francorum Chriſtianiſſimis in ſinceritate fidei & unitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, necnon obedientia ac devotione, noſtris & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, canonicè intrantium, perſeverantibus, qui pro tempore civitatem Elnenſem, ac Comitatus, & Vicarias Ruſcinonenſem, & Confluentinam ac partem Comitatus Cerdaniæ, in

parte Pyrenæorum Galliam ſpectante ſitam, Regiones, Vrbes, Oppida, Caſtella, acceſſiones, appendices, & adjuncta prædicta, prout ſuprà enuntiatum eſt, pro tempore poſſederint, jus Patronatus, & præſentandi perſonas probatas bonorum nominis & famæ, ac ſecundum ſacrorum Canonum, & Concilii Tridentini decretorum diſpoſitionem idoneas ad dictam Eccleſiam Elnenſem, ac omnia, & ſingula Monaſteria conſiſtorialia, intra fines ditionum ac locorum prędictorum dumtaxat conſiſtentia, quotieſcunque illam, & illa quovismodo, & ex quorumcunque etiam ejuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium perſonis etiam in Romana Curia vacare contingeret, per Nos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros prædictos eiſdem Eccleſiæ Elnenſi & Monaſteriis reſpectivè, ad præſentationem hujuſmodi præficiendas tenore præſentium de ſpecialis dono gratię, concedimus, & aſſignamus.

Decernentes jus Patronatus, & Præſentandi hujuſmodi, illius omnino naturę, & vigoris exiſtere; cujus jus Patronatus Regium, ex fundatione & dotatione exiſtit, ac quaſcumque proviſiones, commendas, adminiſtrationes, uniones, & diſpoſitiones tam de vacantibus quàm de vacaturis, per viam acceſſus & regreſſus, & aliàs quomodolibet etiã de conſenſu illam, vel illa pro tempore obtinentium de Eccleſia Elnenſi ac Monaſteriis prædictis abſque præſentatione aut expreſſo conſenſu tuo, tuorumque ſucceſſorum prędictorum per Nos, dictoſque ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, & ſedem prędictam quomodolibet ex nunc de cætero faciendas, aut pro tempore factas, & quaſcunque litteras Apoſtolicas, deſuper quomo

dolibet confectas, etiam quaſcunque derogationes quorumvis jurium Præſentandi, ſeu Nominandi, etiam cum quibuſvis efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis in re continentes nullius roboris vel momenti exiſtere & fore; ſicque & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales quavis authoritate fungentes, ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari & definiri debere; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari; non obſtantibus quibuſvis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis, & edendis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Elnenſibus & Monaſteriorum præfatorum & Ordinum quorum illa ſunt, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus & formis ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, & aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis & innovatis: quibus omnibus & ſingulis etiam pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret ac ſi tenores hujuſmodi de verbo ad verbũ nihilo penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in

ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effe-ctum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſ-sè derogamus cæteriſque contrariis quibuſ-cumque; Cæterum quantò magis Maieſtatem tuam, eiuſque ſucceſſores, favoribus & gra-tiis ex Apoſtolicę Sedis benignitate proſequi-mur & decoramus, tantò magis pro iniuncto nobis paſtoralis ſollicitudinis munere nos obſtringi dignoſcimus, ad exigendum à te ut ubi Sedes Apoſtolica tibi nova paternæ be-nevolentiæ cumulat argumenta; filialis de-beant ibi obſervantiæ iura erga ipſam Sedem Apoſtolicam vel continuata ſervari, vel in-termiſſa reſtitu. Intendimus itaque ut in ci-vitate Elnenſi & Comitatibus, ac Vicariis aliiſque omnibus & ſingulis locis & ditioni-bus prædictis eiuſdem ſedis Apoſtolicæ iura quæcunque, prӕſertim verò circa tribunalia inquiſitionis adverſus hęreticam pravitatem, Iuriſdictionem Concilii Tridentini, littera-rumque Apoſtolicarum in die Cœnæ Domini legi ſolitarum obſervantiam, & executionem liberam appellationum in cauſis ad forum Eccleſiaſticum quoquomodo ſpectantibus tam ſuper poſſeſſorio, quàm petitorio ad Romanam Curiam devolutam, facultates Iu-dicis ut vocant del Breve, in illis partibus vigore litterarum Apoſtolicarum in ſimili forma brevis expeditarum deputari ſoliti, re-ſervationes menſium Apoſtolicorum, aliaſ-que omnes tam generales, quàm ſpeciales Apoſtolicas beneficiorum proviſiones, Penſio-num ſuper ipſis aſſignationes, ſpolia & annа-tas Camerę Apoſtolicæ debitas, & ad ipſas exi-gendas miniſtrorum deputationem, ita hodierno & futuris dictorum ſucceſſorum tem-poribus, ſalva ſemper & illæſa quoad omnes ſuas partes omnino maneant, ſerventur, at-que executioni reſpectivè mandentur, & qua-

tenus opus ſit in priſtinum reſtituantur prout in dicta civitate Elnenſi, & Comitatibus, & Vicariis, aliiſque omnibus & ſingulis locis, & ditionibus prædictis, ante annum 1640. manebunt, ſervabuntur, & executioni demandabuntur: Declarantes noſtram intentionem atque enixam voluntatem eſſe, ut prædicta iuris patronatus & pręſentandi conceſſio præfatę obſervantię, executioni, & reſtitutioni innitatur, & conformetur. Datum Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die IX. Aprilis 1668. Pontificatus noſtri anno primo. *Enregiſtré au Regiſtres du grand Conſeil le Iuin 1670.*

# BULLA

## EIVSDEM CLEMENTIS IX.

### Nominationis ad Epiſcopatum *Atrebatenſem*, eiuſque Beneficia.

*Clemens Papa IX.*

CHariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Pręclarę Maieſtatis tuę, ac progenitorum, & maiorum tuorum Regum Chriſtianiſſimorum, Principum longè clariſſimorum, invictiſſimorumque Chriſti Athletarum, ac egregiorum Sedis Apoſtolicę cultorum promerita exigunt, ac pręcipuus quo eandem Maieſtatem tuam filiali erga Nos, & eandem Sedem obſeruantia ac pietate orthodoxę fidei conſervandæ & propagandę zelo, aliiſque Rege Chriſtianiſſimo dignis virtutibus, atque decoribus multipliciter præfulgentem proſequimur, paternę charitatis affectus nos urget, atq; impellit, ac tibi tuiſque ſucceſſoribus ut

Regibus Chriſtianiſſimis luculenta Pontificiæ noſtræ benignitatis dona largiamur, firmâ ſpe atque fiduciâ in Domino freti, fore ut tam tu, quàm ſucceſſores tui Reges prædicti, viæ anteceſſorum Regum veſtigiis impreſſæ inhærentes, populos ditioni veſtræ creditos in fide catholica ac vetere apud ſedem prædictam obedientia continere pari laude conaturi, conſtitutioneſque Apoſtolicas in univerſis dominiis veſtris debitæ ſemper executioni mandari, ac ſedis ejuſdem honorem, & authoritatem illibatos conſervari omni ſtudio ſitis curaturi.

Volentes itaque tibi, qui, ut accepimus, civitatem Atrebatenſem de præſenti poſſides tuiſque ſucceſſoribus Regibus Francorum Chriſtianiſſimis, quo regiam benevolentiam erga perſonas benemeritas, vobiſque gratas, & acceptas exercere valeatis, gratiam facere ſpecialem, ac ſperantes te ac illos in nominandis ad Eccleſiam Atrebatenſem nunc & pro tempore paſtoris ſolatio deſtitutam, perſonis quæ vitæ integritate, religione, fide, & doctrinâ præſtent, ac Epiſcopalis muneris prærogativâ dignæ ſint, ſummum ſtudium, ſummamque diligentiam ſemper adhibituros, nec conſcientiam veſtram hac in re ullo modo lædi paſſuros eſſe. motu proprio ac ex certa ſcientia noſtris deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tibi tuiſque ſucceſſoribus Regibus Francorum Chriſtianiſſimis qui pro tempore eandem civitatem Atrebatenſem poſſederint, jus Nominandi perſonam idoneam in Theologia Magiſtrum, aut in Decretis doctorem, ſeu licentiatum nobilium Vniverſitatum more, diligenti examine præcedente, promotum ad Eccleſiam *Atrebatenſem* præfatam nunc vacantem, & quotieſcunque illam vacare contigerit, Nobis,

& Romano Pontifici qui pro tempore fuerit, per nos & eundem Pontificem in Epiſcopum Atrebatenſem ad nominationem hujuſmodi inſtituendum tenore præſentium in perpetuum reſervamus atque concedimus; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus: non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictæ Eccleſiæ Atrebatenſis etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis etiam eidem Eccleſiæ, ejuſque capitulo ac quibuſvis aliis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis etiam motu proprio ac ex certa ſcientia, ac conſiſtorialiter conceſſis, ac etiam iteratis vicibus confirmatis & innovatis; quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, ac ſi tenores hujuſmodi de verbo ad verbum nihilo penitus omiſſo, & formâ in illis traditâ, obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, illaque adverſus præmiſſa ſuffragari nullo modo poſſe ſeu debere decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum

Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 9. Aprilis 1668. Pontificatus noſtri anno primo.

*Enregiſtré aux Regiſtres du grand Conſeil le Juin 1670.*

*Eadem jura in Epiſcopatu Tornacenſi ſimili verborum tenore Regiæ Majeſtati ab eodem Pontifice conceſſa apud ſanctam Mariam Majorem die 27. Auguſti ejuſdem anni. 1668.*

## BREVE EIUSDEM D. CLEMENTIS IX. Papæ de non vacando in Curia ad Chriſtianiſſimum Regem Ludovicum XIV. pro Abbatiis Em. Franciſci-Mariæ Cardinalis Mancini.

CHariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut Majeſtatis tuæ nomine nobis nuper expoſitum fuit, Dilectus filius noſter Franciſcus Maria S. R. E. Cardinalis Mancinus nuncupatus, unum ſancti Luciani Bellovacenſis & alterum ſancti Roberti domus Dei, & aliud S. Martini Laudunenſis ac reliquum S. Petri de Preaux, nuncupata Monaſteria, ſive Abbatias in regno Franciæ conſiſtentes ſeu conſiſtentia, ad quæ jus nominationis eidem Majeſtati tuæ vigore Concordatorũ inter Sedem Apoſtolicam & claræ memoriæ Franciſcum I. olim Francorum Regem initorum competit, in Commendam ad ſui vitam conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtineat, ſeu obtinere ſperet: Nos ne prædicto Franciſco Maria Cardinale, forte apud ſedem eandem decedente, Majeſtas tua impediatur quominus ad Monaſteria hujuſmodi ratione dictorum Concordatorum, aut ſpecialis Indulti Apo-

ſtolici nominare poſſit, opportunè providere volentes, ſupplicationibus ejuſdem Majeſtatis tuæ nomine nobis ſuper hòc humiliter porrectis inclinati, eidem Majeſtati tuæ, ut ſi contingat Monaſteria prædicta per dictum Franciſcum Mariam Cardinalem, ut præfertur obtenta ſeu obtinenda per obitum vel ceſſionem ejuſdem Franciſci Mariæ Cardinalis aut alias ex illius perſona apud ſedem prædictam vacare: Nihilominus de illis ſic vacantibus non niſi ad tuam Nominationem nobis ſeu Romano Pontifici provideri & diſponi poſſit aut debeat, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium concedimus & indulgemus, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis etiam in corpore juris clauſis, ac Beneficiorum Eccleſiaſticorum apud ſedem prædictam pro tempore vacantium reſervatoriis, ac aliter quomodolibet diſponentibus Concordatis & Indulto prædictis; Quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis & de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorū effectum hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem ſub annulo Piſcatoris die 30. Auguſti 1667. Pontificatus noſtri anno primo. Signé,

# LITERÆ REGIÆ HENRICI II, CIRCA

## *PONTIFICIAM COLLAtionem Beneficiorum in Ducatu* Britanniæ, *& Comitatu* Provinciæ.

HEnricus Dei gratiâ Francorum Rex, univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem.

Cùm poſtquam nos, defuncto claræ memoriæ Franciſco Francorum Rege Chriſtianiſſimo, genitore noſtro, cui per felicis recordationis Leonem decimum & Clementem ſeptimum, ſeu alios Romanos Pontifices nonnulla Nominandi ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria, ſeu alia Eccleſiaſtica beneficia certo modo qualificata, in Regno Franciæ ac certis aliis dominiis, nec non Ducatu Britanniæ, & provincia Provinciæ conſiſtentia, extra Romanam Curiam pro tempore vacantia, Privilegia & Indulta ad eius vitam, certis modo & formâ, conceſſa fuerunt apud ſanctiſſimum Dominum noſtrum Iulium tertium Pontificem maximum ad præſens regnantem, pro ſimilibus Privilegiis & Indultis inſtaremus, & à ſanctitate ſua illa nobis

prout dicto genitori noſtro conceſſa erant, noſtrâ vitâ durante pariter concedi peteremus: pro parte ejuſdem ſanctiſſimi Domini noſtri, tam noſtris apud ſanctitatem ſuam agentibus, quàm nobis per ejus Nuntios fuerit ſignificatum, ut cum in dictis Ducatu Britanniæ, & provincia Provinciæ, nonnulla in diminutionem & præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis, & authoritatis ſanctę Apoſtolicæ Sedis attentata eſſe, ac continuò attentari reperirentur, pro noſtra erga dictam ſedem devotione, attentata hujuſmodi impedire & prohibere, ac ut tua ſanctitas, dictaque ſancta Sedes in eiſdem Ducatu & Provincia, pleno ſuo jure & authoritate frui & uti valeat, provideri faciamus.

Vnde(re) omni particulari in ſcriptis nobis traditâ, & ad noſtram notitiam deductâ, tam ex Iuris debito, quàm volentes ſanctitatem ſuam, dictamque ſedem Apoſtolicam non minori, quam in Privilegiis, & Indultis nobis concedendis prędictis benevolam & gratam nobis eſſe ſperamus, gratitudine & benevolentiâ proſequi; in præmiſſis taliter providendum duximus.

Sit ergo notum, quòd nos pro obedientia filiali, qua ſanctitatem ſuam proſequimur, ex certa noſtra ſcientia, plenaria poteſtate & authoritate regiâ, tenore pręſentium diximus & declaravimus, dicimus & declaramus noſtram præcipuam voluntatem & intentionem fuiſſe, & eſſe, quod iſdem ſanctiſſimus Dominus noſter, eademque ſancta ſedes gaudeant & utantur in eiſdem Dominiis noſtris, Provinciæ & Britanniæ ſuis juribus, authoritatibus & præeminentiis, quibus prædeceſſores ſui Romani Pontifices retroactis temporibus ante attentata hujuſmodi gaviſi ſunt, atq; uſi, ac & uti gaudere quomodolibet po-

aut ſumptorum vel tranſſumptorum, abſque litteris Apoſtolicis ſub plumbo expeditis.

9. Declarantes quòd vigore Concordatorum nihil ſiat in ducatu Britanniæ, aut prouincia Prouinciæ, cum in Concordatis non comprehendantur, etiamſi Ducatus dictus vnitus fuerit Regiæ coronæ.

9. Mandantes noſtris dilectis ac fidelibus noſtrarum Curiarum Parlamenti Prouinciæ, & Britanniæ, Requeſtarum Magiſtris, Conſilio & Cancellario eiuſdem Britanniæ, nec non Seneſcallis, Aduocatis, Locatenentibus, aliiſque noſtris Officiariis earumdem patriarum Prouinciæ & Britanniæ, & eorum cuilibet reſpectiuè, prout ad eum pertinet, quatenus ipſi noſtras præſentes declarationem, & voluntatem, receptas, & admiſſas manuteneant, cuſtodiant, & obſeruent, ac manuteneri, cuſtodiri & obſeruari, ac vocatis, & adhibitis Aduocatis & Procuratoribus noſtris fiſcalibus, in eorum authenticis & publicis libris & Regiſtris ſcribi ac notari faciant, eiſque præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam, ſanctamque ſedem Apoſtolicam, ac eius officiarios, commiſſarios, & deputatos, plenè ac pacificè gaudere & vti permittant, abſque eo quod illis aliquam deſuper moleſtiam, perturbationem, vllumve impedimentum inferant, & ſi quæ poſt præfatam approbationem, & regiſtrationem contra præmiſſa facta ſunt, vel fuerunt, è veſtigio & abſque dilatione amoueant, eademque præmiſſa plenè & integrè expedita in priſtinum & debitum ſtatum reſtituant, ſeu reſtitui faciant: Sic enim nobis fieri placet. In cuius teſtimonium præſentibus litteris noſtrum ſigillum appendi iuſſimus. Datum apud ſanctum Germanum, die 29. menſis Iulij anno Domini milleſimo

quingenteſimo quinquageſimo, Regni autem noſtri quarto. Sic ſignatum ſuper plicam per Regem, DV THIER.

Et ſuper eodem replicato continetur, *Lecta, publicata & regiſtrata audito Procuratore generali Regio.* Actum in Parlamento Nannetis IV. Septemb. anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo.

*Extrait des Regiſtres du Parlement, ſigné* GAVLTIER.

# MANDATA
## LEGATIONUM PONTIFICIARUM,
### MODUSQUE EX USU GALLIÆ ipſis impoſitus.

*Facultates Legationis, conceſſæ Domino Hieronymo tit. S. Georgij in Velo aureo Diacono Card. in Regno Franciæ à latere Legato.*

An. 1547.

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Hieronymo, ſancti Georgij ad velum aureum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardinali, ad chariſsimum in Chriſto filium noſtrum Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſsimum, ac regnum Galliæ, omniaque & ſingula, provincias, dominia, civitates, terras & loca ipſi Franciſco Regi ſubiecta, noſtro & Apoſtolicæ ſedis Legato ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem

Cum nos hodie te ad chariſsimum in Chri-

ſto filium noſtrum Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſsimum ac Regnum Galliæ, omniaque & ſingula, provincias, dominia, civitates, terras & loca præfato Franciſco Regi ſubiecta, pro nonnullis arduis negotiis Romanam Eccleſiam & orthodoxam catholicamque Fidem, ac totam Rempublicam concernentibus, noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere (tanquam pacis Angelum) de fratrum noſtrorum conſilio duxerimus deſtinandum: Nos cupientes ut erga perſonas Regni, Provinciarum, dominiorum, civitatum, terrarum, & locorum huiuſmodi ac aliorum ad quæ te declinare contigerit, ad te undecunque confluentes & venientes, necnon familiares tuos continuos, commenſales, undecunque originem & ubicunque domicilium habentes, tuis obſequiis inſiſtentes, tibique ſervientes, te poſsis reddere gratioſum, Circunſpectioni tuæ de qua in his & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus.

1. Matrimoniales, & beneficiales, ac alias Eccleſiaſticas, necnon ſpirituales & prophanas cauſas quaſlibet ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, tam primæ inſtantiæ, quàm appellationum quarumcunque, à quibuſcunque iudicibus ordinariis & delegatis, etiam ad nos & ſedem prædictam, ſeu quoſcunque alios etiam à latere legatos & iudices, interpoſitarum pro tempore, & durante dictâ legatione interponendarum etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſolâ facti veritate inſpectâ, cum poteſtate citandi & inhibendi ac ſequeſtrandi & exequendi etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, etiam ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, etiam pecu-

niariis, tuo vel tuorum delegatorum arbitrio moderandis, exigendis, & applicandis, per te vel alium ſeu alios audiendas, cognoſcendas, & fine debito terminandas Delegandi.

2. Illaſque etiam ſi per nos aut alios auctoritate Apoſtolica delegatæ forent, ſeu aliàs coram quocunque penderent, cùm tibi placuerit ad te Evocandi, & aliis etiam ſimiliter Committendi: ac adverſus quaſcunque ſententias & res iudicatas ac contractus, & læſiones quaſcunque dictis tuis familiaribus beneficium Reſtitutionis in integrum concedendi.

3. Ac officium tabellionatus quibuſcunque perſonis idoneis, recepto ab eis in forma ſolita iuramento, concedendi, illoſque Tabelliones creandi, & de notariatu officio inveſtiendi: aliàs iuxta formam in Quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ deſcriptam.

4. Ac Milites auratos, Comiteſque Palatinos, ac Poëtas laureatos creandi, conſtituendi & deputandi: ac perſonas ſufficientes & idoneas ad doctoratus ſeu licentiaturæ, & baccalaureatus, in utroque, vel altero Iurium, & etiam ad magiſterii, tam in Theologia, quàm Artibus & Medicina, vel alios gradus huiuſmodi promovendi: eiſque inſignia ſolita & debita conferendi & exhibendi, ſeu exhiberi & conferri faciendi: eiſque quod omnibus & ſingulis gratiis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, & indultis quibus alii Milites aurati, Poëtæ laureati, & comites Palatini per nos & ſedem prædictam creati, & inſtituti.

5. Nec non ad huiuſmodi gradus in Univerſitatibus ſtudiorum generalium, iuxta illorum actus & mores, ac ſervatis ſervandis promoti utuntur, potiuntur, & gaudent: ſeu uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodo-

libet in futurum uti, potiri, & gaudere liberè & licitè poſſint & debeant, indulgendi.

6. Ac cum nobilibus & graduatis ut quæcumque tria, & ſi cum eis ad duo incompatibilia Beneficia Eccleſiaſtica inſimul ad vitam obtinenda diſpenſatum foret, cum eis ut quodcunque tertium: cum aliis verò non nobilibus aut graduatis ut quæcunque duo curata, ſeu aliàs invicem incompatibilia: etiam ſi dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia in cathedralibus etiam Metropolitanis vel collegiatis: & dignitates ipſæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales maiores, ſeu Collegiatis Eccleſiis huiuſmodi principales, aut duo ex iiſdem Parrochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ fuerint: & ad dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia huiuſmodi conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum.

7. Necnon quæcunque duo ſimilia vel diſſimilia ſub uno, duobus vel tribus tectis dictarum vel aliarum Eccleſiarum conſiſtentia, ac cum quibuſvis perſonis cuiuſvis ordinis, Monachis, Canonicis, & Religioſis: ut quæcunque duo Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, regularia, aut cum altero eorum ſeu ſine illis unum curatum ſeculare: & cum quibuſvis clericis ſecularibus, ut unum beneficium Eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura, cuiuſvis ordinis regulare: etiam ſi beneficia regularia huiuſmodi, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint: & ad illos, illas vel illa conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum.

8. Regulares videlicet, unum ex dictis regularibus beneficiis huiuſmodi, quod ma-

fuerint, etiam ſi prioratus, prępoſitura, aut alia dignitas conventualis, aut officium clauſtrale fuerit, in titulum: & ipſi regulares reliquum ac ſeculare, vel alterius ordinis regulare.

9. Necnon Clerici ſeculares unum quod conventuale aut clauſtrale non ſit, in commendam, quoad vixerint, vel ad tempus de quo tibi videbitur retinere, ac de ipſius commendandi beneficii fructibus, redditibus, & proventibus diſponere & ordinare, ſicuti illud in titulum pro tempore obtinentes de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt (alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium & precioſorum mobilium dicti beneficii in commendam retinendi eis penitus interdictâ.)

10. Necnon cum patientibus defectum Natalium etiam regularibus, ut ad omnes etiam ſacros ordines promoveri, ac quęcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, aliàs ſe invicem compatientia, etiam ſi Canonicatus & Præbendę, in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis Eccleſiis huiuſmodi ac aliàs, ut præfertur, qualificata fuerint.

11. Dummodo dignitates in Metropolitanis, vel aliis Cathedralibus poſt Pontificales maiores, & in Collegiatis Eccleſiis huiuſmodi principales non exiſtant: Ac etiam cum eis, ſi graduati non fuerint, ut pręfertur, ad duo: ſi verò graduati fuerint ad tria incompatibilia beneficia huiuſmodi, non tamen dignitates maiores, ut pręfertur, nec principales: vel cum diſpenſatis ad duo, ad tertium curatum vel aliàs incompatibile, ut ſupra dictum eſt

12. Et cum regularibus etiam ad Beneficia

regularia, ut prefertur, qualificata: & cum patientibus Ætatis defectum, etiam regularibus, ſupra decimumſeptimum ſuæ ętatis annum, ut ſeculare quodcunque beneficium Eccleſiaſticum curatum, vel aliàs incompatibile, etiamſi dignitas, perſonatus, adminiſtratio vel officium in Cathedrali vel Metropolitana, vel Collegiata: etiam ſi dignitas ipſa in Cathedrali Metropolitana poſt Pontificalem maior, & in Collegiata Eccleſia huiuſmodi principalis, ſeu Parrochialis Eccleſia, vel eius perpetua Vicaria fuerit: & ad dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia tam ſecularia, quàm regularia huiuſmodi conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum. Regulares verò beneficium etiam ſeculare, ut prefertur, qualificatum, ſi eis aliàs canonicè conferantur, aut ipſi eligantur, pręſententur, vel aliàs aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eis, recipere: & inſimul quoad vixerit retinere.

13. Illaque ſimul vel ſucceſſivè, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis quotiens ſibi placuerit, dimittere, & commendæ huiuſmodi cedere: ac loco dimiſſi vel dimiſſorum aliud, vel alia, ſimile vel diſsimile, aut ſimilia vel diſsimilia beneficium ſeu beneficia Eccleſiaſticum vel Eccleſiaſtica, quęcunque, quotcunque & qualiacunque compatientia, ſeu duo aut tria, vel tertium curata, ſeu aliàs invicem incompatibilia.

14. Ac duo alia ſimilia vel diſsimilia ſub uno, duobus aut tribus tectis conſiſtentia: ac quęcunque, quotcunque & qualiacunque cum cura & ſine cura ſe invicem & cum prędictis compatientia, aut ſupra dictum decimumſeptimum annum agentes, curatum vel aliàs incompatibile beneficia Eccleſiaſtica

reſpectivè ſimiliter recipere.

15. Et dummodo inter ipſa tria incompatibilia plures quam duę Parochiales Eccleſię vel earum perpetuę Vicarię, aut duo Canonicatus & Præbendę, ſeu duę dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia ſub eodem tecto, & pro dictis patientibus defectum natalium dignitates ipſę in eiſdem Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales maiores, aut Collegiatis Eccleſiis huiuſmodi principales non exiſtant, inſimul quoad vixerint, vel ad tempus retinere.

16. Quodque conſtituti in ſextodecimo, ad Subdiaconatus, & in decimooctavo ad Diaconatus, ac in vigeſimoprimo ſuarum ętatum annis, ſi ratione beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum arctati fuerint ad Presbyteratus ordines, & tam ipſi quam quicunque alii in Ætate legitima conſtituti, & ſimiliter arctati promoveri volentes, ad omnes Ordines prædictos, etiam extra tempora à iure ſtatuta, quibuſvis diebus dominicis vel feſtivis, & provt neceſſitas exegerit, ad duos ex ordinibus prędictis eodem die, à quocunque maluerint Catholico Antiſtite, gratiam & communionem dictę ſedis habente: aliàs tamen ritè promoveri, liberè & licitè poſſunt.

17. Quodque obtinentes beneficia Eccleſiaſtica curata, ſeu aliàs ſacros & presbyteratus ordines, huiuſmodi tam de iure quàm ex ſtatuto, fundatione vel alias requirentia, ut ratione illorum uſque ad ſeptennium, à fine anni eis à iure præfixi computandum, ad aliquem ex Diaconatus & Presbyteratus ordinibus huiuſmodi, dummodo infra primum dicti ſeptennii biennium ad dictum Subdiaconatus ordinem promoti fuerint, ſe promoveri facere minimè teneantur: nec ad id

à quoquam quavis auctoritate inviti valeant coarctari, etiam ſi unum, duo vel plura ſeptennia vel alia tempora ad id per nos aut ſedem eandem pluries conceſſa & prorogata fuerint, & pendeant.

18. Et cum quibuſvis perſonis tertio aut quarto, aut mixtim tertio & quarto etiam multiplici Conſanguinitatis, ſeu Affinitatis gradibus invicem coniunctis, & quocunque impedimento publicæ honeſtatis: aut cum his qui per Adulterium ſe polluiſſent (dummodo in mortem defuncti coniugis quicquam machinati non fuiſſent) ut invicem matrimonialiter copulari, & in contractis per eos ſcienter vel ignoranter matrimoniis cum abſolutione à cenſuris, quas ſic ſcienter contrahendo incurriſſent, remanere poſſint, prolem exinde ſuſceptam legitimam decernendo, diſpenſandi.

19. Ac perſonis quibuſcumque Eccleſiaſticis, ſecularibus & regularibus, ut quoad vixerint, vel ad aliud tempus in Romana curia vel altero beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum reſidendo, aut litterarum ſtudio, in loco ubi illud vigeat generale, inſiſtendo, fructus, redditus & proventus omnium & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura, quæ in quibuſvis Eccleſiis ſive locis pro tempore obtinebunt, etiam ſi ut præfertur, qualificata fuerint cum ea integritate (diſtributionibus quotidianis duntaxat exceptis) liberè percipere valeant: cum qua illos perciperent ſi in eiſdem Eccleſiis ſive locis perſonaliter Reſiderent: & ad reſidendum interim in eiſdem minimè teneantur, nec ad id à quoquam inviti valeant coarctari. Proviſo quòd beneficia prædicta debitis propterea non fraudentur obſequiis, &

quibus illa immineat, nullatenus negligatur: ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de ipſorum beneficiorum proventibus neceſſaria congruè miniſtrentur, diligenter exerceantur & deſerviantur inibi laudabiliter in divinis.

20. Ac quibuſcumque perſonis, ut liceat habere Altare portatile cum debitis reverentia & honore, ſuper quo in locis ad id congruentibus & honeſtis, ſine alieni iuris præiudicio, & cùm qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, antequam eluceſcat dies (circa tamen diurnam lucem) ita quòd id eis nec ſacerdoti taliter celebranti ad culpam valeat imputari.

21. Et cum eos ad loca Interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſita contigerit declinare, in illis clauſis ianuis, excommunicatis & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſâ voce poſſint per ſe ipſos (ſi ad Presbyteratus ordinem ritè promoti fuerint) aut per proprium vel alium ſacerdotem miſſas & alia divina officia in ſua & familiarium ſuorum domeſticorum præſentia celebrare, & celebrari facere: dummodo ipſi vel illi cauſam non dederint interdicto, nec id ipſis vel illis contigerit ſpecialiter interdici. Proviſo quòd parcè huiuſmodi conceſſione ante diem celebrandi & celebrari faciendi, utantur: quia cum in altaris miniſterio immoletur dominus noſter IESVS CHRISTVS, Dei filius (qui candor eſt lucis æternæ) convenit hoc non noctis tenebris fieri, ſed in luce.

22. Ac quibuſcunque perſonis ut Confeſſorem ſeu confeſſores idoneos eligere poſſint, qui eos & eorum quemlibet iuxta formam in Quinterno dictæ Cancellariæ annotatam abſoluere:

23. Necnon quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus, ut quoad vixerint & quotiens eis placuerit, per ſe ipſas aut cum uno Presbytero ſeu Clerico ſocio ſeu familiari Horas canonicas diurnas & nocturnas, ac alia divina officia ſecundum uſum & morem Romanæ Eccleſię, etiam iuxta ritum Breviarij noviter impreſſi (extra tamen chorum Eccleſiæ) dicere & recitare liberè & licitè valeant: & ad alium uſum ſuper hoc obſervandum etiam ratione beneficiorum per eas obtentorum minimè teneantur, nec ad id compelli poſſint, indulgendi.

24. Quodque quilibet ſacerdos aut religioſus Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare valeat, iure Parrochialis Eccleſiæ & cuiuſlibet alterius, in omnibus ſemper ſalvo, concedendi.

25 Ac mulieribus honeſtis quibuſcunque, ut quæcunque Monaſteria, ac domos Monialium quarumcunque etiam obſervantiæ Regularis, exempta & non exempta, quomodocunque recluſa cum aliquibus matronis, etiam honeſtis, de conſenſu eorum qui dictis Monaſteriis & domibus præfuerint, dummodo inibi non pernoctent, devotionis causâ, ingredi valeant.

26. Ac Rectoribus Parrochialium Eccleſiarum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum curatorum, ut quoſcunque eorum Parrochianos utriuſque ſexus ab omnibus & ſingulis eorum peccatis & criminibus in Caſibus in quibus ordinarij locorum de iure vel conſuetudine aut alias abſoluere poſſunt: & in illis, qui ſedi prædictæ reſervati non fuerint, abſolvere, ac Vota quæcunque per eos pro tempore emiſſa, prætcrquam ſedi prædictæ reſervata, in alia pietatis opera commutare valeant.

28 Ac quibuſcunque perſonis utriuſque ſexus, ſæcularibus vel Eccleſiaſticis etiam Religioſis, etiam Ordinum mendicantium, quæ zelo devotionis accenſæ ſepulchrum dominicum, & alia pia loca & oratoria terræ Sanctæ deſiderant perſonaliter viſitare, quibuſvis prohibitionibus Apoſtolicis in contrarium factis non obſtantibus, ſepulchrum, & alia loca prædicta viſitare.

29. Et in locis in quibus uſus olei non habetur, ut Butiro & caſeo, & infirmi de conſilio utriuſque medici carnibus veſci & licitè uti valeant, indulgendi.

30. Necnon quæcunque Iuramenta ad effectum agendi ac etiam ſimpliciter, ut tibi videbitur, dummodo alicui exinde magnum præiudicium non fiat relaxandi, ac quoſcunque qui periurij reatum incurrerint, ab illo abſolvendi, ac ad priores honores, ſtatum & famam reſtituendi, ac plenariè reintegrandi: omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam præmiſſorum occaſione contractam, penitus abolendi.

31. Ac quoſcunque per Saltum, vel Furtivè ad aliquos ſacros ordines promotos, ab exceſſu quem propterea incurrerint, abſolvendi, & ut in illis miniſtrare: necnon ad reliquos ordines, ad quos promoti non eſſent, aliàs rite promoveri liberè & licitè poſſent, diſpenſandi.

32. Abſolvendi quoque omnes & ſingulos qui Simoniæ labem tam in beneficiis per eos habitis cuiuſcunque qualitatis fuerint, quàm ordinibus per eos ſuſceptis contraxerint, ab illa & excommunicationis aliiſque cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, quas propterea incurrerint, & ſuper irregularitate, ſi qua illi ligati Miſſas & alia divina officia (non tamen in contemptum clavium) celebrando

ſeu aliàs ſe immiſcendo contraxiſſent, diſpenſandi: omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam ſimiliter per eos dicta occaſione.

33. Ac etiam ſi forſan aliqua beneficia Eccleſiaſtica curata vel aliàs incompatibilia poſt & contra felicis recordationis Ioannis Papæ XXII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Execrabilis*, conſtitutionem detinuiſſent, & detinerent fructus percipiendo ex eiſdem contractam, abolendi: dictaque beneficia eis (factâ tamen per eos prius de fructibus male perceptis debitâ compoſitione pro camera Apoſtolica) denuo conferendi.

34. Et eos qui etiam Parrochiales Eccleſias vel alia Beneficia Eccleſiaſtica, Presbyteratus, vel alium ordinem requirentia intra annum vel aliud tempus pacificè poſſediſſent, & ea poſtmodum detinuiſſent & detineant, ad dictum Presbyteratus ordinem, legitimo ceſſante impedimento, nullaque per eos deſuper diſpenſatione obtentâ, non promoti, fructus etiam percipiendo, abſolvendi. omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam ſimiliter per eos, dictâ occaſione contractam, tollendi & abolendi:

35. Eiſque de novo de beneficiis prædictis ſic detentis providendi (facta tamen debita de fructibus male perceptis pro camera prædicta, ut prædictum eſt, compoſitione.

36. Ac quoſcumque qui in Clericos ac Presbyteros, citra tamen membri mutilationem & mortem, manus violentas inieciſſent, ab Excommunicationis ſententia quam propterea incurrerint, ſi hoc humiliter petierint:

37. Et etiam qui tempore bellorum, rapinas, ſacrilegia, furta & alia mala perpetrarunt, debitâ ſatisfactione præviâ: Et etiam

illos qui horas Canonicas omiſerunt, & debito tempore non recitaverunt, aut inadvertenter dixerunt, cuiuſcunque qualitatis, ordinis & conditionis fuerint, ab exceſſibus & omiſſione huiuſmodi reſpectivè:

38. Necnon etiam quoſcunque Religioſos ordinum quorumcunque, qui ob ſui Habitus non delationem, aut alias reatum Apoſtaſiæ incurriſſent, ab illa, ac etiam excommunicationis, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas propterea etiam iuxta inſtituta ſuorum ordinum regularia incurriſſent, abſolvendi.

39. Ac ſuper Irregularitate quacunque, præterquam homicidii voluntarii, aut bigamiæ, quovis modo etiam per ſententiam etiam ſanguinis, & ultimi ſupplicii inde ſecuti, aut mutilatione membrorum contracta, ad omnes etiam ſacros ordines (citra tamen altaris miniſterium) & ad dignitates, & Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, quæcunque, quotcunque & qualiacunque ſe invicem compatibilia, eis alias canonicè conferenda, diſpenſandi: omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam, ſive notam etiam inde contractam, penitus abolendi.

40. Et contra quoſcunque tam Eccleſiaſticos quàm Laïcos, litterarum Apoſtolicarum & ſupplicationum, ac commiſſionum, Falſarios, Schiſmaticos, Hæreticos, Vſurarios, Raptores, & aliorum quorumcunque criminum reos, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentes, inquirendi, procedendi.

41. Ac reos iuxta criminum & exceſſuum exigentiam prout Canonicæ diſponunt ſan... [illegible] ...entiæ videbitur expedire

ſlibet,

& rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam & alia iuris remedia (appellatione poſtpoſitâ) compeſcendi: & ſi opus fuerit auxilium brachii ſecularis invocandi, ſeu præmiſſa fieri faciendi: & ſi ad cor reverſi, ſuum errorem cognoverint, ac de præmiſſis doluerint, ipſique id humiliter poſtulaverint, ſeu ſupplicaverint, & tibi videbitur, eos à criminibus & exceſſibus, ac ſententiis, cenſuris & pœnis huiuſmodi, quas propterea incurrerint, abſolvendi.

42. Ac cum eis (factâ tamen cum dicta camera compoſitione) ad ordines, honores & dignitates, ac etiam Beneficia Eccleſiaſtica, quæcunque, quotcunque & qualiacunque diſpenſandi, eoſque in priſtinum ſtatum Reſtituendi, reponendi, & plenariè reintegrandi, omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam per eos præmiſſorum occaſione, contractam, etiam penitus abolendi: & cum dictis uſurariis, ſuper malè ablatis & perceptis incertis, pro dicta camera componendi, eiſque ut factâ compoſitione huiuſmodi, ad aliam reſtitutionem faciendam non teneantur, concedendi.

43 Ac quaſcunque Eccleſias, monaſteria, domos, Vniverſitates & Collegia, ac pia loca, quæcunque etiam exempta, & eidem ſedi immediatè ſubiecta, per te vel alium ſeu alios idoneos Viſitandi: Et quæ ex eis correctione & emendatione tam in ſpiritualibus quam in temporalibus indigere cognoveris, tam in capite quàm in membris reformandi, prout ſecundum Deum, & Canonicas ſanctiones, & regularum ſuarum inſtituta, noveris expedire.

44. Ac quæcunque Statuta, & ordinationes Eccleſiarum, Vniverſitatum, & ſtudiorum generalium, Monaſteriorum, Ordinum

& Conventuum, quæ tamen libertatem Eccleſiaſticam non confundant, aut illi derogent vel repugnent, confirmandi & approbandi, ſupplendique omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem, illaque, ſi tibi expedire videbitur, moderandi, corrigendi, & in melius Reformandi, ac illis iuxta illorum exigentiam addendi.

45. Necnon quotquot tibi videbitur in noſtros & dictæ ſedis Acolytos, Capellanos, & Notarios Apoſtolica auctoritate recipiendi, & aliorum noſtrorum & dictæ ſedis Acolitorum, Capellanorum & Notariorum numero & conſortio favorabiliter aggregandi, ac eis quod omnibus & ſingulis privilegiis, prærogativis, indultis, honoribus, exemptionibus, gratiis, libertatibus & immunitatibus utantur, potiantur, & gaudeant, quibus utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum alii noſtri, & dictæ ſedis Notarij: Exhibendi quoque ſeu exhiberi faciendi eis inſignia Notariatus huiuſmodi (recepto tamen prius ab eis ſolito iuramento)

46. Ac quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis etiam Prælatis Secularibus & Regularibus utriuſque ſexus, etiam iuxta formam Quinterni Cancellariæ (coram) huiuſmodi licentiam Teſtandi, concedendi.

47. Ac etiam per te vel alium ſeu alios quorumcunque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura, Secularium vel Regularium etiam quæ dictæ ſedi ex quavis cauſa, præterquam ratione Officialium ſedis prædictæ in Romana curia Officia ſua actu exercentium, generaliter reſervata fuerint, Reſignationes ſimpliciter vel ex cauſa permutationis ac commendatorum & litigioſorum, tam in dicta curia, quàm extra eam

ceſſiones, litis, cauſæ, iuris ac commendarum recipiendi, & admittendi, ac cauſas deſuper pendentes advocandi, & lites huiuſmodi penitus extinguendi.

48. Dictaque Beneficia, tam ſimpliciter quam ex eadem cauſa: & alia quæcunque, quotcunque, & qualiacunque, aliàs etiam per obitum infra limites dictæ legationis, & quoad tuos familiares continuos, commenſales, extra dictos limites ubicunque vacantia & vacatura, etiam ſi, ut præfertur, reſervata vel affecta: & de iure Patronatus Laicorum fuerint, etiamſi dignitates maiores & principales, & Beneficia etiam Regularia Manualia, & aliàs quomodolibet qualificata fuerint, perſonis idoneis, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, etiam ſecularibus vel regularibus conferendi, & de illis etiam providendi.

49. Necnon quibuſvis Monaſteriis, tam virorum quàm mulierum Ordinum quorumcunque legationis prædictæ, quorum tamen, videlicet virorum; fructus, redditus, & proventus ducentorum florenorum auri de camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedant, nunc & pro tempore vacantibus: de Abbatibus & Abbatiſſis providendi, ac Monaſteria & Beneficia huiuſmodi quibuſvis ad vitam, vel ad tempus per eos, quoad vixerint, tenenda, regenda & gubernanda: ita quòd liceat eis debitis & conſuetis illorum ſupportatis oneribus, de reſiduis illorum fructibus, redditibus & Proventibus diſponere & ordinare, ſicuti illa in titulum pro tempore obtinentes, de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt (alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & pre-

cidſorum mobilium Monaſteriorum & Beneficiorum prædictorum, eis penitus interdictâ) Commendandi.

50 Necnon invicem, vel aliàs, perpetuò, vel ad tempus, etiam quibuſvis menſis Epiſcopalibus, Capitularibus, & Conventualibus, Vniendi, annectendi, & incorporandi, ac Canonicos ſupranumerarios de conſenſu capituli creandi.

51. Necnon quaſcunque Concordias & Conventiones, ac in eis contenta quæcunque, licita tamen & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria, Confirmandi & approbandi, ac firmiter obſervari decernendi: ac ad ſententiarum rerum iudicatarum executorialium, & cenſurarum per reſignantes ſeu cedentes in Rota noſtri Palatii Apoſtolici habitam proſecutionem, illos, in quorum favorem reſignaverint ſeu ceſſerint admittendi, ſeu admitti faciendi & mandandi, & ad vlteriorem executionem vſque ad realem partitionem contra quoſcunque, etiam Pontificali præditos dignitate, procedendi.

52. Ac verum & vltimum vacationis modum, etiam ſi ex eo quævis generalis reſervatio reſultet, pro expreſſis habendi.

53. Ac ſuper illorum, ac quorumcunque aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, fructibus, redditibus, & proventibus, quaſcunque Penſiones annuas, non tamen medietatem fructuum, redditiuum, & proventuum huiuſmodi excedentes, ac etiam omnes fructus, loco penſionum prædictis reſignantibus vel cedentibus, aut aliis perſonis idoneis, quoad vixerint, per prædicta Beneficia pro tempore obtinentes, & eorum ſucceſſores annis ſingulis in locis & terminis, & ſub privationis, & aliis pœnis, ſententiis & cenſuris Eccleſiaſticis, in talibus exponi ſolitis

perſoluendas, etiam cum regreſſu, ingreſſu, vel acceſſu ob non ſolutionem earum, in forma ſolita de conſenſu illorum, qui dictas penſiones perſoluere habebunt, reſervandi, conſtituendi & aſſignandi.

54. Ac eaſdem & alias hactenus, & deinceps reſervatas & reſervandas penſiones, & fructuum reſervationes de conſenſu, etiam anticipatâ ſolutione aliquorum annorum caſſandi, extinguendi, & annullandi: & quoad familiares tuos prædictos qui transferendi facultatem habuerint, eaſdem penſiones & fructus de eorum conſenſu, etiam in quoſcunque per eos nominatos Transferendi, etiam cum hoc quod ipſi in quos transferentur, quæcunque transferentium debita perſolvere, vel alia onera & conditiones in ipſis tranſlationibus appoſita, adimplere ſub pœna invaliditatis tranſlationis teneantur: & tam de novo reſervandis quàm transferendis penſionibus & fructibus, huiuſmodi clauſulam quòd earum litteræ, per te concedendæ pro expeditis & intimatis habeantur de conſenſu illorum qui ſolvere habebunt, apponendi.

55. Ac perſonas prædictas ad effectum gratiarum, quas pro tempore per te eis concedi contigerit, ab omnibus & ſingulis excommunicationis & ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati fuerint, abſolvendi, & abſolutos fore cenſendi.

56. Ac omnia & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, quæ etiam ex quibuſvis diſpenſationibus Apoſtolicis obtinent & expectant, ac in quibus & ad quæ eis ius quomodolibet competit, quæcunque,

quotcunque & qualiacunqué ſint, eorumque fructuum, reddituum & proventuum, veros annuos valores, ac huiuſmodi diſpenſationum tenores in litteris tuis pro ſufficienter expreſſis, abſque eo quod de illis, vel eorum aliquo mentionem facere teneantur, aut propter non factam mentionem ipſam litteræ per te concedendæ, ſubreptionis, aut nullitatis vitio ſubiacere cenſeantur, habendi.

57. Necnon quaſcunque gratias expectativas, ſpeciales reſervationes, uniones, annexiones, & incorporationes, nominationes, nominandi & conferendi facultates, & mandata per nos & ſedem prædictam, aut Legatos eiuſdem in favorem quarumcunque perſonarum, etiam cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis, etiam cardinalatus honore fulgentium, ſub quibuſvis verborum formis, ac clauſulis etiam derogatoriarum, derogatoriis fortioribus, efficacioribus, & inſolitis, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac quavis conſideratione, intuitu vel reſpectu, etiam quantumcunque grandi & excogitabili, etiam Regum, Reginarum, aliorumque Principum & Prælatorum factas & conceſſas, ac faciendas & concedendas in pòſterum, illarumque vim & effectum omnino Suſpendendi.

58. Ac viſitantibus quaſcunque Eccleſias ſeculares vel regulares, & ad illarum fabricas ſeu pro conſervatione & inſtauratione earundem manus porrigentibus adjutrices, in duabus feſtivitatibus duntaxat ſeptem annos, & totidem quadragenas, vel infra dictum tempus illud quod tibi videbitur de injunctis pœnitentiis miſericorditer in Domino Relaxandi: ita quòd perpetuò, vel ad tempus provt tibi videbitur durare habeant.

59. Ac quibuſvis perſonis dictæ legationis,

ac etiam familiaribus prædictis, ut Bona immobilia eorundem Monaſteriorum, dignitatum, prioratuum, administrationum & officiorum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum quæ obtinent, ſeu durante Legatione, huiuſmodi obtinebunt, permutare, vendere & ad tempus longum locare, ac in feudum & emphitheuſim ſeu cenſum, vel affictum concedere, & aliâs Alienare valeant cum evidenti Eccleſiarum, Monaſteriorum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ad quæ pertinent, utilitate, proviſo quòd pretia exinde provenientia in huiuſmodi utilitatem convertenda penes aliquam ædem ſacram, aut fide & facultatibus idoneam perſonam cum recognoſcibilibus clauſulis & cautelis in ſimilibus apponi ſolitis, fideliter reponatur.

60. Necnon regularibus perſonis utriuſque ſexus, etiam ordinum mendicantium, ut de eorum Monaſteriis, domibus, & locis ad alia Monaſteria, domos, & loca, etiam aliorum Ordinum, etiam non mendicantium, in quibus benevolos inveniunt receptores, ſe Transferre, & nova loca recipere.

61. Ac perſonis quibuſlibet Eccleſias, Monaſteria, & domos Ordinum mendicantium, & Beneficia Eccleſiaſtica quæcunque de novo fundare, & dotare, & collapſas reparare volentibus, ut illa in locis ad hoc honeſtis & commodis Fundare, dotare & reparare, ac in fundatione huiuſmodi licita, & honeſta onera illa pro tempore obtinentibus imponere valeant, reſervato eis & dictis ſuis familiaribus, quoad Eccleſias per eos iam ubilibet conſtructas, ſeu inceptas, & vlterius vel de novo conſtruendas & reſtaurandas: ac eorum poſteris, iure patronatus, & præſentandi perſonam idoneam ad illa dum vaca-

bunt, licentiam concedendi.

62. Ac locationes & Alienationes de bonis immobilibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, prioratuum, adminiſtrationum vel officiorum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum & locorum facias : ſi in evidentem utilitatem illornm ceſſerint, Confirmandi & approbandi : ac ſingulos defectus ſi qui intervenerint in eiſdem ſupplendi.

63. Necnon tempus præfixum Executoribus vltimarum voluntatum, ad illas exequendum prorogandi, ac iuri Patronatus Laïcorum, ad effectum proviſionum & commendarum ac unionum prædictarum, ea vice, pro medietate, & ſi ex cauſa permutationis fierent, vel lis penderet, aut ius Patronatus non ex fundatione vel dotatione acquiſitum eſſet, in totum derogandi.

64. Necnon omnia & ſingula, quæ major Pœnitentiarius noſter in dicta curia ex ſpeciali, vel alia ſibi conceſſa facultate, quomodolibet facere poteſt, & conſuevit:

65 Ac quæ in prædictis & circa ea neceſſaria eſſent, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, ordinandi, & decernendi, per te vel alium, ſeu alios, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, concedimus facultatem : Decernentes te in omnibus & ſingulis facultatibus prædictis, in quibuſcunque partibus, Regnis, Provinciis, terris, communitatibus, & locis prædictis, ac aliis ad quæ te declinare & morari contigerit:

66. Et cum illorum perſonis ac aliis, undecunque ad te venientibus, ac familiaribus tuis liberè uti poſſe : nonobſtantibus defectibus & aliis prędictis, ac Lateranenſis, Viennenſis Pictavienſis & Generalis, ac aliorum Conciliorum, necnon piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, per

quem conceſſiones percipiendi fructus, in abſentia ſine præfinitione temporis fieri prohibentur : ac de una vel duabus dietis, in conſilio generali edita, & aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus, conſtitutionibus & ordinationibus : ac quibuſvis Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ editis, & edendis, quarum tempora durantia, ac etiam pluries prorogata, & decurſa de novo concedere poſſis

67. Quibus & aliis præmiſſis etiam in ſpecie valeas Derogare, ſtatutis quoque & conſuetudinibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Vniverſitatum, Collegiorum & civitatum huiuſmodi : necnon Ordinum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, etiam ſi de illis ſervandis, & non impetrandis litteris, contra ea, & illis etiam ab illo, vel aliis impetratis, ſeu aliàs quoviſmodo conceſſis, non utendo, perſonæ quibus indultum de percipiendis fructibus in abſentia huiuſmodi conceſſum fuerit, præſtitiſſent eatenus, vel in poſterum, forſan præſtare contigerit iuramentum, ac quibuſvis Privilegiis, & indultis generalibus, vel ſpecialibus Ordinibus quibuſcunque etiam Ciſtercien. & Cluniacen. quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quæ præmiſſis quovis modo obſtarent, per quæ præſentibus, non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, quæ quoad hoc nolumus cuiquam ſuffragari.

68 Quibus omnibus & fundationibus quibuſcunque, provt expedierit, ſecundum rei & caſus

caſus exigentiam, ut tibi placuerit valeas derogare, quodque aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis, de huiuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ ſedis, vel Legatorum eius litteras impetrarint: etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum: quibus omnibus perſonas, quibus per te de Beneficiis prædictis providebitur, in eorum aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari. Sed ſi locorum Ordinariis & collatoribus, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum quod ad receptionem, vel proviſionem alicuius minimè teneantur: & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint: quodque de huiuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri, ſeu commenda fieri per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus litterarum tuarum impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis.

69. Et quia difficile eſſet præſentes in ſingulis litteris tuis ſuper præmiſſis concedendis inſeri, & ad omnia loca, in quibus de eis fides facienda eſſet, deferri, Volumus & decerni-

mus earum tranſſumptis, etiam per impreſſionem factis, & tuo ſigillo munitis, & manu tui Secretarij, aut Regentis Cancellariæ tuæ ſubſcriptis, dictiſque litteris tuis abſque earundem præſentium, in toto vel in parte, inſertione, eam ubique fidem, in iudicio & extra adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi originaliter exhiberentur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, tertio Kal. Martij, Pontificatus noſtri, anno tertio decimo. *Sic ſignatum ſupra plicam*, G. de la Noz, *Et in dorſo ſcriptum eſt*, Regiſtrata apud Fabium, Secretarium.

---

## *Breve Pontificium ad Legatum.*

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Hieronymo, ſancti Georgij ad velum aureum Diacono Cardinali, ad Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, noſtro & Apoſtolicæ ſedis Legato ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nos nuper te ad claræ memoriæ Franciſcum Francorum Regem tunc in humanis agentem pro nonnullis arduis & gravibus negotiis non ſolum ſedem Apoſtolicam, ſed etiam univerſam rempublicam Chriſtianam concernentibus, noſtrum, & eiuſdem ſedis Legatum de latere (tanquam pacis Angelum) de fratrum noſtrorum conſilio duxerit mus deſtinandum, dictuſque Franciſcus Rex interim, ſicut Domino placuit, rebus fuerit humanis exemptus, Nos cupientes ea quæ cum præfato Franciſco Rege tractanda piè

ſanctæque inſtitueramus, cum eodem Henrico Rege tractari, ac benedicente Domino fœliciter ſuccedere, circumſpectioni tuæ per præſentes committimus & mandamus, quatenus ſuſceptum à te ad præfatum Franciſcum Regem officium Legationis huiuſmodi cum eodem Henrico Rege proſequaris, prout antea tibi fuerat iniunctum.

Nos enim propterea tibi quòd litteris, mandatis, gratiis, & facultatibus per nos antea tibi conceſſis, perinde ac ſi te ad eundem Henricum Regem ſpecialiter, & expreſsè deſtinaviſſemus, uti liberè & licitè valeas, concedimus & indulgemus): decernentes ſic per quoſcunque iudices & commiſſarios quavis auctoritate & poteſtate pro tempore fungentes, etiam ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinales, ac ſacri Palatij noſtri Apoſtolici Auditores iudicari, ſententiari, decidi, diffiniri & terminari debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus quæ in ſingulis ſuper Legationis huiuſmodi officio emanatis litteris voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, indulti & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc a tentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Id Aprilis, Pontificatus noſtri anno tertio-decimo. *Sic ſignatum.* G. de la Noz. *Et in dorſo ſcriptum eſt*, Regiſtrata apud Fabium, Secretarium.

---

## *Summarium eorum quæ in præcedentibus Facultatis litteris continentur.*

1. FAcultas Matrimoniales, & Beneficiales, ac alias ſpirituales cauſas (etiam appellationum,) ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, Delegandi.

2. Cauſas illas evocandi, & aliis committendi.

2. Beneficium reſtitutionis in integrum, adverſus ſententias, res judicatas, contractus ac læſiones quaſcunque, concedendi.

3. Tabellionatuſque officium, & tabelliones conſtituendi.

4. Militesauratos, Comiteſque palatinos, & poëtas laureatos creandi.

4. Quoſcunque idoneos, ad Doctoratus, & alios gradus, in quacunque ſcientia promovendi.

5. Quòd illi ſic promoti, privilegiis ſtudiorum generalium potiantur, & gaudeant.

6. Cum nobilibus & graduatis ad tria incompatibilia Diſpenſandi.

6 Cum non nobilibus, & non graduatis ad duo incompatibilia.

7. Ad duo ſimilia, vel diſſimilia, ſub uno, duobus, vel tribus tectis.

7. Ad duo regularia cum regularibus, uti cum uno regulari ad unum ſeculare: etiamſi

8. alterum illorum fuerit conventuale, vel claſtrale.

9. Ad unum regulare pro clerico ſeculari, dummodo illud conventuale aut clauſtrale

7. non fuerit.

10. Cum patientibus defectum natalium, (etiam regularibus,) ad quoſcunque ordines & quæcunque beneficia ſe invicem compatientia.

11. Et cum eiſdem ſi graduati non fuerint ad duo, & ſi graduati, ad tria incompatibilia.

12. Cum patientibus ætatis defectum (etiam regularibus,) ad unum curatum, vel alias incompatibile, etiamſi Parrochialis Eccleſia fuerit.

13. Vt diſpenſationum vigore obtenta, poſſint cedi, vel ſimpliciter, aut cauſa permutationis reſignari, & loco dimiſſi, &c.

14. Alia, etiam curatum anno 17. recipere.

16. Inter tria incompatibilia non ſint vltra duas Parrochiales.

15. Conſtituti in 16. ad Subdiaconatus, & in 18. ad Diaconatus, ac in 20. ſuarum ætatum annis ad presbyteratus ordines, ſi arctati, promoveri poſſint.

16. In ætate legitima conſtituti & arctati, ad omnes ordines, etiam extra tempora quibuſvis diebus dominicis, vel feſtivis, etiam ad duos eodem die, à quocumque catholico Antiſtite liberè promoveri valeant.

17. Obtinentes Beneficia curata, aut alias, ſacros & presbyteratus ordines requirentia, uſque ad ſeptennium promoveri non teneantur.

18. Cum tertio & quarto etiam multiplici conſanguinitatis ſeu affinitatis gradibus coniunctis, & quocunque impedimento publicæ honeſtatis non obſtante, invicem matrimonialiter poſſint copulari, cum abſolutione à cenſuris & legitimatione prolis.

19. Fructus Beneficiorum in altero illorum vel Romana curia reſidendo, aut littera-

rum ſtudio generali inſiſtendo ( quotidianis diſtributionibus exceptis ) percipiendi.
20 Quibuſcunque perſonis liceat habere altare portatile.
21 In locis interdictis Miſſas & alia divina officia celebrandi, & audiendi.
22. Confeſſores idoneos eligendi.
23. Horas canonicas & alia divina officia ſecundum uſum Romanæ Eccleſiæ, etiam iuxta ritum Breviarij noviter impreſſi ( extra tamen chorum ) recitandi.
24. Quòd quilibet ſacerdos, aut Religioſus, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare valeat.
25. Quòd mulieres honeſtæ quæcunque monaſteria monialium devotionis gratiâ ingredi valeant.
26. Quòd Parrochialium Eccleſiarum Rectoris eorum Parrochianos utriuſque ſexus ab omnibus peccatis & criminibus, ordinariis reſervatis, abſolvere poſſint.
27. Vota quæcunque p.r Parrochianos emiſſa, præterquam ſedi Apoſtolicæ reſervata, in alia pietatis opera commutare.
28. Quòd quicunque ſeculares vel Eccleſiaſtici, etiam Religioſi, etiam Ordinum mendicantium, ſepulchrum Dominicum & alia pia loca Terra ſanctæ perſonaliter poſſint viſitare.
29 Quòd liceat uti butiro & caſeo in locis in quibus olei uſus non habetur, & Infirmis de carnibus veſci de conſilio utriuſque medici.
30. Iuramenta ad effectum agendi, ac etiam ſimpliciter relaxandi.
30. A reatu perjurij abſolvendi, & perjuros ad priores honores, ſtatum, & famam reſtituendi.
31 Quoſcunque per ſaltum, vel furtivè ad ſacros promotos abſolvendi, & quod ad

reliquos ordines promoveri poſſint, diſpenſandi.

32. Cum quibuſvis, qui Simoniæ labem, tam in Beneficiis, quam in ordinibus contraxerint, diſpenſandi.

33. Quoſcunque qui poſt & contra extravagan. Execrabilis, Beneficia detinuerint, abſolvendi, & ea Beneficia denuo conferendi.

34. Eos qui Parrochiales, vel alia Beneficia presbyteratus, vel alium ordinem requirentia, detinuerunt & Intra annum promoti non fuerunt, abſolvendi: 35. eiſque novo de illis providendi.

36. Illos, qui in clericos, ac presbyteros, manus violentas injecerunt, abſolvendi.

37. Etiam eos qui tempore bellorum, rapinas, ſacrilegia, furta, & alia mala perpetraverunt.

37. Quodque qui heras canonicas omiſerunt, & debito tempore non recitaverunt, aut inadvertenter dixerunt.

38. Religioſos etiam qui ob ſui habitus non delationem, aut alias, reatum apoſtaſiæ incurrerunt

39. Super irregularitate quacunque præterquam homicidij voluntarij, aut bigamiæ, ad quoſcunque ordines, etiam ſacros, & ad dignitates & beneficia, diſpenſandi.

40 Contra quoſcunque (etiam laicos) litterarum Apoſtolicarum falſarios, ſchiſmaticos, hæreticos, uſurarios, raptores, & aliorum criminum reos, inquirendi.

41 puniendi, ac illos abſolvendi.

42 Eoſdem ad honores, dignitates, & Beneficia diſpenſandi, & in priſtinum ſtatum reducendi, infamiæque notam abolendi.

43. Eccleſias, Monaſteria, Vniverſitates, & Collegia, ac alia pia loca, exempta & non

exempta per ſe vel alium viſitandi, & ea reformandi.

44 Quæcunque ſtatuta & ordinationes Eccleſiarum, & ſtudiorum generalium, Monaſteriorum, ordinum & conventuum confirmandi & approbandi, omneſque defectus ſupplendi ac moderandi, corrigendi, & in melius reformandi.

45. Quotquot ſedis Apoſtolicæ Capellanos & Notarios Apoſtolica authoritate recipiendi, cum prærogativis ſedis ipſius notariis conceſſis.

46 Licentiam teſtandi, concedendi.

47. Reſignationes ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis factas, recipiendi, & admittendi.

48. Beneficia etiam per obitum vacantia, etiam ſi reſervata vel affecta, aut de iure Patronatus laicorum exiſtentia, regularibus, vel ſecularibus conferendi.

49. De quibuſvis Monaſteriis tam virorum quam mulierum, ordinum quorumcunque, dummodo fructus virorum ducentos florenos non excedant, providendi.

50. Beneficia menſis Epiſcopalibus, capitularibus & conventualibus uniendi, & perpetuò, vel ad tempus, incorporandi.

50. Canonicos ſupernumerarios creandi.

51. Concordias & conventiones, ac in eis contenta, confirmandi, & approbandi.

52. Verum & vltimum vacationis modum pro expreſſis habendi.

53. Quaſcunque penſiones annuas, non mediętatem fructuum excedentes, ac etiam omnes fructus loco penſionum, reſignantibus, vel cedentibus, etiam ad ſucceſſores, reſervandi.

54. Penſiones reſervatas & reſervandas, ac fructuum reſervationes de conſenſu (etiam

anticipata ſolutione aliquorum annorum )
caſſandi & extinguendi.

55. A cenſuris quibuſcunque impetrantes ad effectum abſolvendi.

56. Quòd omnia & ſingula Beneficia &c. per impetrantes obtenta, habeantur pro expreſſis, prout & eorum veri valores annui.

58. Indulgentias ſeptem annorum concedendi

59 Bona immobilia Monaſteriorum, Eccleſiarum, & Beneficiorum permutandi, vendendi, & ad tempus longum locandi, ac in feudum & emphyteuſim ſeu cenſum vel affictum concedendi.

60. Regulares perſonas utriuſque ſexus, etiam Ordinum mendicantium de eorum domibus, Monaſteriis, & locis, etiam aliorum ordinum, etiam non mendicantium, transferendi.

61. Eccleſias, Monaſteria, & domos Ordinum mendicantium, & Beneficia Eccleſiaſtica de novo fundandi & dotandi, collapſaque reparandi, & in fundatione licita & honeſta imponendi onera.

61. Eccleſias fundantibus aut dotantibus & reparantibus, eorumque poſteris ius patronatus concedendi.

61. Alienationes & locationes de bonis immobilibus beneficiorum factas, confirmandi, defectuſque ſupplendi.

62. Tempus executoribus teſtamentorum præfixum, prorogandi.

63. Iuri Patronatus laicorum derogandi.

64. Quæ maior Pœnitentiarius in curia Romana poteſt, faciendi.

66. Conſtitutionibus conciliaribus, ac regulis Cancellariæ Apoſtolicæ derogandi.

67. Etiam ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Vniverſitatum, Collegiorum & civitatum, ac Ordinum quorumcunque.

67. Etiam Privilegiis & indultis, Ordinibus quibuſcunque, etiam Cluniacen. & Ciſtercien. conceſſis, confirmatis, & innouatis.

68. Etiam & fundationibus omnibus, ſecundum rei, & caſus exigentiam.

69. Quòd tranſſumptis (etiam per impreſſionem factis) litterarum facultatis huiuſmodi fides in iudicio & extra iudicium adhibeatur.

---

# Senatus Pariſienſis Decretum circa Mandata Legationis, Her. Cardinali S. Geor. data.

*Extraict des Regiſtres de Parlement.*

*Apres avoir veu par la Cour, toutes les Chambres aſſemblées, les Bulles Apoſtoliques de la Legation du Cardinal ſaint George au Voile d'or, & facultez declarées en icelles, à luy octroyees par noſtre S. Pere le Pape, enſemble les Lettres patentes du Roy données a ſaint Germain en Laye le 29. iour de May dernier paſſé, & les Regiſtres de la Cour: & ouy le Procureur general du Roy, a eſté conclu qu'elles ſeront leuës, publiées & enregiſtrées en icelle ſous les limitations, modifications & reſtrictions contenuës eſdites Lettres patentes du Roy, decernées ſur leſdites Bulles, & ſur celles des Legations des Cardinaux de Farneze & Sadolet, & ſous les modifications & declarations faites par ladite Cour, ſur la verification deſdites Bulles.*

*A ſçauoir, qu'il ne pourra exercer iuriſdiction ſur les ſujets du Roy, & demeurans en ce Royau-*

*me, païs, terres & ſeigneuries dudit Seigneur, eſquels s'eſtend ladite Legation, ſoit par citation, evocation, delegation, & autrement, encore que ce fuſt du conſentement deſdits ſujets, ou entre ceux qui ſont exempts des Iuriſdictions Eccleſiaſtiques, & immediatement quant à ce ſujets au ſaint Siege Apoſtolique, & dont les cauſes y ſeruient legitimement deuoluës; quant auſquels neanmoins il pourra bailler Iuges deleguez és parties deſdits Royaume, païs, terres, & Seigneuries; deſquels les appellations, ſi aucunes eſtoient interjettées, y ſeront traitées juſques à la finale deciſion d'icelles, ſelon la teneur des Concordats faits entre ledit ſaint Siege Apoſtolique, & ledit Seigneur.*

*Auſſi ne pourra uſer de la faculté de Legitimer les Baſtards & illegitimes, ſinon pour eſtre promeus aux ſaints Ordres, Benefices & eſtats de l'Egliſe, & non pour les rendre capables de ſucceder, ou leur eſtre ſuccedé, ny d'obtenir offices & eſtats ſeculiers; & encores pourveu que és legitimations & expeditions qui ſeront faites par luy pour le regard deſdits ſaints Ordres, Benefices & eſtats de l'Egliſe. il ne derogera aux fondations ſeculieres, ou privileges obtenus en faiſant leſdites fondations par les ſeculiers ou Eccleſiaſtiques qui les auroient faites ſur leurs patrimoines & biens ſeculiers: ne pareillement aux couſtumes, ſtatuts & autres conſtitutions ſeculieres.*

*Auſſi ne fera aucunes unions ou annexes de Benefices à la vie des beneficiez, ne autre temps: mais baillera ſeulement les reſcrits delegatoires pour l'effet deſdites unions qu'il voudra faire ſelon la forme du Concile de Conſtance, & non autrement.*

*Pareillement, qu'il ne pourra Diſpenſer les Graduez qui ſeront par luy pourveus, du cours*

*de leurs eſtudes ny autrement, pour eſtre capables des nominations des Benefices, & autres droits & prerogatives contenus eſdits Concordats: ne creer aucunes Penſions ſur les Benefices de cedit Royaume, pays, terres, & Seigneuries, encore que ce fuſt du conſentement des beneficiez, ſinon au profit des reſignans, quand ils reſigneroient à cette charge, ou quand ce ſera pour la pacification des Benefices litigieux: ne permettre qu'aucun reſignant puiſſe retenir au lieu de penſion tous les fruits d'un Benefice reſigné.*

*Auſſi ne pourra bailler permiſſion d'Aliener les biens immeubles des Egliſes pour quelque utilité ou evidente neceſſité que ce ſoit, & par quelque forme & maniere de contract, ſoit de vendition, permutation, infeodation, cenſive, emphyteoſe, bail à rente, à loüage, à longues années, encore que leſdits Benefices & Egliſes fuſſent exempts & immediatement ſujets audit S. Siege Apoſtolique: mais pourra ſeulement bailler reſcrits delegatoires aux ſujets & habitans de cedit Royaume, pays, & ſeigneuries, pour connoiſtre, traiter, iuger & decider deſdites alienations, utilité évidente, & urgente neceſſité, & de cela connu ſelon la forme de droict, interpoſer confirmation & decret, ainſi que la matiere le requerra.*

*Pourveu auſſi que des Abbayes & Monaſteres ſoit de Religieux ou Religieuſes deſdits Royaume, pays & ſeigneuries, de quelque grande ou petite valeur qu'ils ſoient ou puiſſent eſtre, & encore qu'ils n'excedaſſent l'eſtimation de deux cens florins de Chambre Apoſtolique de revenu annuel, il ne pourra faire aucunes proviſions, ſoit en titre, en commande, à vie ou à temps, ny autrement en quelque maniere que ce ſoit, ſinon à la Nomination dudit Seigneur ſuivant leſdits Concordats.*

*Auſſi ne pourra conferer les Benefices au pre-*

*judice des Nominations concedées aux Conſeillers de la Cour par noſtre ſaint Pere à la nomination du Roy.*

*Et pareillement, qu'il ne pourra exercer Iuriſdiction ſoit par luy, ou ſes deleguez, ſur les ſujets lais du Roy, ſoit en matiere de faux, uſures, ſeparations de mariez quant aux biens, petition de dot, reſtitutions de biens mal pris par contracts illicites & uſuraires, perturbation du repos public, ſoit par introduction de nouvelles ſectes ſeditieuſes ou heretiques, où il n'eſt queſtion que de faict, ou autrement en quelque maniere que ce ſoit, dont la connoiſſance appartient audit Seigneur, ou à ſes Iuges : ny ſemblablement les abſoudre deſdits cas, ſinon quant à la conſcience & Iuriſdiction penitentielle.*

*Et qu'il ne pourra bailler permiſſion aux gens d'Egliſe de cedit Royaume, & ſeigneuries, ou autres tenans Benefices en iceux, meſme aux Reguliers & Religieux Profez, de Teſter des biens & fruits de leurſdits Benefices ſituez audit Royaume, contre les couſtumes des pays & provinces d'iceluy, redigées par écrit, & émologuées, approuvées, & enregiſtrées en ladite Cour.*

*Reſervé auſſi qu'il ne pourra déroger, ny prejudicier par ſes proviſions beneficiales ou autrement, aux Fondations laïcales & droits des Patrons lais de cedit Royaume.*

*Pareillement ne pourra uſer des facultez de Diſpenſe à luy octroyées, au prejudice des loüables couſtumes & ſtatuts des Egliſes Cathedrales & Collegiales de ce Royaume, concernans l'entretenement, continuation, ou augmentation du divin ſeruice, ſi ſur ce y a approbation, privilege, & confirmation Apoſtolique octroyée pour la cauſe ſuſdite auſdites Egliſes à la requeſte & ſupplication du Roy Patron d'icelles Egliſes, encor que leſdits privileges, octrois, & conceſſions ſoient ſubſequentes les fondations deſdites Egliſes.*

quem conceſſiones percipiendi fructus, in abſentia ſine præfinitione temporis fieri prohibentur: ac de una vel duabus dietis, in conſilio generali edita, & aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus, conſtitutionibus & ordinationibus: ac quibuſvis Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ editis, & edendis, quarum tempora durantia, ac etiam pluries prorogata, & decurſa de novo concedere poſſis

67. Quibus & aliis præmiſſis etiam in ſpecie valeas Derogare, ſtatutis quoque & conſuetudinibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Vniverſitatum, Collegiorum & civitatum huiuſmodi: necnon Ordinum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, etiam ſi de illis ſervandis, & non impetrandis litteris, contra ea, & illis etiam ab illo, vel aliis impetratis, ſeu aliàs quoviſmodo conceſſis, non utendo, perſonæ quibus indultum de percipiendis fructibus in abſentia huiuſmodi conceſſum fuerit, præſtitiſſent eatenus, vel in poſterum, forſan præſtare contigerit iuramentum, ac quibuſvis Privilegiis, & indultis generalibus, vel ſpecialibus Ordinibus quibuſcunque etiam Ciſtercien. & Cluniacen. quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quæ præmiſſis quovis modo obſtarent, per quæ præſentibus, non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, quæ quoad hoc nolumus cuiquam ſuffragari.

68 Quibus omnibus & fundationibus quibuſcunque, provt expedierit, ſecundum rei & caſus

caſus exigentiam, ut tibi placuerit valeas derogare, quodque aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis, de huiuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ ſedis, vel Legatorum eius litteras impetrarint: etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum: quibus omnibus perſonas, quibus per te de Beneficiis prædictis providebitur, in eorum aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari. Sed ſi locorum Ordinariis & collatoribus, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum quod ad receptionem, vel proviſionem alicuius minimè teneantur: & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint: quodque de huiuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri, ſeu commenda fieri per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus litterarum tuarum impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis.

69. Et quia difficile eſſet præſentes in ſingulis litteris tuis ſuper præmiſſis concedendis inſeri, & ad omnia loca, in quibus de eis fides facienda eſſet, deferri; Volumus & decerni-

mus earum tranſſumptis, etiam per impreſſionem factis, & tuo ſigillo munitis, & manu tui Secretarij, aut Regentis Cancellariæ tuæ ſubſcriptis, dictiſque litteris tuis abſque earundem præſentium, in toto vel in parte, inſertione, eam ubique fidem, in iudicio & extra adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi originaliter exhiberentur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, tertio Kal. Martij, Pontificatus noſtri, anno tertio decimo. *Sic ſignatum ſupra plicam*, G. de la Noz, *Et in dorſo ſcriptum eſt*, Regiſtrata apud Fabium, Secretarium.

---

## *Breve Pontificium ad Legatum.*

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Hieronymo, ſancti Georgij ad velum aureum Diacono Cardinali, ad Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, noſtro & Apoſtolicæ ſedis Legato ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nos nuper te ad claræ memoriæ Franciſcum Francorum Regem tunc in humanis agentem pro nonnullis arduis & gravibus negotiis non ſolum ſedem Apoſtolicam, ſed etiam univerſam rempublicam Chriſtianam concernentibus, noſtrum, & eiuſdem ſedis Legatum de latere (tanquam pacis Angelum) de fratrum noſtrorum conſilio duxerimus deſtinandum, dictuſque Franciſcus Rex interim, ſicut Domino placuit, rebus fuerit humanis exemptus, Nos cupientes ea quæ cum præfato Franciſco Rege tractanda piè

ſanctæque inſtitueramus, cum eodem Henrico Rege tractari, ac benedicente Domino fœliciter ſuccedere, circumſpectioni tuæ per præſentes committimus & mandamus, quatenus ſuſceptum à te ad præfatum Franciſcum Regem officium Legationis huiuſmodi cum eodem Henrico Rege proſequaris, prout antea tibi fuerat injunctum.

Nos enim propterea tibi quòd litteris, mandatis, gratiis, & facultatibus per nos antea tibi conceſſis, perinde ac ſi te ad eundem Henricum Regem ſpecialiter, & expreſsè deſtinaviſſemus, uti liberè & licitè valeas, concedimus & indulgemus): decernentes ſic per quoſcunque iudices & commiſſarios quavis auctoritate & poteſtate pro tempore fungentes, etiam ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinales, ac ſacri Palatij noſtri Apoſtolici Auditores iudicari, ſententiari, decidi, diffiniri & terminari debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus quæ in ſingulis ſuper Legationis huiuſmodi officio emanatis litteris volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, indulti & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Id. Aprilis, Pontificatus noſtri anno tertio-decimo. *Sic ſignatum.* G. de la Noz. *Et in dorſo ſcriptum eſt*, Regiſtrata apud Fabium, Secretarium.

## *Summarium eorum quæ in præcedentibus Facultatis litteris continentur.*

1. FAcultas Matrimoniales, & Beneficiales, ac alias ſpirituales cauſas (etiam appellationum,) ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, Delegandi.
2. Cauſas illas evocandi, & aliis committendi.
2. Beneficium reſtitutionis in integrum, adverſus ſententias, res judicatas, contractus ac læſiones quaſcunque, concedendi.
3. Tabellionatuſque officium, & tabelliones conſtituendi.
4. Milites auratos, Comiteſque palatinos, & poëtas laureatos creandi.
4. Quoſcunque idoneos, ad Doctoratus, & alios gradus, in quacunque ſcientia promovendi.
5. Quòd illi ſic promoti, privilegiis ſtudiorum generalium potiantur, & gaudeant.
6. Cum nobilibus & graduatis ad tria incompatibilia Diſpenſandi.
6. Cum non nobilibus, & non graduatis ad duo incompatibilia.
7. Ad duo ſimilia, vel diſſimilia, ſub uno, duobus, vel tribus tectis.
7. Ad duo regularia cum regularibus, uti cum uno regulari ad unum ſeculare: etiamſi
8. alterum illorum fuerit conventuale, vel claſtrale.
9. Ad unum regulare pro clerico ſeculari, dummodo illud conventuale aut clauſtrale

7. non fuerit.

10. Cum patientibus defectum natalium, (etiam regularibus,) ad quoſcunque ordines & quæcunque beneficia ſe invicem compatientia.

11. Et cum eiſdem ſi graduati non fuerint ad duo, & ſi graduati, ad tria incompatibilia.

12. Cum patientibus ætatis defectum (etiam regularibus,) ad unum curatum, vel alias incompatibile, etiamſi Parrochialis Ecclesia fuerit.

13. Vt diſpenſationum vigore obtenta, poſſint cedi, vel ſimpliciter, aut cauſa permutationis reſignari, & loco dimiſſi, &c.

14. Alia, etiam curatum anno 17. recipere.

16. Inter tria incompatibilia non ſint vltra duas Parrochiales.

15. Conſtituti in 16. ad Subdiaconatus, & in 18. ad Diaconatus, ac in 20. ſuarum ætatum annis ad presbyteratus ordines, ſi arctati, promoveri poſſint.

16. In ætate legitima conſtituti & arctati, ad omnes ordines, etiam extra tempora quibuſvis diebus dominicis, vel feſtivis, etiam ad duos eodem die, à quocumque catholico Antiſtite liberè promoveri valeant.

17. Obtinentes Beneficia curata, aut alias, ſacros & presbyteratus ordines requirentia, uſque ad ſeptennium promoveri non teneantur.

18. Cum tertio & quarto etiam multiplici conſanguinitatis ſeu affinitatis gradibus coniunctis, & quocunque impedimento publicæ honeſtatis non obſtante, invicem matrimonialiter poſſint copulari, cum abſolutione à cenſuris & legitimatione prolis.

19. Fructus Beneficiorum in altero illorum vel Romana curia reſidendo, aut littera-

rum ſtudio generali inſiſtendo ( quotidianis diſtributionibus exceptis ) percipiendi.
20 Quibuſcunque perſonis liceat habere altare portatile.
21. In locis interdictis Miſſas & alia divina officia celebrandi, & audiendi.
22. Confeſſores idoneos eligendi.
23. Horas canonicas & alia divina officia ſecundum uſum Romanæ Eccleſiæ, etiam iuxta ritum Breviarij noviter impreſſi ( extra tamen chorum ) recitandi.
24. Quòd quilibet ſacerdos, aut Religioſus, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare valeat.
25. Quòd mulieres honeſtæ quæcunque monaſteria monialium devotionis gratiâ ingredi valeant.
26. Quòd Parrochialium Eccleſiarum Rectoris eorum Parrochianos utriuſque ſexus ab omnibus peccatis & criminibus, ordinariis reſervatis, abſolvere poſſint.
27. Vota quæcunque per Parrochianos emiſſa, præterquam ſedi Apoſtolicæ reſervata, in alia pietatis opera commutare.
28. Quòd quicunque ſeculares vel Eccleſiaſtici, etiam Religioſi, etiam Ordinum mendicantium, ſepulchrum Dominicum & alia pia loca Terræ ſanctæ perſonaliter poſſint viſitare.
29 Quòd liceat uti butiro & caſeo in locis in quibus olei uſus non habetur, & infirmis de carnibus veſci de conſilio utriuſque medici.
30. Iuramenta ad effectum agendi, ac etiam ſimpliciter relaxandi.
30. A reatu perjurij abſolvendi, & perjuros ad priores honores, ſtatum, & famam reſtituendi.
31 Quoſcunque per ſaltum, vel furtivè ad ſacros promotos abſolvendi, & quod ad

reliquos ordines promoveri poſſint, diſpenſandi.

32. Cum quibuſvis, qui Simoniæ labem, tam in Beneficiis, quam in ordinibus contraxerint, diſpenſandi.

33. Quoſcunque qui poſt & contra extravagan. Execrabilis, Beneficia detinuerint, abſolvendi, & ea Beneficia denuo conferendi.

34. Eos qui Parrochiales, vel alia Beneficia presbyteratus, vel alium ordinem requirentia, detinuerunt & intra annum promoti non fuerunt, abſolvendi: 35. eiſque novo de illis providendi.

36. Illos, qui in clericos, ac presbyteros, manus violentas injecerunt, abſolvendi.

37. Etiam eos qui tempore bellorum, rapinas, ſacrilegia, furta, & alia mala perpetraverunt.

37. Quodque qui horas canonicas omiſerunt, & debito tempore non recitaverunt, aut inadvertenter dixerunt.

38. Religioſos etiam qui ob ſui habitus non delationem, aut alias, reatum apoſtaſiæ incurrerunt

39. Super irregularitate quacunque præterquam homicidij voluntarij, aut bigamiæ, ad quoſcunque ordines, etiam ſacros, & ad dignitates & beneficia, diſpenſandi.

40 Contra quoſcunque (etiam laicos) litterarum Apoſtolicarum falſarios, ſchiſmaticos, hæreticos, uſurarios, raptores, & aliorum criminum reos, inquirendi.

41 punien di, ac illos abſolvendi.

42 Eoſdem ad honores, dignitates, & Beneficia diſpenſandi, & in priſtinum ſtatum reducendi, infamiæque notam abolendi.

43. Eccleſias, Monaſteria, Vniverſitates, & Collegia, ac alia pia loca, exempta & non

exempta per ſe vel alium viſitandi, & ea reformandi.

44 Quæcunque ſtatuta & ordinationes Eccleſiarum, & ſtudiorum generalium, Monaſteriorum, ordinum & conventuum confirmandi & approbandi, omneſque defectus ſupplendi ac moderandi, corrigendi, & in melius reformandi.

45. Quotquot ſedis Apoſtolicæ Capellanos & Notarios Apoſtolica authoritate recipiendi, cum prærogativis ſedis ipſius notariis conceſſis.

46 Licentiam teſtandi, concedendi.

47. Reſignationes ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis factas, recipiendi, & admittendi.

48. Beneficia etiam per obitum vacantia, etiam ſi reſervata vel affecta, aut de iure Patronatus laicorum exiſtentia, regularibus, vel ſecularibus conferendi.

49. De quibuſvis Monaſteriis tam virorum quam mulierum, ordinum quorumcunque, dummodo fructus virorum ducentos florenos non excedant, providendi.

50. Beneficia menſis Epiſcopalibus, capitularibus & conventualibus uniendi, & perpetuò, vel ad tempus, incorporandi.

50. Canonicos ſupernumerarios creandi.

51. Concordias & conventiones, ac in eis contenta, confirmandi, & approbandi.

52. Verum & vltimum vacationis modum pro expreſſis habendi.

53. Quaſcunque penſiones annuas, non medietatem fructuum excedentes, ac etiam omnes fructus loco penſionum, reſignantibus, vel cedentibus, etiam ad ſucceſſores, reſervandi.

54. Penſiones reſervatas & reſervandas, ac fructuum reſervationes de conſenſu (etiam

anticipata ſolutione aliquorum annorum) caſſandi & extinguendi.

55. A cenſuris quibuſcunque impetrantes ad effectum abſolvendi.

56. Quod omnia & ſingula Beneficia &c. per impetrantes obtenta, habeantur pro expreſſis, prout & eorum veri valores annui.

58. Indulgentias ſeptem annorum concedendi

59 Bona immobilia Monaſteriorum, Eccleſiarum, & Beneficiorum permutandi, vendendi, & ad tempus longum locandi, ac in feudum & emphyteuſim ſeu cenſum vel affictum concedendi.

60. Regulares perſonas utriuſque ſexus, etiam Ordinum mendicantium de eorum domibus, Monaſteriis, & locis, etiam aliorum ordinum, etiam non mendicantium, transferendi.

61. Eccleſias, Monaſteria, & domos Ordinum mendicantium, & Beneficia Eccleſiaſtica de novo fundandi & dotandi, collapſaque reparandi, & in fundatione licita & honeſta imponendi onera.

61. Eccleſias fundantibus aut dotantibus & reparantibus, eorumque poſteris ius patronatus concedendi.

61. Alienationes & locationes de bonis immobilibus beneficiorum factas, confirmandi, defectuſque ſupplendi.

62. Tempus executoribus teſtamentorum præfixum, prorogandi.

63. Iuri Patronatus laicorum derogandi.

64. Quæ maior Pœnitentiarius in curia Romana poteſt, faciendi.

66. Conſtitutionibus conciliaribus, ac regulis Cancellariæ Apoſtolicæ derogandi.

67. Etiam ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Vniverſitatum, Collegiorum & civitatum, ac Ordinum quorumcunque. N v

67. Etiam Privilegiis & indultis, Ordinibus quibuſcunque, etiam Cluniacen. & Ciſtercien. conceſſis, confirmatis, & innovatis.

68. Etiam & fundationibus omnibus, ſecundum rei, & caſus exigentiam.

69. Quòd tranſſumptis (etiam per impreſſionem factis) litterarum facultatis huiuſmodi fides in iudicio & extra iudicium adhibeatur.

---

# Senatus Pariſienſis Decretum circa Mandata Legationis, Her. Cardinali S. Geor. data.

*Extraict des Regiſtres de Parlement.*

*Apres avoir veu par la Cour, toutes les Chambres aſſemblées, les Bulles Apoſtoliques de la Legation du Cardinal ſaint George au Voile d'or, & facultez declarées en icelles, à luy octroyées par noſtre S. Pere le Pape, enſemble les Lettres patentes du Roy données a ſaint Germain en Laye le 29. iour de May dernier paſſé, & les Regiſtres de la Cour: & ouy le Procureur general du Roy, a eſté conclu qu'elles ſeront leuës, publiées & enregiſtrées en icelle ſous les limitations, modifications & reſtrictions contenuës eſdites Lettres patentes du Roy, decernées ſur leſdites* Bulles, *& ſur celles des Legations des Cardinaux de Farneze &* Sadolet, *& ſous les modifications & declarations faites par ladite Cour, ſur la verification deſdites Bulles.*

*A ſçauoir, qu'il ne pourra exercer iuriſdiction ſur les ſujets du Roy, & demeurans en ce Royau-*

*me, païs, terres & ſeigneuries dudit Seigneur, eſquels s'eſtend ladite Legation, ſoit par citation, evocation, delegation, & autrement, encore que ce fuſt du conſentement deſdits ſujets, ou entre ceux qui ſont exempts des Iuriſdictions Eccleſiaſtiques, & immediatement quant à ce ſujets au ſaint Siege Apoſtolique, & dont les cauſes y ſeroient legitimement deuolués ; quant auſquels neanmoins il pourra bailler Iuges deleguez és parties deſdits Royaume, païs, terres, & Seigneuries ; deſquels les appellations, ſi aucunes eſtoient interjettées, y ſeront traitées iuſques à la finale deciſion d'icelles, ſelon la teneur des Concordats faits entre ledit ſaint Siege Apoſtolique, & ledit Seigneur.*

*Auſſi ne pourra uſer de la faculté de Legitimer les Baſtards & illegitimes, ſinon pour eſtre promeus aux ſaints Ordres, Benefices & eſtats de l'Egliſe, & non pour les rendre capables de ſucceder, ou leur eſtre ſuccedé, ny d'obtenir offices & eſtats ſeculiers ; & encores pourveu que és legitimations & expeditions qui ſeront faites par luy pour le regard deſdits ſaints Ordres, Benefices & eſtats de l'Egliſe. il ne derogera aux fondations ſeculieres, ou privileges obtenus en faiſant leſdites fondations par les ſeculiers ou Eccleſiaſtiques qui les auroient faites ſur leurs patrimoines & biens ſeculiers : ne pareillement aux couſtumes, ſtatuts & autres conſtitutions ſeculieres.*

*Auſſi ne fera aucunes unions ou annexes de Benefices à la vie des beneficiez, ne autre temps: mais baillera ſeulement les reſcrits delegatoires pour l'effet deſdites unions qu'il voudra faire ſelon la forme du Concile de Conſtance, & non autrement.*

*Pareillement, qu'il ne pourra Diſpenſer les Graduez qui ſeront par luy pourveus, du cours*

*de leurs eſtudes ny autrement, pour eſtre capables des nominations des Benefices, & autres droits & prerogatives contenus eſdits Concordats: ne creer aucunes Penſions ſur les Benefices de cedit Royaume, pays, terres, & Seigneuries, encore que ce fuſt du conſentement des beneficiez, ſinon au profit des reſignans, quand ils reſigneroient à cette charge, ou quand ce ſera pour la pacification des Benefices litigieux: ne permettre qu'aucun reſignant puiſſe retenir au lieu de penſion tous les fruits d'un Benefice reſigné.*

*Auſſi ne pourra bailler permiſſion d'Aliener les biens immeubles des Egliſes pour quelque utilité ou evidente neceſſité que ce ſoit, & par quelque forme & maniere de contract, ſoit de vendition, permutation, infeodation, cenſive, emphyteoſe, bail à rente, à loüage, à longues années, encore que leſdits Benefices & Egliſes fuſſent exempts & immediatement ſujets audit S. Siege Apoſtolique: mais pourra ſeulement bailler reſcrits delegatoires aux ſujets & habitans de cedit Royaume, pays, & ſeigneuries, pour connoiſtre, traiter, iuger & decider deſdites alienations, utilité évidente, & urgente neceſſité, & de cela connu ſelon la forme de droict, interpoſer confirmation & decret, ainſi que la matiere le requerra.*

*Pourveu auſſi que des Abbayes & Monaſteres ſoit de Religieux ou Religieuſes deſdits Royaume, pays & ſeigneuries, de quelque grande ou petite valeur qu'ils ſoient ou puiſſent eſtre, & encore qu'ils n'excedaſſent l'eſtimation de deux cens florins de Chambre Apoſtolique de revenu annuel, il ne pourra faire aucunes proviſions, ſoit en titre, en commande, à vie ou à temps, ny autrement en quelque maniere que ce ſoit, ſinon à la Nomination dudit Seigneur ſuivant leſdits Concordats.*

*Auſſi ne pourra conferer les Benefices au pre-*

*judice des Nominations concedées aux Conſeillers de la Cour par noſtre ſaint Pere à la nomination du Roy.*

*Et pareillement, qu'il ne pourra exercer Iuriſdiction ſoit par luy, ou ſes deleguez, ſur les ſujets lais du Roy, ſoit en matiere de faux, uſures, ſeparations de mariez quant aux biens, petition de dot, reſtitutions de biens mal pris par contracts illicites & uſuraires, perturbation du repos public, ſoit par introduction de nouvelles ſectes ſeditieuſes ou heretiques, où il n'eſt queſtion que de faict, ou autrement en quelque maniere que ce ſoit, dont la connoiſſance appartient audit Seigneur, ou à ſes Iuges: ny ſemblablement les abſoudre deſdits cas, ſinon quant à la conſcience & Iuriſdiction penitentielle.*

*Et qu'il ne pourra bailler permiſſion aux gens d'Egliſe de cedit Royaume, & ſeigneuries, ou autres tenans Benefices en iceux, meſme aux Reguliers & Religieux Profez, de Teſter des biens & fruits de leurſdits Benefices ſituez audit Royaume, contre les couſtumes des pays & provinces d'iceluy, redigées par écrit, & émologuées, approuvées, & enregiſtrées en ladite Cour.*

*Reſervé auſſi qu'il ne pourra déroger, ny prejudicier par ſes proviſions beneficiales ou autrement, aux Fondations laïcales & droits des Patrons lais de cedit Royaume.*

*Pareillement ne pourra uſer des facultez de Diſpenſe à luy octroyées, au prejudice des loüables couſtumes & ſtatuts des Egliſes Cathedrales & Collegiales de ce Royaume, concernans l'entretenement, continuation, ou augmentation du divin ſeruice, ſi ſur ce y a approbation, privilege, & confirmation Apoſtolique octroyée pour la cauſe ſuſdite auſdites Egliſes à la requeſte & ſupplication du Roy Patron d'icelles Egliſes, encor que leſdits privileges, octrois, & conceſſions ſoient ſubſequentes les fondations deſdites Egliſes.*

*Outre ne pourra uſer de la faculté à luy octroye, de conferer pluſieurs Benefices* ſub eodem tecto, *quant à deux Chanoinies, Prebendes ou dignitez en meſme Egliſe Cathedrale & Collegiale, ſoit à vie, ou a certain temps, pour eviter à la diminution notable du diuinſervice, de la decoration de l'ordre & eſtat Eccleſiaſtique eſdites Egliſes.*

*Auſſi ne pourra ledit Legat uſer de la faculté à luy octroyée, de Proroger le temps donné aux Executeurs des teſtamens, pour faire & parfaire l'execution d'iceux, pource que ſous ombre de ladite prerogation de temps, ils pourroient longuement differer d'accomplir les dernieres volontez des defunts, contre leur intention, & auſſi ladite prorogation ſeroit au prejudice des heritiers qui doivent eſdits pays couſtumiers eſtre ſaiſis des biens meubles, incontinent apres l'an de l'execution paſſé, deſquels meubles leſdits executeurs ſont ſaiſis dedans l'an.*

*Plus n'uſera de la faculté à luy octroyée, de Convertir les Legs pitoyables en autres uſages, contre la volonté des defunts, ſi ce n'eſt és cas eſquels icelle volonté ne pourroit eſtre accomplie formellement, & qu'il ſeroit beſoin faire ladite commutation; pourveu qu'audit cas elle ſoit equipollente à ce qui avoit eſté ordonné par le teſtament, ou autre diſpoſition de derniere volonté.*

N*e pourra auſſi ledit Legat déroger à la Regle* de verisimili notitia, & de publicandis reſignationibus in partibus: *ny pareillement faire aucunes Compoſitions avec ceux qui auront eſté vrais Intrus és Benefices, ſur les fruits mal pris par eux & perceus, ny les leur remettre en tout ou partie, attendu qu'ils doivent eſtre convertis en l'utilité des Egliſes, ſous le nom & titre deſquelles ils ont eſté perceus.*

*Auſſi ledit Legat és collations & proviſion, des Benefices qui ſeront reſignez entre ſes mains*

*ne pourra ordonner que ſur leſdites reſignations foy entiere ſoit adjouſtée au contenu des Bulles, ſans exhibition des procurations, en vertu deſquelles leſdites reſignations ont eſté faites, ou autre preuve valable de ladite procuration: & ce quant au prejudice du pretendu reſignant, s'il en fait contradiction ou denegation.*

*Semblablement ledit Legat és collations & proviſions de benefices qui ſeront par luy faites, n'uſera de la clauſe* anteferri, *ou autre ſemblable, au prejudice de ceux auſquels au precedent, & deſlors de la proviſion par luy faite, ſeroit acquis droit pour obtenir ledit benefice, en eſperance certaine qu'aprés la requiſition faite par eux, par vertu du mandat ou grace Apoſtolique au Collateur ordinaire, de leur conferer le Benefice vacant, & par ce moyen leur ſeroit acquis vray droict pour obtenir ledit Benefice, en eſperance contraire, comme dit eſt.*

*Ne pourra auſſi ledit Legat connoiſtre des Cauſes Eccleſiaſtiques en premiere inſtance. ne uſer d'evocations au preiudice du Chapitre* de cauſis, *contenu eſdits Concordats. Ny uſer de ſequeſtration reelle en matiere beneficiale, ou autre Eccleſiaſtique: Ny connoiſtre pareillement des crimes qui ne ſont purs Eccleſiaſtiques, ores qu'ils fuſſent mixtes a l'encontre des purs laiz, mais ſeulement à l'encontre des gens d'Egliſe.*

*Et ne pourra uſer de condamnations pecuniaires eſdits crimes purs Eccleſiaſtiques contre les laiz, & quant aux gens d'Egliſe en pourra uſer ſelon les Sanctions Canoniques, ſans contreuenir aux ſaints Decrets Conciliaires contenus en la cenſure canonique.*

*N'uſera auſſi de Reſtitutions en entier, ou reſciſions de contracts faits entre gens laiz, ou ſur matieres reelles, ores que les contractans fuſſent perſonnes Eccleſiaſtiques. Ny pareillement ſur les contracts paſſez entre quelconques perſon-*

*nes laiz ou Eccleſiaſtiques, contenans ſimples obligations perſonnelles, ſi leſdits contracts ſont receus par Notaires & Tabellions, & ſous ſiels Royaux, ou ſeel ſeculier, mais ſeulement uſera de la faculté de reſtituer en entier, ou entre laiz & clercs ſeulement, contenans ſimples obligations perſonnelles, & qui ſeront paſſées ſeulement de parole pardevant témoins, ou receus pardevant Notaires Eccleſiaſtiques, & dont la connoiſſance devroit appartenir au Iuge d'Egliſe, & non autrement.*

*Ne pourra auſſi reſtituer ny habiliter les laiz contre l'Infamie par eux encouruë, mais ſeulement les clercs quant aux ordres, offices, dignitez & autres actes Eccleſiaſtiques. Ne pourra auſſi uſer de la faculté de creer Penſions, ſi ce n'eſt, comme deſſus eſt dit, conformément aux ſaints Canons Conciliaires, & autres Canoniques Sanctions. Ny donner permiſſion à aucun ayant penſion creée ſur un Benefice de ce Royaume, d'icelle penſion transferer à autre perſonne. Et outre à la charge qu'il ne pourra uſer de la puiſſance de conferer les Benefices de ceſdits Royaume, pays & ſeigneuries, ſinon pendant qu'il y ſera, & non quand il ſera en pays hors de l'obeiſſance du Roy. Et qu'à ſon partement il ſera tenu laiſſer és mains de quelque notable & fidele perſonnage, les Regiſtres des expeditions faites durant ſadite Legation, pour expedier à ceux quil appartiendra. Et generalement qu'il ne pourra faire aucune choſe preiudiciable ou dérogeante aux ſaints Decrets, Concordats, Conciles generaux de l'Egliſe, droits, franchiſes & Libertez de l'Egliſe Gallicane, & des Univerſitez & Eſtudes publiques de cedit Royaume & Seigneuries. Et de ce que deſſus ſera tenu bailler Lettres en forme valable. Fait en Parlement le 23. Iuin 1547. Signé, du Tillet.*

# Regiſtra & ſigillum Legationis Delegatis à curia Senatoribus tradenda.

*Extraict des Regiſtres du Parlement, du 18. Fevrier 1551.*

*CE iourd'huy la Cour a ordonné aux Dataire & Referendaire du Legat du ſaint Siege Apoſtolique en France, venus en ladite Cour, dire & advertir ledit Legat que ſuivant la promeſſe qu'il a cy-devant faite aprés la publication des Bulles de ſa Legation en ladite Cour, il euſt avant ſon partement de la ville de Paris à mettre entre les mains de M. Nicole Prevoſt Conſeiller du Roy en ladite Cour, les Regiſtres des expeditions qu'il avoit faites depuis ſadite Legation publiée en ladite Cour: & entre les mains de M. François Demyer auſſi Conſeiller du Roy en icelle Cour, le ſeel d'icelle Legation, comme ont accouſtumé de faire les autres Legats; à tout le moins quand iceluy Legat ſeroit à Lyon, mettre le tout és mains du Lieutenant general de la Seneſchauſſée de Lyon, ou de l'Official de la Primace dudit Lyon, appellé ledit Lieutenant general, pour les envoyer reſpectivement auſdits Prevoſt & Demyer, & de ce certifier ladite Cour: autrement que l'on n'aura foy aux expeditions qui ſe trouveront par luy faites, comme eſtans nulles.*

*Depuis & le dernier iour d'Aouſt 1552. Veu par la Cour la Requeſte à elle preſentée par le Procureur general du Roy, par laquelle attendu que par Arreſt d'icelle avoit eſté ordonné que la*

Cardinal Veralle Legat dernier venu en France mettroit les Regiſtres & expeditions eſtans pardevers luy avec le ſeel, és mains des Commiſſaires deputez par la Cour, attendu que ledit Legat ſe retiroit à Rome : ce neanmoins iceluy Legat auroit ſeulement laiſſé les expeditions & Regiſtres eſtans de preſent és mains de M. Nicole Prevoſt Conſeiller en icelle, & ſans y avoir remis ledit ſeel, ſuivant l'Ordonnance de ladite Cour, choſe qui eſtoit de grande importance, & qui pourroit empeſcher la delivrance des expeditions neceſſaires pour les parties : il requeroit pour le bien public eſtre ordonné que ledit Prevoſt Conſeiller pourra pour le faict deſdites expeditions uſer de ſon ſeel, ou autre ſeel qu'il plaira à la Cour ordonner, comme ſeel emprunté au defaut & ſubſide de celuy dudit Legat : VEU ledit Arreſt, & tout conſideré, ladite Cour ordonne que pour le ſeel des expeditions qui ſe trouveront neceſſaires ſur les Regiſtres dudit dernier Legat eſtant pardevers ledit Prevoſt, ſe pourra iceluy Prevoſt aider de ſon ſeing & ſeel, ou autre tel qu'il adviſera comme ſeel emprunté : & foy ſera adiouſtée auſdites expeditions & Bulles, comme ſi elles avoient eſté faites & expediées par ledit Legat. Auſſi ſera foy adiouſtée aux extraicts des ſignatures eſtans auſdits Regiſtres, faits parties appellées, comme ſi les Bulles avoient eſté levées en forme.

# *Formula iuramenti præſtiti à I. F. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Mauroceno nuncupato, Henrico III. Francorum Regi Chriſtianiſſimo 1576.*

I. F. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis M. nuncupatus ad H. Francorum Regem Chriſtianiſſimum, & univerſum illius Regnum, Dominia, Ducatus, civitates & loca ei ſubjecta, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ de latere Legatus, iuro & promittio in verbo Cardinalis per ſacros ordines meos manibus ad pectus poſitis, Chriſtianiſſimo Regi, me Legati munere non functurum, nec facultatibus mihi à ſancta Sede conceſſis uſurum, niſi quandiu in Regno ero, & ſuæ Majeſtati Chriſtianiſſimæ placuerit, adeò ut certior factus de illius voluntate, illi convenienter Legati nomen, & ius continuò ſim depoſiturus: ſimulque omnium quæ gerentur à me, Legatione finitâ, codicillos red'ditarum in manibus ejus, quem voluerit ſua Chriſtianiſſima Majeſtas: item leges, & ſtatuta, & conſuetudines Regni ſervaturum, nec vllo modo auctoritati & iuriſdictioni Regiæ, iuribus, Libertatibus & privilegiis Eccleſiæ Gallicanæ, & Vniverſitatum derogaturum. In quorum teſtimonium has præſentes manu mea ſubſcripſi, ac præterea ſigillo meo muniendas curavi. I. F. C. M.

*Publié par M. Servin Advocat du Roy.*

# *BVLLA LEGATIONIS Em. Flavij Card. Chiſij anno 1664.*

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto Flavio tituli ſanctæ Mariæ de populo, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Chiſio nuncupato, ad Chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Ludovicum Franciæ & Navarræ Regem Chriſtianiſſimum, & univerſum illius Regnum, ejuſque Provincias, dominia civitates, oppida, terras & loca eidem Regi ſubjecta, dictoque regno adjacentia, & ad quoſcumque etiam Chriſtianos Principes, cæteraque alia loca, ad quæ te declinare contigerit, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legato, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Romanus Pontifex, cum ſuos, & Sedis Apoſtolicæ Legatos, ad Reges, & populos Chriſtianos, eorumque Regna, Provincias, & dominia de latere mittit, multis illos privilegiis, & facultatibus Apoſtolicis, prout perſonarum, temporum, & locorum ratio exigit, cumulare conſuevit: ut illi eiſdem facultatibus, & privilegiis muniti, poſſint in functione ſuæ Legationis, perſonis de eadem ſancta ſede benemeritis, aliiſque fidelibus, & devotis, de ipſius ſanctæ Sedis benignitate gratias, & privilegia liberaliter impertiri. Idcircò cùm hodie Te, qui noſter ſecundum carnem ex fratre nepos exiſtis, ad chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Ludovicum Franciæ & Navarræ Regem Chri-

ſtianiſſimum, ac univerſum illius Regnum, ejuſque Provincias, Dominia, Civitates, Oppida, Terras, & loca, eidem Ludovico Regi ſubjecta, & dicto regno adjacentia, & ad quoſcumque Chriſtianos Principes, eorumque Dominia, cæteraque alia loca ad quę te declinare contigerit, noſtrum, & dictæ Sedis de Latere Legatum deſtinaverimus; ut mandatis, conſiliiſque noſtris inſtructus, negotia tuæ prudentiæ commiſſa cum eodem Ludovico Rege noſtro, & Sedis Apoſtolicæ prædictæ nomine, pertractes; Nos ut Regni, & perſonarum, ac locorum eorumdem ſaluti, & ſtatui operâ tuâ conſulatur, hoc tuum munus ſpecialibus facultatibus, conceſſionibus & indultis proſequendum cenſuimus, quibus tamen pro data tibi à Domino prudentia, moderatè ad Dei gloriam, & populorum ædificationem, ac ipſius ſanctæ Sedis dignitatem utaris, prout in Domino duxeris expedire. Itaque, ut perſonis Regni, Provinciarum, civitatum, terrarum, & locorum prædictorum, ac aliis ad te undecumque confluentibus, ubicumque domicilium habuerint, & undecumque originem trahant, opportune conſulere, teque erga illos gratioſum & benignum exhibere poſſis.

1. Circunſpectioni tuæ per te, vel alium, ſeu alios viros probos, & idoneos, quaſcumque etiam Primatiales, Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas, Parrochiales, aliaſque Eccleſias, necnon Monaſteria, tam virorum, quàm mulierum, Prioratus, Præpoſituras, & loca ſæcularia, ac etiam S. Benedicti Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Præmonſtratenſis, Grandi-montenſis, Fontis-Ebraldi, & quorumcumque aliorum Ordinum, etiam Mendicantium, ac inſtitutorum, & Congregationum quarumcumque Re-

gularium, ac etiam Hoſpitalia, quantumvis exempta, dictæque Sedi mediate vel immediate ſubjecta, vel quocumque alio privilegio ſuffulta, eorumque Capitula, Conventus, Vniverſitates, Collegia, & perſonas, tam ſæculares, quam regulares, & ut præfertur exemptas, & ſubjectas, quoties tibi videbitur, Apoſtolica autoritate juxta ſacros Canones, & decreta ſacri Concilij Tridentini, Viſitandi, corrigendi, ac tam in Capite, quam in membris reformandi, ac illos, & illa in eorum priſtinum ſtatum, formam, regulas, & inſtituta, vitam, diſciplinam, & obſervantiam regularem, reſtituendi, & redigendi, atque aliàs providendi, & ſtatuendi.

2. Necnon prout occaſio rerumque qualitas exegerit, Conſtitutiones, conſuetudines, ac mores, & alia quæcumque, quæ mutatione, correctione, emendatione, revocatione & renovatione, vel etiam ex integro editione indigere cognoveris, mutandi, corrigendi, emendandi, revocandi, renovandi, & de novo edendi, vel etiam iam edita promulgandi, & confirmandi, & debitæ executioni mandari faciendi, dummodo ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non adverſentur

3. Abuſus quoſcumque, & pravos mores & conſuetudines tollendi, & abrogandi.

4 Et in perſonas tam ſæculares, quam regulares, & mendicantes, & quomodolibet exemptas, & privilegiatas, malè viventes, ſeu relaxatas, atque ab earum inſtitutis deviantes, ſeu aliàs quomodolibet delinquentes diligenter inquirendi, corrigendi, emendandi, coercendi, & puniendi, vel ad debitum, & honeſtum vitæ modum revocandi, prout iuſtitia ſuaſerit, & ordo dictaverit

rationis ; & quidquid inde ſtatueris , & ordinaveris perpetuò obſervari faciendi.

5. Contra inobedientes, falſarios, uſurarios, raptores, incendiarios, aliosque criminoſos, & delinquentes quoſcumque, etiam exemptos, eorumque fautores, & receptatores, cujuſcumque dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, per viam accuſationis, vel denunciationis, etiam ex officio, ac etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac etiam ſine ſtrepitu, & figura judicij, ſimiliter inquirendi, & procedendi ; reoſque, prout Canonicæ requirunt ſanctiones, ut aliàs tibi videbitur expedire, puniendi.

6. Inſuper prædictorum Criminum, & alias quaſcumque Criminales, Civiles, Matrimoniales, & Beneficiales meras, & mixtas, Eccleſiaſticas, & quaſvis alias ad forum Eccleſiaſticum pertinentes cauſas, præterquam in prima inſtantia, niſi per appellationem ab irreparabili gravamine, vel Sententia vim diffinitivæ habente, tam per viam recurſus, vel ſimplicis querelæ.

7. Quin etiam quarumcumque Appellationum à quibuſcumque judicibus ordinariis, & etiam à ſede prædicta Delegatis, interpoſitarum, & dicta durante legatione interponendarum, vigore, ac aliàs quomodolibet pro tempore devolutas, & devolvendas, motas, & movendas, cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis, & connexis, etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicij, ſolâ facti veritate inſpectâ, terminiſque ſubſtantialibus, etiam unico contextu ſervatis, vel illorum loco præfixo termino arbitrio tuo, audiendi, cognoſcendi, & fine debito, & prout juris fuerit terminandi.

8. Et ad hunc cæterorumque contingen-

tium effectum quoſcumque etiam per Edi-ctum Publicum, conſtito prius etiam ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto ad illos acceſſu, citandi, & monendi, eiſque, ac etiam quibuſvis judicibus, cæteriſque perſonis, quibus, & quoties opus fuerit, etiam per ſimile Edictum, ac etiam ſub Cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis tuo vel delegatorum tuorum arbitrio infligendis, imponendis, moderandis, & applicandis pœnis, exhibendi.

9 Et contra eos, & alios, provt opus fuerit, procedendi, & exequendi, ac contra eoſdem, & alios inobedientes, contumaces, & rebelles quoſcumque, Cenſuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauandi, Interdictum Eccleſiaſticum apponendi, & relaxandi, auxiliumque brachij ſæcularis invocandi.

10. Seu cauſas ipſas alij, vel aliis idoneis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, modo & forma præmiſſis, ac cum ſimili, vel limitata poteſtate, præterquam in eadem prima inſtantia, ut ſupra, pariter audiendas, & ut præfertur, terminandas, committendi, & delegandi.

11. Quaſcumque perſonas adverſus Sententias, res judicatas, & Contractus quoſcumque in integrum provt juris fuerit Reſtituendi.

12. Iuramenta quæcumque ad effectum agendi dumtaxat, ex cauſa relaxandi.

13. Quoſcumque, á quibuſvis Cenſuris, & pœnis, ſimpliciter, vel ad cautelam, ſi, & poſtquam congruè, provt debent, tam partibus quam judicibus ſatisfecerint, ac provt juris fuerit, abſolvendi.

14 Præterea quoſcumque ad te recurrentes, qui Homicidium, etiam voluntarium, Sacrilegium, ſimoniam, & perjurij reatum quo-

quomodocumque commiſerint, quique bellis interfuerint, manus violentas, in Clericos, & Presbyteros, non tamen Epiſcopos, vel ſuperiores Prælatos, nec in favorem hæreſis, aut hæreticorum, injecerint.

15. Nec non qui ratione Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & per eos obtentorum, Horas canonicas non recitaverint; vel qui infra tempus à jure ſtatutum, vel in fundatione, aut aliàs requiſitum, ſe ad ſacros Ordines promoveri non fecerint; & qui ante legitimam ætatem, ad ſacros Ordines, ſine diſpenſatione Apoſtolica vel dimiſſoriis ſui Ordinarij, aut extra tempora à jure ſtatuta, aut per ſaltum, aut aliàs ex quavis cauſa malè promoveri ſe fecerint.

16. Quique Beneficia Eccleſiaſtica incompatibilia, & contra conſtitutionem felicis recordationis Ioannis P. P. XXII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit *Execrabilis*, aut aliàs indebitè detinuerint; etſi ipſi, ac etiam alij quicumque & aliis quibuſcumque cauſis, fructus Eccleſiaſticos indebitè quomodocumque perceperint.

17. Et præterea eos, qui Adulterium, inceſtum, fornicationem, aut aliud quodcumque peccatum carnis perpetraverint.

18. Nec non harum, & ſupplicationum Apoſtolicarum Falſarios, Vſurarios, raptores, incendiarios, & aliorum quorumcumque criminum ad forum Eccleſiaſticum pertinentium reos, tam Clericos, quàm Laïcos, ſi hoc à te humiliter petierint.

19. Homicidas, voluntarios videlicet.

20. Ac in ſuſceptis Ordinibus Simoniacos, ac falſarios, eis ab altaris miniſterio perpetuo; ante ætatem vero legitimam promotis, tamdiu ab executione ſuorum Ordinum, quamdiu ante ætatem legitimam promoti

fuerint, & ampli.s arbitrio tuo ſuſpenſis; alios verò ſimoniæ labe, occaſione Beneficiorum infectos, Beneficiis ipſis prius realiter, & cum effectu dimiſſis.

21. Et qui Beneficia contra dictam conſtitutionem *Execrabilis*, aut aliàs indebitè detinuerint, illis pariter dimiſſis: necnon, qui fructus Eccleſiaſticos indebitè perceperint, illis pro facultate impetrantium, arbitrio tuo Eccleſiis, ac locis, unde profecti ſunt, reſtitutis, vel in pauperes erogatis, vel etiam ipſis impetrantibus in toto, vel in parte remiſſis; uſurarios verò, factâ priùs debitâ uſurarum reſtitutione; falſarios autem, incendiarios, & raptores, facta condigna ſatisfactione, cæteroque iniunctis pœnitentiis ſalutaribus, aliiſque injungendis, in utroque foro Abſolvendi.

22 Nec non cum omnibus & ſingulis prædictis, ſuper Irregularitate per eos occaſione præmiſſorum, vel aliàs quomodolibet, præterquam occaſione Homicidij voluntarij, ſimoniæ realis, & bigamiæ contracta, ſive ex eo quod huiuſmodi ſententiis, Cenſuris, & pœnis ligati, divinis, non tamen in contemptum clavium, ſe immiſcuerint; quodque eadem nonobſtante, niſi aliud Canonicum obſiſtat impedimentum, & cum patientibus defectum natalium, præterquam ex Presbytero, nec non corpore vitiatis, dummodo tanta non fuerit deformitas, quòd ſcandalum generetur in populo, ut promoveri poſſint ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines ſervatâ formâ Concilij Tridentini, & in illis promoti in altaris miniſterio miniſtrare, ac quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica cum Curâ, & ſine Curâ obtinere, vel retinere, dummodo plura ſimul non, alia quam quæ juxta Concilij Tridentini decreta permittuntur, diſpenſandi.

23. Inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam, contra eos inſurgentem abolendi, & eos in priſtinum, & eum, in quo anteà erant, ſtatum reſtituendi.

24. Sed & Apoſtatas ab Ordine, ſeu Religione, poſtquam ad ovile redierint, vel, ſi neceſſitas, aut utilitas poſtulaverint, ad alios Ordines pares, vel ſtrictiores tranſierint, etiam in utroque foro ſimiliter abſolvendi, & cum illis, ſuper irregularitate per eos propterea contracta, diſpenſandi.

25. Nec non quoſcumque alios utriuſque ſexus, tam ſæculares, quam cujuſvis Ordinis regulares, in omnibus, & quibuſcumque aliis Caſibus, tam Ordinariis locorum, quam dictæ ſedi quomodolibet reſervatis, & contentis in litteris die Cœnæ Domini legi conſuetis, ab Excommunicationis, aliiſque ſententiis, & Cenſuris Eccleſiaſticis, quas propterea quomodolibet incurrerint, præterquam tamen in caſu hæreſis, & ſchiſmatis, niſi iuxta facultatem, per alias noſtras litteras ſuper hoc particulariter expeditas, tibi conceſſam, & formam in eiſdem litteris præſcriptam, ac iniectionis manuum violentarum in perſonas Epiſcoporum, & ſuperiorum Prælatorum, ſalutaribus pœnitentiis injunctis, ac aliis injungendis in utroque foro per te, vel alium, ſeu alios à te deputandos, ſimiliter abſolvendi.

26. Inſuper ut quibuſvis in ætate legitima conſtitutis, & aliis idoneis Clericis, qui competenter Beneficiati, & adeo arctati fuerint ratione Beneficiorum per eos obtentorum, ut ſi tempora à jure ſtatuta expectarent, Beneficia ipſa, propter eorum non promotionem vacarent, ut ad titulum Beneficij huiuſmodi, vel etiam ubi Eccleſiarum, & horum neceſſitas, & utilitas poſtulaverit, iuxta prædicti

Concilij Tridentini Decretum, & ad titulum patrimonij, etiam ad ſacros, & Presbyteratus Ordines à ſuo Epiſcopo in unitate fidei, & Apoſtolicæ ſedis obedientia perſeverante, vel cum eiuſdem dimiſſorialibus litteris, à quocumque alio, quem maluerint, Catholico antiſtite, gratiam, & communionem dictæ ſedis Apoſtolicæ habente, extra Romanam curiam, & in propria Diœceſi reſidente, etiam quoad ſacros ordines tribus Dominicis, vel aliis de præcepto Eccleſiæ feſtivis diebus continuis, vel interpolatis, etiam extra tempora à iure ſtatuta, annique curriculo non expectato, ab interſtitiis, à Concilio prædicto præſcriptis minimè ſervatis, iuxta formam tamen conſtitutionis recolendæ memoriæ Vrbani PP. VIII. contra malè ordinatos, & ordinantes editæ promoveri, & in illis ſic promoti in altaris miniſterio miniſtrare poſſint, licentiam, & facultatem tribuendi, & concedendi.

27. Vlteriùs quaſvis perſonas, quæ invicem ſecundo, ac tertio mixto, vel tertio, aut quarto ſimplici, vel tertio, aut quarto mixto conſanguinitatis, vel affinitatis gradibus coniunctę ſunt, & ſeſe attinent, matrimonium de facto ſcienter, vel ignoranter de præterito, ſive hactenus contraxerunt, ac etiam copula carnali ſubſecuta conſummarunt, ab inceſtus reatu, & excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis propterea incurſis, iniunctis tamen pœnitentiis ſalutaribus, in utroque foro abſolvendi, atque cum illis, quod in ͅpedimento tertii, vel quarti ſimplicis, aut tertii, aut quarti mixti conſanguinitatis, aut affinitatis graduum huiuſmodi nonobſtante, in iam contracto matr monio remanere, vel illud de novo contrahere, ac in facie Eccleſiæ de no-

vo ſolemnizare, iuxta Decretum memorati Concilii Tridentini liberè, & licitè valeant; dummodo tamen mulieres propter hoc raptæ non ſint, prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo, diſpenſandi.

28. Ac inſuper cum aliis perſonis, quæ in quarto ſimplici, vel duplici gradu invicem coniunctæ ſunt ſeu ſe attinent, & matrimonium invicem contrahere cupiunt in futurum, ſive, quia vir, vel alius non obligatus mulierem nullam dotem habentem dotare, aut vir ipſe eam cum dote minus competenti ducere voluerit, ſeu ſi locus anguſtus, & contrahere volentes, aut nobiles, aut in illis principales fuerint, ſeu quia ipſi in civitatibus, ſeu oppidis inſignibus primarii paris conditionis perſonas invenire nequiverint, vel ubi mulier in propria terra, caſtro vel loco virum ſibi non attinentem, cui honeſte nubere poſſit, minime invenerit, & ſi extra nubere cogeretur, dotem ad id in bonis ſtabilibus competentem non habuerit, ac etiam pro ſedandis inimicitiis utriuſque parentum, fratrum, cognatorum, vel affinium ante contractum matrimonium, ex alia cauſa intercedentibus, & pace ineunda, aliiſque huiuſmodi caſibus, & aliis quibuſcumque cauſis, quæ tibi videbuntur, & etiam ſine earum expreſſione, & pro tuæ voluntatis arbitrio diſpenſandi, & ſimili modo ſuper impedimento publicæ honeſtatis, iuſtitiæ, ubi ſponſalia duntaxat non tamen malitioſè interceſſerint.

29. Necnon ſuper Cognatione Spirituali, de contracto tantum, non tamen inter levatum, & levantem, matrimonium inter ſe de novo contrahere, & in facie Eccleſiæ ſolemniſare, & poſtquam contractum fuerit in eo remanere.

30. Ac pariter qui per fornicationem, aut adulterium ſe polluerint, dummodo in mortem defuncti coniugis neuter machinatus fuerit, etiam ſi tales illud carnali copula conſummaverint, prolemque exinde ſuſceperint, ipſos ſimiliter ab inceſtus reatu, & excommunicationis, aliiſque Cenſuris Eccleſiaſticis propterea incurſis, in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta inde iis pro modo culpę pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de iure fuerint iniungenda, abſolvendi, utque etiam matrimonium de novo inter ſe contrahere, &, ut præfertur ſolemnizare, ac pariter in eo remanere liberè, & licitè valeant, ſimiliter diſpenſandi, prolemque exinde ſuſceptam, & ſuſcipiendam legitimam decernendi, atque nunciandi.

31. Ac etiam quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſæcularia, nec non Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Præmonſtratenſis, Grandi-Montenſis, Fontis-Ebrardi, & quorumcumque aliorum Ordinum regularium, intra limites tuæ legationis conſiſtentia: &, ſi ſæcularia, dignitates, Canonicatus, vel Præbendæ, perſonales adminiſtrationes, vel Officia in Cathedralibus, vel Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, & dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus, & Metropolitanis poſt Pontificales maiores, vel in Collegiatis huiuſmodi principales non ſint, aut Parrochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ; regularia vero Beneficia huiuſmodi, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, etiam Curata, & electiva, & aliàs qualitercumque qualificata, aut etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſervata, vel affecta, dummodo illorum ſingulorum fructus, redditus, & proventus

viginti quatuor ducatorum auri de camera ſecundum verum annuum valorem non excedant, extra dictam curiam intra limites dictæ legationis, ſive Provinciarum, & locorum, ad quæ te declinare contigerit, eundo, ſtando, & redeundo, vacantia; dummodo illa, quæ per obitum vacaverint ratione familiaritatis, & continuæ commenſalitatis noſtrę, ſeu alicuius Cardinalis viventis prædictæ diſpoſitioni reſervata, vel affecta non fuerint, perſonis idoneis conferendi, ac de illis etiam providendi.

32. Nec non Beneficia regularia eiuſmodi, non tamen valorem annuum prædictum vere excedentia, commendari ſolita, vel ſaltem commendis de illis anteà ad vitam factis hinc ceſſantibus, vacantia, perſonis ſæcularibus, per eos, quoad vixerint, vel ad tempus tenenda, regenda, & gubernanda, ita quod liceat eis debitis, & conſuetis illorum ſupportatis oneribus, de reſiduis illorum fructibus, reditibus, & proventibus diſponere, & ordinare, ſicuti illa in titulum pro tempore obtinentes, de illis diſponere, & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt; alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium Beneficiorum regularium commendandorum prædictorum eis penitus interdicta; Commendandi.

33. Nec non verum, & vltimum vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio reſultet, pro expreſſo habendi: Penſiones ſuper quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, tam ſæcularium, quam regularium fructibus, reditibus, & proventibus, ac etiam diſtributionibus quotidianis Apoſtolica authoritate reſervatas, & reſervandas, de conſenſu partium, & anticipata

ſolutione aliquorum annorum, caſſandi, extinguendi, & annullandi.

34. Quaſcumque Concordias licitas, & honeſtas ad partium ſupplicationem approbandi, & confirmandi, omnes, & quoſcumque iuris, & facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem ſupplendi, ac ab omnibus firmiter obſervari debere decernendi.

35. Ac in quibuſvis Cathedralibus & Metropolitanis, & Collegiatis Eccleſiis Canonicatus, & Præbendas, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia.

36. Nec non Monaſteria, tam virorum, quam mulierum cuiuſcumque ordinis, & prorſus quęcumque alia Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & clericalia, & etiam, ut pręfertur, qualificata, cum omnibus iuriſdictionibus & inſignibus conſuetis, ac etiam cum eo, quod in titulum perpetui ſimplicis Beneficij Eccleſiaſtici erigi numquam poſſint; Hoſpitalia, confraternitates, & alia religioſa loca erigendi, & inſtituendi, ac bona pro eorum dote, quæ competens ſit, aſſignanda, perpetuò applicandi, & appropriandi, nec non in huiuſmodi erectis Beneficiis dumtaxat ius patronatus, & præſentandi ordinario loci perſonas idoneas ex fundatione, & dotatione dumtaxat reſervandi, ac concedendi.

37. Ac quæcumque ſtatuta, & ordinationes licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Concilii Trid. Decretis non contraria concedendi.

38. Præterea quibuſvis Eccleſiaſticis perſonis, Capitulis, Conventibus, Monaſteriis, Confraternitatibus, & locis dictæ legationis, ut bona immobilia, non tamen iuriſdictionalia, nec reditum annuum valorem decem

ducatorum excedentia , Monaſteriorum , Conventuum, Prioratuum , Dignitatum , & aliorum Beneficiorum , & locorum Eccleſiaſticorum in evidentem illorum utilitatem, vel neceſſitatem , permutare , ſeu vendere, aut in Emphyteuſim , non tamen vltrà tertiam generationem , nec etiam conſanguineis , vel affinibus concedere poſſint , licentiam concedendi, ſeu permutationes , aut venditiones , vel conceſſiones huiuſmodi ſic iam factas in forma conſueta approbari , & confirmari , ac etiam quoſcumque defectus in illis ſuppleri mandandi.

39. Nec non quibuſvis Cathedralium , & Metropolitanarum , & Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis , aut Dignitates , Perſonatus , Adminiſtrationes , Officia , & alia Beneficia Eccleſiaſtica in eis obtinentibus , non tamen curam animarum habentia , infra trigeſimum ſuæ ætatis annum conſtitutis , ut litterarum ſtudio in loco , ubi illud vigeat generale , inſiſtendo , & actu ſtudendo , omnes fructus , reditus , & proventus ſuorum Canonicatuum , & Præbendarum , Dignitatum , Perſonatuum , Adminiſtrationum , Officiorum , & Beneficiorum prædictorum , ad biennium tantum percipere , cum ea integritate , quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis , cum qua illos perciperent , ſi præſentes intereſſent , ac ad reſidendum interim apud illos minimè teneantur : ita tamen , ut intra primum annum dicti biennij ipſi ſaltem Subdiaconatus ordinem ſuſcipiant , ſi ratione ſuorum Beneficiorum huiuſmodi ad aliquem , ſeu aliquos ex ſacris ordinibus promoveri tenentur , eiſdem , ut leges , & alia iura civilia & in ſcholis publicis , uſque ad biennium huiuſmodi audire , in illis verſari & ſtudere , ac ad gradus omneſque eius Fa-

cultates promoveri liberè, & licitè valeant, indulgendi

40. Nec non ut virtute, & meritis prꝍſtantes dignioris nominis titulo decorentur, ut viros aliquos, quos videris, ſive nobilitate, ſive gradu, ac doctrina, & moribus laudabiles Clericos, in noſtros, & dictę ſedis Notarios, vel Acolitos vel Capellanos ad quemcumque numerum, recepto prius ab eis ſolito iuramento, & ſalvis memorati Concilij Trid. Decretis circa exemptiones ab eodem Concilio ſublatas: ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios creandi, aliaque ſimilia privilegia noſtris, & dictæ Sedis Notariis de numero participantium conceſſa, ſeu ab eis prætenſa.

41. Alios vero laïcos in Palatij, & aulæ noſtræ Lateranenſis Comites, vel auratæ militiæ Milites; Similiter vſque ad quemcumque numerum, cum inſignibus debitis, & conſuetis, factaque ab eis debita fidei profeſſione, iuxta formam à ſede Apoſtolica prædicta præſcriptam, & citra facultatem. Diſpenſandi ſuper defectu natalium ad ſucceſſiones, ordines, & Beneficia.

42. Nec non publicos Tabelliones recepto ſimiliter ab eis ſolito iuramento, uſque ad numerum tibi benè viſum creandi, inſtituendi, & recipiendi, ac eos aliorum huiuſmodi Notariorum, & Acolitorum, ſeu Capellanorum, nec non Comitum, vel Militum, & Tabellionum numero, & conſortio favorabiliter aggregandi, ipſiſque, etſi Notarii habitum, & rochettum non deferant, nihilominus, & omnibus, & quibuſcumque privilegiis, honoribus, prærogativis, favoribus, gratijs, & indultis, aliis noſtris, & dictæ ſedis Notariis, nec-non Comitibus, & Militibus, conceſſis, ſine tamen præiudicio

dictorum Notariorum de numero participantium, uti & frui poſſint concedendi.

43. Inſuper quibuſcumque utriuſque ſexus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, ut in privati eorum domorum oratoriis ad hoc deſuper extructis, & ornatis, & ab Ordinariis prius viſitatis, & approbatis, ac ab omnibus domeſticis actibus liberis, per quoſcumque Catholicos Sacerdotes, ſæculares, vel ſuperiorum ſuorum licentia regulares, ſanctiſſimum Miſſæ Sacrificium in eorum, ac familiarium ſuorum eorum ſervitio neceſſariorum præſentia, ſine tamen iurium Parochialium prejudicio, ac exceptis diebus Nativitatis, & Paſchalis Reſurrectionis Dominicæ, utque, etiam cum opus fuerit, ante auroram, dummodo luceſcat dies, & poſt meridiem per mediam horam, & ad certum tempus duntaxat celebrari facere.

44. Nec non iis quos ad loca Eccleſiaſtico Interdicto, authoritate Apoſtolica ſuppoſita, declinare contigerit, ut in eis, ianuis clauſis, non pulſatis campanis, excommunicatis, & interdictis prorſus excluſis, dummodo ipſi cauſam non dederint huiuſmodi interdicto, nec non iis id contigerit ſpecialiter interdici, in ſua, & etiam domeſticorum familiariumque ſuorum preſentia celebrare & celebrari facere licitè poſſint, facultatem ad certum pariter tempus tribuendi.

45. Ac cum infirmis ut in quadrageſimalibus, & aliis prohibitis temporibus, diebus, ovis, butiro, aliiſque lacticiniis, nec non etiam carnibus, non tamen Feriâ ſextâ, & Sabbato, ac Feriâ quartâ quatuor temporum, & quoad carnes de utriuſque medici conſilio, ac ſecreto, & ſine ſcandalo, ac durantibus infirmitatibus tantùm uti, & veſci liberè, & licitè valeant ad certum tempus, ut præmiſſum eſt concedendi.

46. Necnon Vota quęcumque ultramarina, viſitationis liminum Apoſtolorum de Vrbe, ſancti Iacobi in Compoſtella, caſtitatis, & religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi.

47. Ac etiam omnibus, & quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, & prælatis, ut de bonis, & rebus Eccleſiaſticis, iuxta formam in quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ adnotatam, teſtari liberè, & licitè valeant, facultatemconcedendi.

48. Tempus quoque executoribus vltimarum voluntatum ad illas exequendas præfixum prorogandi, ipſaſque vltimas voluntates quoad bona, quorum reditus valorem annuum viginti ducatorum non excedant, in alios pios uſus commutandi.

49. Et poſtremo omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & Confeſſis, ac ſacrâ Communione refectis, qui quaſcumque ſæculares, vel regulares Eccleſias, ſeu capellas, in una tamen feſtivitate à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis, eiuſdem Feſtivitatis devotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & miſericordiam miſericorditer in Domino, ac pro una vice tantum concedendi.

50 Nec non eiſdem utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui verè pœnitentes, & confeſſi, vel confitendi propoſitum habentes Eccleſias, ſeu capellas prędictas in aliquo die Feſto, vel Dominico ſemel annis ſingulis viſitaverint, &, ut pręfertur, oraverint, quo ex diebus prædictis id pro tempore fecerint, decem annos, & totidem quadragenas de in-

iunctis eis, ſeu quæ merito iniungi debuiſſent, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Eccleſię conſueta relaxandi.

51. Et, ut conceſſiones, gratię, & litteræ per te vigore præſentium concedendæ ſublatis obſtaculis ſuum ſortiantur effectum, quaſcumque perſonas, ad effectum omnium & ſingulorum præmiſſorum duntaxat conſequendi, ab omnibus & quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodatæ fuerint, dummodo in eis per annum non inſorduerint, abſolvendi, & abſolutas fore cenſendi.

52. Viceſque tuas in omnibus præmiſſis, ſive ſingulis committendi.

53. Iudices, aſſiſtentes, commiſſarios, & executores pro prædictorum, & litterarum tuarum executione, & obſervatione delegandi.

54. Mandata, prohibitiones, & monitoria, etiam ſub cenſuris, & aliis pœnis prædictis, cæteriſque tibi benè viſis remediis, etiam appellatione poſtpoſita decernendi.

55. Ac omnia, & quęcumque alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, decernendi, & exequendi, etiam per alium, ſeu alios, Apoſtolica authoritate prædicta tenore pręſentium plenam, & liberam facultatem concedimus, & indulgemus.

56. Decernentes te omnibus Facultatibus, & conceſſionibus prædictis, etiam cum derogationibus, ſuſpenſionibus, interdictis, irritantibuſque, & aliis decretis, & clauſulis neceſſariis, & opportunis, ac in litteris Apoſtolicis concedi, & extendi ſolitis, eundo, ſtando, & redeundo, in quibuſcumque etiam

mundi partibus, Provinciis, terris, civitatibus, & locis, ad quę te, ut præfertur, declinare contigerit, & cum perſonis illorum, ac etiam alienigenis vndecumque ad te venientibus, necnon familiaribus tuis liberè, & licitè uti poſſe, ac in conceſſionibus, proviſionibus, & aliis diſpoſitionibus, etiam de Beneficiis aliiſque gratiis per te autoritate præſentium tuæque legationis faciendis ſolis narrativè, ac conceſſionibus, & litteris tuis abſque alia pręſentium inſertione, ſeu exhibitione, aut Notarij, teſtiumque adhibitione, ſtari, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri: ſicque per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis autoritate ſciènter, vel ignoranter contigerit attentari.

57. Non obſtantibus defectibus, & aliis prædictis, nec non dictis litteris in die cœnæ Domini legi conſuetis, ac de certo Notariorum numero, etſi ad illum nondum deventum ſit, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus abſolvendi facultas in certis tunc expreſſis caſibus, ita ſpecialiter Romano Pontifici, pro tempore exiſtenti reſervatur, ut ſimiles, vel diſſimiles abſolvendi, & diſpenſandi, ac habilitandi, & abolendi facultatum huiuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuicumque ſuffragari valeant.

58 Et quorumcumque Conciliorum, etiam generalium, Provincialium, & Synodalium,

necnon piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octavi etiam prędeceſſoris noſtri de una, ac Concilij generalis, de duabus dictis, ac contra duellantes, & aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, nullis prorſus exceptis: Et quæ ſigillatim in quaque re exprimi, & extendi poſſint.

59. Statutis quoque, & conſuetudinibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Præmonſtratenſis, Grandimontenſis, Fontis-Ebrardi, & Congregationum, ſive Inſtitutorum, Capitulorum, Conventuum, necnon Vniverſitatum, Collegiorum, Civitatum & locorum quorumcumque, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, etiamſi de illis ſervandis, & non impetrandis litteris Apoſtolicis contra illa, & illis etiam ab alio, vel aliis impetratis, ſeu aliàs quomodolibet conceſſis non utendo, illarum perſonę præſtiterint eatenus, vel in poſterum forſan eaſdem pręſtare contigerit iuramentum, ac quibuſvis privilegiis, & indultis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus illis eorumque Superioribus, Conventibus, & perſonis quomodolibet conceſſis, ac alias omnibus illis, quę præmiſſis quomodolibet adverſari contigerit: quę omnia quoad hoc cuicumque nullatenus ſuffragari volumus, iiſque omnibus, ac cæteris contrariis quibuſcumque ubi, quando, & quoties expediens erit ſecundum rei, & caſus exigentiam, in genere, & in ſpecie, ac tam conjunctim, quam diviſim, provt tibi placuerit, valeas derogare, & ſuper eis indulgere.

60. Quodque aliqui ſuper proviſionibus,

ſeu commendis ſibi faciendi, de huiuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus perſonas, in quarum favorem per te de Beneficiis prædictis providebitur, aut alias diſponetur, in eorum aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari; ſeu ſi locorum Ordinariis, ac Collatoribus & prædictis, & quibuſvis aliis communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint: quodque de huiuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri, ſeu commenda fieri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto eiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus, necnon litteris per te earumdem vigore concedendis, non expreſſam, vel omnino non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiuſque toto tenore habenda ſit in eiſdem litteris mentio ſpecialis.

61. Volumus autem, ut præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis manu Regentis Cancellariæ tuæ, & ſigillo tuo obſignatis, eadem illa prorſus fides in judicio, & extra

Illud, ubique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

62. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem. Anno Incarnationis Dominicę milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo tertio, nono Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno nono. Signatum I. Card. Prodat. & infra. S. Vgolinus. Viſa de Curia P. Ciampinus: Et infra. D. Ciampinus, & ſupra dorſum. Regiſtrata in Secretaria Brevium, cum ſigillo plumbeo.

## Senatus Decretum circa Mandata ſive Facultates Em. Fl. Card. Chiſii à Latere Legati.

*Mardy premier Iuillet 1664.*

Sur les Lettres & Bulles de Legation du Cardinal Chiſi, Legat en France, leuës par l'ancien Conſeiller d'Egliſe, les Chambres aſſemblées, &c.

*LA Cour a ordonné que leſdites Lettres & Bulles ſeront leuës, publiées & enregiſtrées au regiſtre d'icelle, Conſentant le Procureur general du Roy: pour joüir par ledit Legat du contenu en icelles, comme en ont auſſi joüy les precedens Legats, conformément aux ſaints Decrets des Conciles univerſels, Concordats, droits, preeminences du Roy, libertez & immunitez de l'Egliſe Gallicane, Edits, Ordonnances Royaux, droicts du Royaume, Arreſts de la Cour, Iuriſdiction des Magiſtrats, & des Privileges des Univerſi-*

*tez. A la charge qu'il ne pourra exercer la Legation en ce Royaume, que tant qu'il plaira au Roy: Et que lors de ſon depart, ou ſadite Legation eſtant expirée; Il laiſſera és mains de l'un des Conſeillers de la Cour, qui luy ſera nommé les Regiſtres des Expeditions faites durant ladite Legation, & le ſceau d'icelle: Et de tout ce que deſſus ſera tenu bailler Lettres au Roy, en la forme & maniere accouſtumée. A eſté arreſté que le tout eſt ſans Approbation du Concile de Trente, & de la Bulle* In cœna Domini, *mentionné eſdites Bulles, & ſans Approbation d'autres Bulles enoncées eſdites Facultez, fors celles qui ſont dans le corps du Droict, & receuës en France, & ſans que le Legat puiſſe ſubdeleguer, ny ſe ſervir & uſer d'autres facultez que de celles qui ſont attachées ſous le contre-ſeel, ny diſpenſer les Eſtudians de la reſidence, & deſſerte de leurs Benefices.*

# ACTA CIRCA IVRISDICTIONEM LEGATI AVENIONENSIS.

## *Pacta Senatus Aquenſis cum Locum-tenente Avenionenſis Legati.*

CApitula inita inter Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum Ludovicum de Rochechoüard Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopum Xantonenſem, Reverendiſſimi D. Georgij de Ambaſia Cardinalis in civitate Avenionenſi, & Comitatu Venaiſſini, nec non Delphinatu, & provincia Provinciæ à latere Legati Locum-tenentem, ex una; & ſpectabilem virum Melchiorem Seguirani, conſiliarium Regium ſupremæ Parlamenti Curiæ &c. ex altera partibus die 8. Maij 1505.

Et primò fuit Concordatum quòd quotiens emanabit Citatio contra Provinciales Clericos vel Laïcos à Iudice delegato in Avenione per præfatum Reverendiſſimum Dominum Locum-tenentem & gubernatorem ſuper Beneficialibus in Petitorio, ſuper querelis, appellationibus, vel nullitatibus & aliis cauſis ad ſuam iuriſdictionem ſpectantibus, quòd

Item fuit Concordatum quòd quotiens à præfato Reverendiſſimo D. Locum-tenente, ſeu eius Delegato Vicegerente Cameræ Apoſtolicæ Officialis, vel aliis iudicibus quibuſcumque, tam Eccleſiaſticis, quā ſecularibus dictę Civitatis Avenionenſis & Comitatus Venayſſini, emanabit aliqua Commiſſio pro Teſtibus examinandis & aliis informationibus recipiendis in cauſis civilibus in dicto Comitatu Provinciæ & Forcalquerij ac terris ei adjacentibus, quòd tali commiſſioni non dabitur adiunctus.

Et vice versà iudicibus & commiſſariis comitalibus Provincialibus Eccleſiaſticis & ſecularibus quacunque autoritate fungentibus, pro Teſtibus examinandis & informationibus recipiendis in dicta Civitate & Comitatu Venayſſini non dabitur equidem adjunctus.

Pariter fuit concordatum quòd Inſtrumenta garantiſiata viribus Curiæ cameræ Auditoris dictæ Civitatis Avenionenſis, cum conſtitutione procuratorum roborata, citra tamen præjudicium ſtatuti Provincialis ſuper hoc editi, confeſſioneſque per Procuratorem conſtitutum ſuper petito debito commiſſæ, & iudicatum in vim dictæ Confeſſionis laxatum, & litteræ deſuper confectæ & conficiendæ, talia iudicata quæ à dicto Domino Vicegerenti tantum emanaverint, ſi inſtrumentum ſimul cum illis dictæ ſupremæ Curiæ præſentetur, annexabuntur etiam parte non vocatâ.

Finaliter fuit conventum quod Monitoria generalia à iudicibus Eccleſiaſt. quibuſcunque dictę civitatis Avenionenſis & Comitatus Venayſſini emananda, annexabuntur per dictam Curiam, proviſo quod cum primùm incertum reductum fuerit ad certum, vel revelatio ſubſequuta, ſubditi Regij Comitales

Provinciç remittentur eorum judici competenti, etiamſi non petatur.

In teſtimonium quod ut præmiſſum eſt, concordatum & appunctuatum extiterit per & inter præfatos Dominos, nos Pelegrinus de Albis Regius Secretarius ac dictæ ſupremæ Curiç inſignis Parlamenti Graffarius, & Antonius Suiſoni dicti Reverendiſſimi Domini Locumtenentis & Gubernatoris Secretarius hic propriis manibus nos ſubſcripſimus, & ſignis noſtris Manualibus ſignavimus, anno & die præmiſſis. P. de Albis, Suiſoni.

*Extracta fuere præinſerta capitula cum litteris miſſivis præinſertis à ſuis propriis originalibus & hic Regiſtrata mandato dictæ ſupremæ curiæ Parlamenti per me Pelegrinum de Albis Regium Secretarium & ipſius Curiæ Graffarium: in cujus rei teſtimonium hic me ſubſignavi.* De Albis.

---

## *Mandata, ſive Facultates Em. Iacobo Cardinali Roſpillioſo Legato Avenionenſi, conceſſæ à Clemente IX.*

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilecto filio Iacobo tituli ſancti Sixti de Urbe Cardinali Roſpiglioſio nuncupato, in Civitate Avenionenſi & Comitatu noſtris Venayſſino in ſpiritualibus & temporalibus Vicario generali, ac in illis necnon Viennenſi, Arelatenſi, Ebredunenſi, Aquenſi, & Narbonenſi, provinciis, ac in illis adjacentibus civitatibus, terris & locis noſtro & ſedis Apoſtolicæ de Latere Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet Apoſtolicæ

poteſtatis plenitudo & univerſi gregis cura deſuper nobis commiſſa ſit : humanæ tamen facultatis fines excedere non valentes conſideramus, quod circa ſingula Apoſtolicæ ſervitutis officium per noſmetipſos præſtare non poſſumus, & propterea nonnunquam aliquos & præcipuè ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in ſollicitudinis noſtræ partem aſſumimus, ut ipſis vices noſtras ſubeuntibus, commiſſum nobis miniſterium faciliùs exequamur. Ad Civitatem itaque Avenionenſem & Comitatum Venayſſinum noſtros Regni Franciæ finitimos, illiſque adjacentes Provincias & Civitates, illarumque cives & incolas & habitatores tamquam peculiares & devotos noſtros & dictæ ſedis filios, ad præſens certo, quem præſentibus haberi volumus pro expreſſo modo, noſtri & ſedis Apoſtolicæ Vicarij in ſpiritualibus & temporalibus generalis ac de Latere Legati ſolatio deſtitutos, aciem noſtræ conſiderationis dirigentes, illorumque fœlici regimini ac pacifico & tranquillo ſtatui, ut præſerventur à noxiis & optatis perfruantur incrementis, quamprimùm proſpicere cupientes, ac ſperantes Te qui noſter ſecundum carnem ex fratre germano nepos exiſtis ac eximia generis nobilitate polles, cuiuſque ſingularis erga nos & ſedem prædictam fides ac in maximis graviſſimiſque negotiis gerendis prudentia, integritas aliæque virtutes, & nobilis ingenuique animi dotes nobis valdè probatæ ſunt, divinâ aſſiſtente gratiâ Civitatem & Comitatum huiuſmodi iuxta cordis noſtri deſiderium fœliciter recturum & proſperè gubernaturum, ac omnia & ſingula quæ ad Dei laudem & prædictæ ſedis decorem populorumque prædictorum utilitatem, & quietem pertinebunt, providè fœliciter & diligenter curaturum eſſe

Motu igitur proprio non ad tuam, ſeu alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia & mera deliberatione noſtris ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Te in noſtrum & dictę ſedis Vicarium in ſpiritualibus & temporalibus generalem in Civitate Avenionenſi & Comitatu noſtris Venayſſino prædictis cum libera, plena, & omnimoda facultate, poteſtate & autoritate, omniaque ad huiuſmodi Vicariatus officium de iure, uſu, conſuetudine, privilegio aut aliàs quomodolibet pertinenita faciendi, gerendi & exequendi, ac tam in illis quam eius adiacentibus, Ebredunenſi, Arelatenſi, Aquenſi, Viennenſi, & Narbonenſi, provinciis, Comitatibus, terris & locis noſtrum & dictæ Apoſtolicæ ſedis Legatum de Latere ad Triennium proximum Apoſtolicâ auctoritate tenore præſentium facimus, creamus, conſtituimus & deputamus, tibique legatione huiuſmodi durante omnia & ſingula privilegia, facultates, gratias & indulta Legationem ipſam concernentia hactenus quibuſcumque antea pro tempore in civitate, & Comitatu aliiſque Provinciis & locis prædictis Vicariatus & Legationis huiuſmodi munere perfunctis, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſa, quorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, dummodo Concilij Tridentini Decretis contraria non ſint, neque illis quoquomodo adverſentur, motu, ſcientia & autoritate ſimilibus tribuimus & impartimur: ita ut eiſdem ac omnibus & ſingulis facultatibus æque ac prędicti Vicarij & Legati pro tempore ſine aliqua prorſus differentia, ac ſi illa tibi per nos ſpecificè & nominatim in omnibus, & per omnia conceſſa fuiſſent, Vicariatu & Legatione huiuſmodi durante uti poſ-

ſis

ſis & valeas ac debeas. Mandantes propterea dilectis filiis, Conſulibus, civibus habitatoribus civitatis, nec non electis Baronibus feudariis civitatis & comitatus huiuſmodi, ac etiam Provinciarum comitatus, terrarum & locorum huiuſmodi rectoribus, Gubernatoribus & Officialibus quibuſcumque, cæteriſque ad quos ſpectat, quatenus Te in noſtrum ac prædictæ ſedis Vicarium & Legatum de Latere iuxta tenorem præſentium recipiant & admittant,tibique faveant obediant & aſſiſtant,teque debitis honore, fide & reverentia proſequantur: Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis & in Provincialibus & Synodalibus ac generalibus Conciliis editis & edendis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus ac quibuſvis ſtatutis, Privilegiis, indultis & litteris Apoſtolicis, cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis,irritantibuſque & aliis decretis etiam pluries quomodolibet conceſſis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumque tenoribus ſpecialis mentio habenda foret,tenores huiuſmodi pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie,motu,ſcientia & poteſtatis plenitudine paribus derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem & decernimus ut præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, tuo ſigillo munitis ac manu tui Secretarij ac regentis Cancellariæ tuæ ſubſcriptis, ubique in iudicio & extra illud, regula quacumque contraria nonobſtante, fides indubia adhiberi debeat. Tu igitur divinâ gratiâ & Apoſtolico fauore fretus onus hoc cum noſtra, & ſedis Apoſtolicæ benedictione ſuſcipiens, ſic te in eius adminiſtratione geras, ut ex præſtantibus tuis actionibus gratia tibi

favente divina, deſiderati fructus provenſant, tuque præter humanæ laudis præconium cœleſtis retributionis præmia conſequaris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ creationis, conſtitutionis, deputationis, tributionis, impartitionis, mandati, voluntatis, derogationis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicę milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſeptimo, tertio Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno primo. Viſa de Curia P. Ciampinus, R. Cardinalis Prodatarius. I. G. Fluſius. Locus † ſigilli Ciampinus, R. in Secretaria Brevium.

Extractum è proprio Originali, & per me Petrum Ioſephum Siffredi I. V. Doctorem cuſtodem Sigilli, Taxatorem Bullarum, ac Viceſecretarium generalem Legationis Avenionenſis debitè collationatum. In quorum fidem D. Avenioni hac die quinta menſis Iunij anni milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi octavi. Sic ſignatum. Siffredi Viceſecretarius generalis Legationis Avenionenſis.

## *Formula acceptanda ab Epiſcopis Britannicis alternativæ cum Pontifice Collationis.*

NOS S. N. Dei & S. ſed. Arg. grat. Epiſcopus N. volentes obſervare regulam reſervatoriam menſium Apoſtolicorum ſan-

ctiſſimi Domini Clementis divina provi-dentiâ Papæ X. necnon rui, gratia & beneficio Alternativæ, Epiſcopis apud Eccleſias aut Diœceſes ſuas verè & perſonaliter reſidentibus per eandem regulam conceſſæ: Propterea humiliter & debita cum reverentia ac omni meliori modo, quo poſſumus & debemus, libenter præfatam Alternativæ gratiam acceptamus, ac ea uti velle declaramus, in cuius voluntatis, acceptationis, & declarationis fidem præſentes patentes litteras per noſtrum Secretarium & Apoſtolicum Notarium ſcriptas noſtra manu propria ſubſignamus, ſigillique noſtri ſoliti impreſſione muniri facimus, & eas ad Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Dominum eiuſdem Domini noſtri Clementis Papæ X. Datarium tranſmittere curabimus, iuxta formam & ad effectum de quibus in prædicta regula. Datum in Palatio noſtro Epiſcopali, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo, die menſis, preſentibus teſtibus ad præmiſſa vocatis.

Et quia ego (*ſon nom, & ſurnom,*) authoritate Apoſtolica Notarius & Secretarius præfati Reverendiſſimi Domini noſtri Epiſcopi dictas patentes litteras manu propria ſcripſi, & omnibus ſupradictis una cum dictis teſtibus interfui; Ideo hoc preſens publicum fidei ac teſtimonij inſtrumentum ſignavi & ſubſcripſi modis ſolitis & conſuetis, ſigno & ſubſcriptione in præmiſſorum fidem. *Et le Notaire ſignera.*

# *Relatio in Acta eiuſdem Acceptationis.*

P. Sanctiſſimi, Domini noſtri Clementis Papę X. Datarius. Notum facimus omnibus & ſingulis ad quos ſpectat, qualiter pro parte Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini N. Epiſcopi N. præſentatæ, receptæ & recognitæ, ac in libro Alternativarum ad hoc ſpecialiter deſtinato regiſtratę fuerunt litteræ acceptationis gratię Alternativæ menſium, Pręſulibus apud Eccleſias & Diœceſes ſuas vere, & perſonaliter reſidentibus, ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro ejus tantùm tempore duraturę, conceſſæ, In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præſentes litteras manu noſtra propria ſubſcripſimus, ſigillique quo in talibus vtimur, Impreſſione muniri, ac in eodem libro regiſtrari fecimus. Datum Romæ die menſis anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi : *Et cét acte eſt ſigné du Dataire, de l'Officier du* per obitum *ou autre* de mandato Datarij, *& ſcellé du ſceau du Dataire.*

# IVRIS REGALIÆ BREVIS NOTITIA.

## *Regaliorum Privilegia & Iura, ex D. Arnulfi Ruzæi tractatu ſummatim excerpta.*

1. SEdes de Iure & de facto debet eſſe repleta, aliàs ſuccedit Regaliæ apertura *vide Probum quæſt. 1. 3. & ſeqq. q. 26.*

2. Donec Regalia ſuum plenariè fuerit ſortita effectum ad Regem redit, per quaſcunque manus ambulaverit. *vide Prob. q. 48.*

3. Beneficium quocunque tempore Commendatum cadit in Regalia. *Prob. q. 20.*

4. Regalia in arca retenta: Primo non ſuffragatur, nec ſecundo Regaliſtæ refragatur.

5. Impetrans ab ordinario, ſi lite pendente deceſſerit, vel ceſſerit: Regaliſta in vice, iure, & emolumentis Beneficij ponitur, perinde ac ſi impedimentum fuiſſet nullum.

6 Regaliſtam non impedit Capitulum, quod tenetur illum recipere, eſto quod Capitulo de injuſtitia & defectu tituli appareat. *v. Prob. qu 36.*

7. Regalia eſt favorabilis & gratioſa, non requirens expreſſionem qualitatum impetrantis, quæ movent Principem ad concedendum, vel non illico concedendum.

8. Beneficium licèt in prima fundatione

Eccleſiæ Cathedralis non fuerit erectum, ſed poſteà inſtitutum, cadit in Regalia.

9. Beneficia in Regalia exiſtentia, Papa iure Præventionis non confert.

10. Beneficia ante iuramentum ſidelitatis præſtitum vacantia, etiam poſt datam adminiſtrationem, ſunt ſub Regalia.

11. Ius Regaliæ per Regem remitti poteſt.

12. Rex apertâ Regaliâ delinquentium Beneficia conferre poteſt, non expectatâ privationis ſententiâ.

13. Per promotionem Epiſcopi ad Cardinalatum aperta eſt Regalia. *Prob. q. 7.*

14. Promotio ad Papatum Regaliæ operatur aperturam.

15. Regalia extenditur ad Matricularias, & alia inferiora Beneficia. *v. Prob. qu. 9. & ſeqq.*

16. Iura Regaliorum non poſſunt tranſmitti tanquam Coronæ incorporata & annexa.

17. Collationes Regaliæ debent fieri ſub vera data, non ſub retroactiva vel antidata.

18. Diſpenſatio electi confirmati, ut priora retinere poſſit Beneficia, non impedit Regaliæ aperturam; eſto quod ante tempus de conſecrandis, ſe conſecrari fecerit.

19. Regaliſta duplicato poteſt uti titulo ad ius ſuum confirmandum.

20. Excommunicato denunciato ſi facta eſt Beneficij collatio: apertâ Regaliâ, Rex iure Regaliæ Beneficium illud poteſt conferre.

21 Per acceptationem ſecundæ Præbendæ vacat prima Præbenda in Regalia collata, & ad Regem revertitur. *Prob. q. 8.*

22. Si ante aperturam Regaliæ Beneficium vacat, & tempore aperturæ Regaliæ adhuc vacans reperitur, Rex iure Regaliæ confert. *Prob. q. 14. 17. 22. 24.*

23. Decretum de triennali poſſeſſore neque in poſſeſſorio neque in petitorio moleſtando, non habet locum in Regalia.

24. Iure Regaliæ Præbenda Eccleſiæ Cathedralis confertur minori 14. annis.

25. Diſpenſatio Papæ ſuper incompatibilibus obtinendis, in præjudicium Regaliæ nihil facit.

26. Cognitio & determinatio collationum iure Regaliæ factarum, ad Curiam Parlamenti ſpectat privativè. *Prob. q. 40.*

27 Rex etiam per conceſſionem clauſulam Decreti irritantis continentem, non concedit Delfino poteſtatem conferendi Beneficia, quo minùs eius proviſio ſit valida.

28. Rex apertâ Regaliâ iure Regaliæ confert Præbendam unitam vel ſuppreſſam.

29. Regaliſta non tenetur facere mentionem de Beneficiis aliàs iure Regaliæ obtentis.

30. Rex apertâ Regaliâ facit fructus ſuos à radice pendentes, nec ſtare tenetur colonis per Prælatum defunctum poſitis.

31. Conſtitutiones Apoſtolicæ Eccleſiarumque ſtatuta non aſtringunt Regem, quin poſſit uti & frui iure Regaliæ pro libito voluntatis.

32. Reſignatio facta in favorem certæ perſonæ & non aliàs, non facit quo minus Rex apertâ Regaliâ, alteri conferre poſſit.

33. Collatio Regis poteſt ſub conditione fieri, quando ignoratur, quo tempore vacatio occurrit.

34. In tranſlatione Epiſcoporum vel Archiepiſcoporum non cenſetur aperta Regalia, niſi a die præſtiti conſenſus tranſlati.

35. Regalia an dicatur aperta per feloniam aut apertam rebellionem in Principem per Prælatum factam.

36. Regalia ſempei aperta ſemper durat, donec Prçlatus actualiter iuramentum fidelitatis Regi prçſtiterit : quod etiam præſtat Tutori, ſi Rex in infantia conſtitutus ſit.

37. Rex recipit fidelitatis iuramentum per ſuos Ambaſiatores in Curia Romana exiſtentes, à Prçlatis in Curia proviſis, *Prob. q. 19.*

38. Licet in Regalia patientia, ſeu Regis ſufferentia homagio & fidelitati æquipolleat, & quoad fructus percipiendos proſit Prælatos non tamen quoad Beneficiorum collationes in eodem prodeſt.

39. Rex apertâ Regaliâ omnia Beneficia ad Collationem dignitatis exiſtentia, etiam extra civitatem conſiſtentia, exceptis Eccleſiis Parochialibus confert *Prob. d. q. 9. &c.*

40. Rex iure Regaliæ confert Eccleſias Parochiales Præbendis annexas.

41. Per Tranſlationem Epiſcopi ad alium Epiſcopatum, provt per Epiſcopi obitum, aperitur Regalia.

42. Beneficia in Regalia non poſſunt impetrari niſi à triginta annis citra.

43. Fidelitas & homagium etiam de expreſſa Regis voluntate, per Procuratorem Prælati facta, non impediunt quo minùs Beneficia dicantur vacare in Regalia.

44. Apertâ Regaliâ, Collatio Papç medio reſignationis facta, eſt nulla.

45. Appoſitio ſigilli Regij, & ſubſcriptio Secretarij in ſecunda collatione non obeſt collationi primæ iure Regaliæ obtentæ, licèt illa non fuerit ſigillata, aut in ſcriptis redacta.

46. Concurſus duarum collationum iure Regaliç eadem die factarum, non operatur nullitatem illius quæ primo loco reperietur facta. *Prob q. 28.*

47. Nominatio à Rege ex privilegio facta

Epiſcopo non facit quo minùs Rex, apertâ deinde Regaliâ, iure Regaliæ conferre poſſit.

48. Indultum Apoſtolicum de nón conſecrandis Epiſcopis infra tempus Iuris, non facit quò minus eo lapſo tempore, Beneficia vacent in Regalia.

49. Rex iure Regaliæ conferens, naturam & qualitatem Beneficiorum in fundatione appoſitas ſequi tenetur.

50. Omiſſio narrationis defectûs natalium in Collatione iure Regalię facta, non facit quod collatio ſit nulla, ſi ſuper hoc impetrans priùs diſpenſatus reperitur.

51. Capellanias & alia ſimplicia Beneficia in Hoſpitalibus exiſtentia, Rex iure Regaliæ confert.

52. Beneficia ad Decanum & Capitulum, ac Archidiaconum, ſive coniunctim, ſive diviſim ſpectantia, non comprehenduntur ſub iure Regaliæ; ſed tantùm illa quæ ad Epiſcopum ſede vacante ſpectant.

53. Apertâ Regaliâ, an Rex penſionem ſuper fructibus Epiſcopalis dignitatis reſervatam ſolvere teneatur.

54. Receptores, & alij Officiarij Regaliâ durante, deputati, non alienant animalia, & alia mobilia in locis dignitatum exiſtentia.

55. Cuſtodes Regaliorum vacante ſede Decimas autoritate Regis recipere non poſſunt, ſed illas ſucceſſori reſervare tenentur.

56. Cuſtodes Regaliorum, durante Regalia, non poſſunt arbores cæduas cædere, neque vivaria Prçlaturæ piſcari.

57. Rex, durante Regalia, non tenetur prçſtare quæ miniſtrare conſuevit Epiſcopus.

54. Vt Prælatus poſt præſtitum fidelitatis iuramentum uti temporalitate & Beneficia conferre poſſit, requiritur quòd actualis & realis

fiat traditio temporalitatis per officiarios ad dictam temporalitatem regendam deputatos; nec ſufficit quod levetur manus Regis per gentes Computorum.

59. Rex non tenetur electum confirmatum non conſecratum admittere ad fidelitatis iuramentum.

---

## *Summa quæſtionum LXIII. circa ius Regaliæ.*

### Per. Phil. Probum editarum, Privilegiiſque dicti iuris Regaliæ, pro illius ampliori elucidatione adiunctarum.

1. TRiplex eſt Regaliæ ſpecies.

2. Quibus rationibus, cauſis & mediis, ius Regaliæ ad Regem Chriſtianiſſimum dicatur pertinere.

3. Regalia quando dicatur aperta, ut Rex iure Regaliæ poſſit Beneficia & dignitates conferre.

4 Regalia an dicatur aperta per vacationem per contractum Matrimonij carnalis cauſatam.

5. An per Reſignationem ſimplicem, vel cauſa permutationis factam, etiam aperiatur Regalia.

6. Religionis ingreſſus, an Epiſcopatus vacationem, & ex conſequenti Regaliæ aperturam operetur,

7. Vacatio Epiſcopatus, an per aſſumptionem Cardinalatus fiat, an etiam ex conſequenti Regalia aperiatur.

8. An per cap. *de multa*, & extravag. *execrabilis*, modus vacationis caueetur, medio cuius Regalia aperiatur,

9. Quæ Beneficia Rex iure Regalię poſſit conferre.

10. Parochiales Eccleſias, an Rex iure Regaliæ conferat.

11. An etiam vicarias perpetuas.

12. Rex an iure Regaliæ Beneficia ad Epiſcopi & ſui capituli diſpoſitionem plenariam ſpectantia poſſit conferre.

13. De Beneficiis quæ Epiſcopus, & ſuæ Eccleſię Capitulum, alternis vicibus habent conferre, an rex iure Regaliæ poſſit diſponere.

14. Beneficia quæ durante apertura Regaliæ reperiuntur vacare, & ad Epiſcopum iure devoluto pertinere, an Rex iure Regaliæ conferre poſſit.

15. Devolutio in Beneficiis iuri Regaliæ affectis an locum obtineat.

16. Devolutio, an vires obtineat, in beneficiis ad quamvis diſpoſitionem Regis, alio medio quam iure Regaliæ, ſpectantibus.

17 Rex an iure Regaliæ ſolum poſſit conferre Beneficia, quæ durante Regalia, vel aperta illa, vacaverunt.

18. An eo iure Beneficia ad Epiſcopi diſpoſitionem ratione unius Epiſcopatus factæ pertinentia, Rex conferre valeat.

19. Beneficia iure Regaliæ conferenda, an Rex poſſit Commendare.

20. Beneficium Regaliæ affectum, ſi tempore apertæ Regaliæ reperiatur commendatum, an Rex tanquam vacans poſſit conferre.

21. Beneficia apertâ Regaliâ vacantia, aliis Graduatis nominatis affecta, an Rex aliis quàm prædictis conferre poſſit.

22. Collationes iure Regaliæ, illa cauſa de-

beneficiis ante aperturam illius, & quæ illa durante vacantia fuerunt, factæ an viribus ſubſiſtant.

23. A quo tempore currere incipiant 30. anni, ad iure Regaliæ conferendum dati.

24. Beneficia quæ ante aperturam Regaliæ vacaverunt, eaque adhuc apertâ reperiuntur vacantia, an Rex iure Regaliæ conferre valeat.

25. Beneficia quæ aperta Regalia reperiuntur litigioſa, an Rex iure Regaliæ conferre valeat.

26. Beneficia, quando de facto vacare dicantur.

27. Beneficium ante apertam Regaliam iure ordinario collatum, cuius poſſeſſio tempore aperturę non eſt apprehenſa, an Rex iure Regalię poſſit conferre.

28 Si plures in data concurrant Regaliſtæ, quis illorum debeat victoriam obtinere.

29. Collatio iure Regaliæ facta, an ad eius effectum requirat quòd virtute illius apprehendatur beneficij poſſeſſio, eſto quod virtute alterius tituli fuerit apprehenſa.

30. Beneficium iure Regalię collatum ſi efficiatur litigioſum, & pendente litigio, Regaliſta moriatur, vel cedat, an Rex iure Regaliæ poſſit illud conferre.

31. Collatio dignitatis iure Regaliæ facta non Canonico præbendato, vel ad effectum creato, an viribus ſubſiſtat.

32. Beneficia penſionario Epiſcopatus ad conferendum reſervata, an Rex iure Regaliæ poſſit conferre.

33 Quid agendum, quando Regaliſta ad alterius Regaliſtæ commodum vult Beneficio litigioſo cedere.

34. Rex an poſſit admittere Reſignationes Beneficiorum in Regalia vacantium.

35. Collatio Beneficij iure Regaliæ non regnicolæ facta, an viribus ſubſiſtat.

36. An Decanus, & Capitulum, Regaliſtam recipere teneantur.

37. Quid in executoriali proviſionis Regaliſtæ debeat contineri.

38. Rex, an iure Regaliæ Beneficia per Vicarium poſſit conferre.

39. Iuramentum fidelitatis per Procuratorem Epiſcopi, & in manibus Procuratoris Regis, an poſſit præſtari?

40. Curia Parlamenti Pariſienſis an privativè de validitate & invaliditate collationum iure Regaliæ factarum cognoſcat.

41. Petitio Regaliſtæ qualiter debeat formari.

42. Defenſiones adverſarij Regaliſtæ, quomodo debeant fieri.

43. Sequeſtratio an locum habeat in inſtantia medio collationis iure Regaliæ factæ intentata.

44. Cui recredentia, vel ſtatus, an Regaliſtæ, vel eius adverſario, fieri debeat.

45. Status, vel recredentia, an Regaliſtæ fieri debeat, adverſario cedente, vel decedente.

46. Forma Arreſti pro Regaliſta, quibus verbis ſoleat fieri.

47. Quomodo Arreſtum contra Regaliſtam ſoleat confici.

48. Regaliſta an ſine Regis, vel eius Procuratoris generalis conſenſu, cum ſuo colliti- gante effectualiter poſſit concordare.

49. Quis tempore apertæ Regaliæ fructus dignitatis Epiſcopalis faciat ſuos.

50. Quid contineatur appellatione huiuſmodi fructuum.

51. An comprehendantur fructus, quos Epiſcopus de Beneficiis litigioſis percipit.

Motu igitur proprio non ad tuam, ſeu alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia & mera deliberatione noſtris ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Te in noſtrum & dictę ſedis Vicarium in ſpiritualibus & temporalibus generalem in Civitate Avenionenſi & Comitatu noſtris Venayſſino prædictis cum libera, plena, & omnimoda facultate, poteſtate & autoritate, omniaque ad huiuſmodi Vicariatus officium de iure, uſu, conſuetudine, privilegio aut aliàs quomodolibet pertinenita faciendi, gerendi & exequendi, ac tam in illis quam eius adiacentibus, Ebredunenſi, Arelatenſi, Aquenſi, Viennenſi, & Narbonenſi, provinciis, Comitatibus, terris & locis noſtrum & dictæ Apoſtolicæ ſedis Legatum de Latere ad Triennium proximum Apoſtolicâ auctoritate tenore præſentium facimus, creamus, conſtituimus & deputamus, tibique legatione huiuſmodi durante omnia & ſingula privilegia, facultates, gratias & indulta Legationem ipſam concernentia hactenus quibuſcumque antea pro tempore in civitate, & Comitatu aliiſque Provinciis & locis præd ctis Vicariatus & Legationis huiuſmodi munere perfunctis, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſa, quorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, dummodo Concilij Tridentini Decretis contraria non ſint, neque illis quoquomodo adverſentur, motu, ſcientia & autoritate ſimilibus tribuimus & impartimur: ita ut eiſdem ac omnibus & ſingulis facultatibus æque ac prędicti Vicarij & Legati pro tempore ſine aliqua prorſus differentia, ac ſi illa tibi per nos ſpecificè & nominatim in omnibus, & per omnia conceſſa fuiſſent, Vicariatu & Legatione huiuſmodi durante uti poſſis

ſis & valeas ac debeas. Mandantes propterea dilectis filiis, Conſulibus, civibus habitatoribus civitatis, nec non electis Baronibus feudariis civitatis & comitatus huiuſmodi, ac etiam Provinciarum comitatus, terrarum & locorum huiuſmodi rectoribus, Gubernatoribus & Officialibus quibuſcumque, cæteriſque ad quos ſpectat, quatenus Te in noſtrum ac prædictæ ſedis Vicarium & Legatum de Latere iuxta tenorem præſentium recipiant & admittant, tibique faveant obediant & aſſiſtant, teque debitis honore, fide & reverentia proſequantur: Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis & in Provincialibus & Synodalibus ac generalibus Conciliis editis & edendis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus ac quibuſvis ſtatutis, Privilegiis, indultis & litteris Apoſtolicis, cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque & aliis decretis etiam pluries quomodolibet conceſſis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumque tenoribus ſpecialis mentio habenda foret, tenores huiuſmodi pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie, motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine paribus derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem & decernimus ut præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, tuo ſigillo munitis ac manu tui Secretarij ac regentis Cancellariæ tuæ ſubſcriptis, ubique in iudicio & extra illud, regula quacumque contraria nonobſtante, fides indubia adhiberi debeat. Tu igitur divinâ gratiâ & Apoſtolico fauore fretus onus hoc cum noſtra, & ſedis Apoſtolicæ benedictione ſuſcipiens, ſic te in eius adminiſtratione geras, ut ex præſtantibus tuis actionibus gratia tibi

favente divina, deſiderati fructus proveniant, tuque præter humanæ laudis præconium cœleſtis retributionis præmia conſequaris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ creationis, conſtitutionis, deputationis, tributionis, impartitionis, mandati, voluntatis, derogationis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicę milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſeptimo, tertio Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno primo. Viſa de Curia P. Ciampinus, R. Cardinalis Prodatarius. I. G. Fluſius. Locus † ſigilli Ciampinus, R. in Secretaria Brevium.

Extractum è proprio Originali, & per me Petrum Ioſephum Siffredi I. V. Doctorem cuſtodem Sigilli, Taxatorem Bullarum, ac Viceſecretarium generalem Legationis Avenionenſis debitè collationatum. In quorum fidem D. Avenioni hac die quinta menſis Iunij anni milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi octavi. Sic ſignatum. Siffredi Viceſecretarius generalis Legationis Avenionenſis.

## *Formula acceptandæ ab Epiſcopis Britannicis alternativæ cum Pontifice Collationis.*

NOS S. N. Dei & S. ſed. Arg. grat. Epiſcopus N. volentes obſervare regulam reſervatoriam menſium Apoſtolicorum ſan-

ctiſſimi Domini Clementis divina provi-dentiâ Papæ X. necnon rui, gratia & beneficio Alternativæ, Epiſcopis apud Eccleſias aut Diœceſes ſuas verè & perſonaliter reſidentibus per eandem regulam conceſſæ: Propterea humiliter & debita cum reverentia ac omni meliori modo, quo poſſumus & debemus, libenter præfatam Alternativæ gratiam acceptamus, ac ea uti velle declaramus, in cuius voluntatis, acceptationis, & declarationis fidem præſentes patentes litteras per noſtrum Secretarium & Apoſtolicum Notarium ſcriptas noſtra manu propria ſubſignamus, ſigilliquæ noſtri ſoliti impreſſione muniri facimus, & eas ad Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Dominum eiuſdem Domini noſtri Clementis Papæ X. Datarium tranſmittere curabimus, iuxta formam & ad effectum de quibus in prædicta regula. Datum in Palatio noſtro Epiſcopali anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo, die mensis, præſentibus teſtibus ad præmiſſa vocatis.

Et quia ego (*ſon nom, & ſurnom,*) authoritate Apoſtolica Notarius & Secretarius præfati Reverendiſſimi Domini noſtri Epiſcopi dictas patentes litteras manu propria ſcripſi, & omnibus ſupradictis una cum dictis teſtibus interfui; Ideo hoc præſens publicum fidei ac teſtimonij inſtrumentum ſignavi & ſubſcripſi modis ſolitis & conſuetis, ſigno & ſubſcriptione in præmiſſorum fidem. *Et le Notaire ſignera.*

## *Relatio in Acta eiuſdem Acceptationis.*

P. Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papę X. Datarius. Notum facimus omnibus & ſingulis ad quos ſpectat, qualiter pro parte Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini N. Epiſcopi N. præſentatæ, receptæ & recognitæ, ac in libro Alternativarum ad hoc ſpecialiter deſtinato regiſtratę fuerunt litteræ acceptationis gratię Alternativæ menſium, Prçſulibus apud Eccleſias & Diœceſes ſuas vere, & perſonaliter reſidentibus, ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro ejus tantùm tempore duraturę, conceſſæ. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præſentes litteras manu noſtra propria ſubſcripſimus, ſigillque quo in talibus vtimur, Impreſſione muniri, ac in eodem libro regiſtrari fecimus. Datum Romæ die menſis anni Domini milleſimi ſex centeſimi ſeptuageſimi : *Et cét acte eſt ſigné du Dataire, de l'Officier du* per obitum *ou autre* de mandato Datarij, *& ſcellé du ſceau du Dataire.*

# IVRIS REGALIÆ BREVIS NOTITIA.

## *Regaliorum Privilegia & Iura, ex D. Arnulfi Ruzæi tractatu ſummatim excerpta.*

1. SEdes de Iure & de facto debet eſſe repleta, aliàs ſuccedit Regaliæ apertura *vide Probum quæſt. 1. 3. & ſeqq. q. 26.*

2. Donec Regalia ſuum plenariè fuerit ſortita effectum ad Regem redit, per quaſcunque manus ambulaverit. *vide Prob. q. 48.*

3. Beneficium quocunque tempore Commendatum cadit in Regalia. *Prob. q. 20.*

4. Regalia in arca retenta: Primo non ſuffragatur, nec ſecundo Regaliſtæ refragatur.

5. Impetrans ab ordinario, ſi lite pendente deceſſerit, vel ceſſerit: Regaliſta in vice, iure, & emolumentis Beneficij ponitur, perinde ac ſi impedimentum fuiſſet nullum.

6. Regaliſtam non impedit Capitulum, quod tenetur illum recipere, eſto quod Capitulo de injuſtitia & defectu tituli appareat. *v. Prob. qu 36.*

7. Regalia eſt favorabilis & gratioſa, non requirens expreſſionem qualitatum impetrantis, quæ movent Principem ad concedendum, vel non illico concedendum.

8. Beneficium licèt in prima fundatione

Eccleſiæ Cathedralis non fuerit erectum, ſed poſteà inſtitutum, cadit in Regalia.

9. Beneficia in Regalia exiſtentia, Papa iure Præventionis non confert.

10. Beneficia ante juramentum fidelitatis præſtitum vacantia, etiam poſt datam adminiſtrationem, ſunt ſub Regalia.

11. Ius Regaliæ per Regem remitti poteſt.

12. Rex apertâ Regaliâ delinquentium Beneficia conferre poteſt, non expectatâ privationis ſententiâ.

13. Per promotionem Epiſcopi ad Cardinalatum aperta eſt Regalia. *Prob. q. 7.*

14. Promotio ad Papatum Regaliæ operatur aperturam.

15. Regalia extenditur ad Matricularias, & alia inferiora Beneficia. *v. Prob. qu. 9. & ſeqq.*

16. Iura Regaliorum non poſſunt tranſmitti tanquam Coronæ incorporata & annexa.

17. Collationes Regaliæ debent fieri ſub vera data, non ſub retroactiva vel antidata.

18. Diſpenſatio electi confirmati, ut priora retinere poſſit Beneficia, non impedit Regaliæ aperturam; eſto quod ante tempus de conſecrandis, ſe conſecrari fecerit.

19. Regaliſta duplicato poteſt uti titulo ad ius ſuum confirmandum.

20. Excommunicato denunciato ſi facta eſt Beneficij collatio: apertâ Regaliâ, Rex iure Regaliæ Beneficium illud poteſt conferre.

21 Per acceptationem ſecundæ Præbendæ vacat prima Præbenda in Regalia collata, & ad Regem revertitur. *Prob. q. 8.*

22. Si ante aperturam Regaliæ Beneficium vacat, & tempore aperturæ Regaliæ adhuc vacans reperitur, Rex iure Regaliæ confert. *Prob. q. 14. 17. 22. 24.*

23. Decretum de triennali poſſeſſore neque in poſſeſſorio neque in petitorio moleſtando, non habet locum in Regalia.

24. Iure Regaliæ Præbenda Eccleſiæ Cathedralis confertur minori 14. annis.

25. Diſpenſatio Papæ ſuper incompatibilibus obtinendis, in præjudicium Regaliæ nihil facit.

26. Cognitio & determinatio collationum iure Regaliæ factarum, ad Curiam Parlamenti ſpectat privativè. *Prob. q. 40.*

27 Rex etiam per conceſſionem clauſulam Decreti irritantis continentem, non concedit Delfino poteſtatem conferendi Beneficia, quo minus eius proviſio ſit valida.

28. Rex apertâ Regaliâ iure Regaliæ confert Præbendam unitam vel ſuppreſſam.

29. Regaliſta non tenetur facere mentionem de Beneficiis aliàs iure Regaliç obtentis.

30. Rex apertâ Regaliâ facit fructus ſuos à radice pendentes, nec ſtare tenetur colonis per Prælatum defunctum poſitis.

31. Conſtitutiones Apoſtolicæ Eccleſiarumque ſtatuta non aſtringunt Regem, quin poſſit uti & frui iure Regaliæ pro libito voluntatis.

32. Reſignatio facta in favorem certæ perſonæ & non aliàs, non facit quo minus Rex apertâ Regaliâ, alteri conferre poſſit.

33. Collatio Regis poteſt ſub conditione fieri, quando ignoratur, quo tempore vacatio occurrit.

34. In tranſlatione Epiſcoporum vel Archiepiſcoporum non cenſetur aperta Regalia, niſi a die præſtiti conſenſus tranſlati.

35. Regalia an dicatur aperta per feloniam aut apertam rebellionem in Principem per Prælatum factam.

36. Regalia ſemper aperta ſemper durat, donec Prælatus actualiter iuramentum fidelitatis Regi præſtiterit : quod etiam præſtat Tutori, ſi Rex in infantia conſtitutus ſit.

37. Rex recipit fidelitatis iuramentum per ſuos Ambaſiatores in Curia Romana exiſtentes, à Prælatis in Curia proviſis, *Prob. q.* 39.

38. Licet in Regalia patientia, ſeu Regis ſufferentia homagio & fidelitati æquipolleat, & quoad fructus percipiendos proſit Prælatos non tamen quoad Beneficiorum collationes in eodem prodeſt.

39. Rex apertâ Regaliâ omnia Beneficia ad Collationem dignitatis exiſtentia, etiam extra civitatem conſiſtentia, exceptis Eccleſiis Parochialibus confert *Prob. d. q.* 9. *&c.*

40. Rex iure Regaliæ confert Eccleſias Parochiales Præbendis annexas.

41. Per Tranſlationem Epiſcopi ad alium Epiſcopatum, provt per Epiſcopi obitum, aperitur Regalia.

42. Beneficia in Regalia non poſſunt impetrari niſi à triginta annis citra.

43. Fidelitas & homagium etiam de expreſſa Regis voluntate, per Procuratorem Prælati facta, non impediunt quo minùs Beneficia dicantur vacare in Regalia.

44. Apertâ Regaliâ, Collatio Papæ medio reſignationis facta, eſt nulla.

45. Appoſitio ſigilli Regij, & ſubſcriptio Secretarij in ſecunda collatione non obeſt collationi primæ iure Regaliæ obtentæ, licèt illa non fuerit ſigillata, aut in ſcriptis redacta.

46. Concurſus duarum collationum iure Regaliæ eadem die factarum, non operatur nullitatem illius quæ primo loco reperietur facta. *Prob q.* 28.

47. Nominatio à Rege ex privilegio facta

Epiſcopo non facit quo minùs Rex, apertâ deinde Regaliâ, iure Regaliæ conferre poſſit.

48. Indultum Apoſtolicum de nón conſecrandis Epiſcopis infra tempus Iuris, non facit quò minus eo lapſo tempore, Beneficia vacent in Regalia.

49. Rex iure Regaliæ conferens, naturam & qualitatem Beneficiorum in fundatione appoſitas ſequi tenetur.

50. Omiſſio narrationis defectûs natalium in Collatione iure Regalię facta, non facit quod collatio ſit nulla, ſi ſuper hoc impetrans priùs diſpenſatus reperitur.

51. Capellanias & alia ſimplicia Beneficia in Hoſpitalibus exiſtentia, Rex iure Regaliæ confert.

52. Beneficia ad Decanum & Capitulum, ac Archidiaconum, ſive coniunctim, ſive diviſim ſpectantia, non comprehenduntur ſub iure Regaliæ; ſed tantùm illa quæ ad Epiſcopum ſede vacante ſpectant.

53. Apertâ Regaliâ, an Rex penſionem ſuper fructibus Epiſcopalis dignitatis reſervatam ſolvere teneatur.

54. Receptores, & alij Officiarij Regaliâ durante, deputati, non alienant animalia, & alia mobilia in locis dignitatum exiſtentia.

55. Cuſtodes Regaliorum vacante ſede Decimas autoritate Regis recipere non poſſunt, ſed illas ſucceſſori reſervare tenentur.

56. Cuſtodes Regaliorum, durante Regalia, non poſſunt arbores cæduas cædere, neque vivaria Prçlaturæ piſcari.

57. Rex, durante Regalia, non tenetur prçſtare quæ miniſtrare conſuevit Epiſcopus.

54. Vt Prælatus poſt præſtitum fidelitatis iuramentum uti temporalitate & Beneficia conferre poſſit, requiritur quòd actualis & realis

fiat traditio temporalitatis per officiarios ad dictam temporalitatem regendam deputatos; nec ſufficit quod levetur manus Regis per gentes Computorum.

59. Rex non tenetur electum confirmatum non conſecratum admittere ad fidelitatis iuramentum.

---

## *Summa quæſtionum LXIII. circa ius Regaliæ.*

### Per. Phil. Probum editarum, Privilegiiſque dicti iuris Regaliæ; pro illius ampliori elucidatione adiunctarum.

1. TRiplex eſt Regaliæ ſpecies.

2. Quibus rationibus, cauſis & mediis, ius Regaliæ ad Regem Chriſtianiſſimum dicatur pertinere.

3. Regalia quando dicatur aperta, ut Rex iure Regaliæ poſſit Beneficia & dignitates conferre.

4 Regalia an dicatur aperta per vacationem per contractum Matrimonij carnalis cauſatam.

5. An per Reſignationem ſimplicem, vel cauſa permutationis factam, etiam aperiatur Regalia.

6. Religionis ingreſſus, an Epiſcopatus vacationem, & ex conſequenti Regaliæ aperturam operetur,

7. Vacatio Epiſcopatus, an per aſſumptionem Cardinalatus fiat, an etiam ex conſequenti Regalia aperiatur.

8. An per cap. *de multa*, & extravag. *execrabilis*, modus vacationis caueatur, medio cuius Regalia aperiatur,

9. Quæ Beneficia Rex iure Regalię poſſit conferre.

10. Parochiales Eccleſias, an Rex iure Regaliæ conferat.

11. An etiam vicarias perpetuas.

12. Rex an iure Regaliæ Beneficia ad Epiſcopi & ſui capituli diſpoſitionem plenariam ſpectantia poſſit conferre.

13. De Beneficiis quæ Epiſcopus, & ſuæ Eccleſię Capitulum, alternis vicibus habent conferre, an rex iure Regaliæ poſſit diſponere.

14. Beneficia quæ durante apertura Regaliæ reperiuntur vacare, & ad Epiſcopum iure devoluto pertinere, an Rex iure Regaliæ conferre poſſit.

15. Devolutio in Beneficiis iuri Regaliæ affectis an locum obtineat.

16. Devolutio, an vires obtineat, in beneficiis ad quamvis diſpoſitionem Regis, alio medio quam iure Regaliæ, ſpectantibus.

17. Rex an iure Regaliæ ſolum poſſit conferre Beneficia, quæ durante Regalia, vel aperta illa, vacaverunt.

18. An eo iure Beneficia ad Epiſcopi diſpoſitionem ratione unius Epiſcopatus factæ pertinentia, Rex conferre valeat.

19. Beneficia iure Regaliæ conferenda, an Rex poſſit Commendare.

20. Beneficium Regaliæ affectum, ſi tempore apertæ Regaliæ reperiatur commendatum, an Rex tanquam vacans poſſit conferre.

21. Beneficia apertâ Regaliâ vacantia, aliis Graduatis nominatis affecta, an Rex aliis quàm prædictis conferre poſſit.

22. Collationes iure Regaliæ, illa cauſa de:

35. Collatio Beneficij iure Regalię non regnicolæ facta, an viribus ſubſiſtat.

36. An Decanus, & Capitulum, Regaliſtam recipere teneantur.

37. Quid in executoriali proviſionis Regaliſtæ debeat contineri.

38. Rex, an iure Regaliæ Beneficia per Vicarium poſſit conferre.

39. Iuramentum fidelitatis per Procuratorem Epiſcopi, & in manibus Procuratoris Regis, an poſſit præſtari?

40. Curia Parlamenti Pariſienſis an privativè de validitate & invaliditate collationum iure Regaliæ factarum cognoſcat.

41. Petitio Regaliſtę qualiter debeat formari.

42. Defenſiones adverſarij Regaliſtæ, quomodo debeant fieri.

43. Sequeſtratio an locum habeat in inſtantia medio collationis iure Regaliæ factæ intentata.

44. Cui recredentia, vel ſtatus, an Regaliſtæ, vel eius adverſario, fieri debeat.

45. Status, vel recredentia, an Regaliſtæ fieri debeat, adverſario cedente, vel decedente.

46. Forma Arreſti pro Regaliſta, quibus verbis ſoleat fieri.

47. Quomodo Arreſtum contra Regaliſtam ſoleat confici.

48. Regaliſta an ſine Regis, vel eius Procuratoris generalis conſenſu, cum ſuo collitigante effectualiter poſſit concordare.

49. Quis tempore apertæ Regaliæ fructus dignitatis Epiſcopalis faciat ſuos.

50 Quid contineatur appellatione huiuſmodi fructuum.

51. An comprehendantur fructus, quos Epiſcopus de Beneficiis litigioſis percipit.

52. An his temporibus, Rex prędictos fructus percipiat.

53. Regalia quando dicatur clauſa.

54. An per ſolam ſufferentiam claudatur illa.

55. Ius Regaliæ an cum communi iure conveniat, vel ab eo diſcordet.

56. An ius illud naturam iuris Patronatus habeat.

57. Secundum quod ius inſtantia Regaliæ debeat terminari.

58. Si in materia Regalia Regaliæ reperiantur diverſa iura, quod illorum erit obſervandum.

59. Quid forma proviſionis iure Regaliæ factæ, continere debeat.

60. Omnes Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus Regni Francię, an ſint affecti Regaliæ iuri.

61. Quæ ſint cauſæ, quod omnes, non ei iuri ſubſint.

62. Aliæ dignitates Eccleſiaſticæ, ab Archiepiſcopatibus, & Epiſcopatibus, quare non ſubſint iuri Regaliæ.

63. Omnes Archiepiſcopatus & Epiſcopatus ſub Regalia exiſtentes, an ſint intra fines ſupremæ Parlamenti Pariſienſis Curiæ.

## *Senatus Pariſienſis Decretum de iure Regaliæ in omnibus Regni Eccleſiis Regi competente, ann. 1608.*

### Extraict des Regiſtres de Parlement.

*ENtre M. Claude Girandon & Iaques Laynet, demandeurs en Regale d'une part, & M. Iean Mermet & André de Sauſea, pourveus du Doyenné de l'Egliſe S. Iean Baptiſte de Belley en Breſſe: Sçavoir eſt Mermet par pretenduë election de l'Eveſque & Chapitre d'icelle Egliſe, & Sauſea par ſignature du Pape, defendeurs, d'autre part: Aprés que Montreul, Dolé, & Mauguin, Advocats des parties, ont eſté ouis, & Servin pour le Procureur general du Roy: la Cour a declaré & declare le Roy avoir droit de Regale en l'Egliſe S. Iean de Belley, comme en toutes autres de ſon Royaume; a fait inhibitions & defenſes aux Advocats & Procureurs de faire aucunes propoſitions au contraire. Et neanmoins ſur la demande en Regale de la partie de Montreüil, a mis & met les parties hors de cour & de procez, & ſur l'appel & premiere demande en Regale, en viendront au premier iour. Signé,* Voiſin.

## Conſtitutio Henrici IV. quâ ſuperioris Senatuſconſulti executio ſuſpenditur. an. 1609.

*Henry par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre : A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, Salut. Sur ce qui nous a eſté remonſtré par les Agens Generaux du Clergé, que pluſieurs Beneficiers ayans eſté mis en procez ſous pretexte des proviſions en Regale, par nous octroyées és Egliſes où nous n'avions point iouy dudit droict : Sur les plaintes qui nous avoient eſté faites de ce qu'on les pourſuivoit en noſtre Cour de Parlement de Paris, au preiudice de noſtre Edict de l'an 1606. nous aurions evoqué toutes leſdites inſtances, & icelles retenuës en noſtre Conſeil, A cauſe que noſtre Cour de Parlement de Paris, avoit donné Arreſt contraire apres la verification de noſtredit Edict : Et cependant pluſieurs parties demeurent inutilement & à grands frais à la ſuite de noſtredit Conſeil, leſquelles deſireroient bien ſe retirer en leurs maiſons, en attendant pouvoir iouyr du benefice de noſtredit Edict. Nous à ces cauſes, deſirans le ſoulagement de nos ſuiets le plus qu'il nous eſt poſſible, avons de noſtre propre mouvement, pleine puiſſance & authorité Royale, surſis, & ſurſoyons le Iugement de tous leſdits procez & inſtances pour le faict deſdites Regales, pendans & indecis en noſtredit Conſeil, pour le temps d'un an, en attendant que noſtredit Edict du mois de Decembre 1606. & Reglement contenu ſur iceluy pour le faict deſdites Regales, ayent eſté purement verifiez, ſuivant noſtre intention. Et dautant que chacun des particuliers qui ſont par-*

ties eſdits procez de Regales, pourront pour leur ſeureté avoir beſoin des preſentes, Nous voulons qu'aux copies d'icelles collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers, Notaires & Secretaires, Maiſon & Couronne de France, foy ſoit adiouſtée comme au propre original: Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le 26. iour d'Octobre, l'an de Grace 1609. Et de noſtre regne le vingt-uniéme. Signé, HENRY. Par le Roy, Brulart. Et ſellées du grand ſeel de cire iaune.

# Privati ſive ſupremi Regis Conſilii Decretum eodem pertinens. an. 1638.

*Extraict des Regiſtres du Conſeil d'Eſtat.*

VEu au Conſeil du Roy l'Arreſt donné en iceluy le 16. Octobre 1637. ſur la Requeſte des Agens generaux du Clergé de France, ſur lequel auroit eſté ordonné que les Archeveſques & Eveſques des Provinces de Languedoc, Provence, & Dauphiné, & autres Archeveſques & Eveſques qui ſe pretendent exempts du droict de Regale, envoyeroient dans ſix mois au Greffe dudit Conſeil, les Tiltres & enſeignemens, ſur leſquels ils fondent leur exemption, pour au rapport du ſieur le Bret, Conſeiller audit Conſeil, leur eſtre fait droict ainſi que de raiſon: pendant lequel temps, ſa Majeſté auroit ſurſis toutes conteſtations, meuës & à mouvoir, ſous pretexte dudit droit de Regale, ſur leſdits Archeveſchez & Eveſchez, dont ſadite Majeſté ſe ſeroit reſervé la connoiſſance & à ſondit Conſeil, & icelle interdite à ſa Cour de Parlement de Paris: auquel Arreſt la pluſpart deſdits Archeveſques

*& Eveſques n'ont tenu compte de ſatisfaire, quelques ſignifications qui leur en ayent eſté faites ; Ce qui eſt au grand prejudice des particuliers pourveus d'aucuns Benefices aux Dioceſes ſujets audit droict de Regale, pour raiſon deſquels il y a pluſieurs procez & differents, qui demeurent indecis : A quoy eſtant neceſſaire de pourvoir, ſadite Majeſté en ſon Conſeil, pour certaines conſiderations, a ordonné & ordonne que dans trois mois, pour toutes prefixions & delais, leſdits Archeveſques & Eveſques des Provinces de Languedoc, Provence, & Dauphiné, & autres Archeveſques & Eveſques qui ſe pretendent exempts dudit droict de Regale, envoyeront au Greffe dudit Conſeil les Titres & enſeignemens ſur leſquels ils fondent leurs immunitez & exemptions, pour le tout veu & examiné par ſa Majeſté, au rapport dudit ſieur le Bret, leur eſtre pourveu ainſi que de raiſon, la ſurſeance portée par ledit Arreſt du 16. Octobre tenant ; & à faute de rapporter par leſdits Archeveſques, & Eveſques leſdits Titres & enſeignemens dans ledit temps, & iceluy paſſé, Sadite Majeſté les a dés à preſent, comme deſlors declaré, & declare deſcheus des immunitez, & exemptions par eux pretendües, & ordonné qu'elle pourvoira aux Benefices qui vacqueront auſdits Archeveſchez, & Eveſchez, ſujets audit droict de Regale, ſans qu'il ſoit beſoin d'autre Arreſt que le preſent, lequel ſadite Majeſté veut eſtre ſignifié aux Archeveſques & Eveſques, à la diligence deſdits Agens generaux du Clergé de France. Fait au Conſeil d'Eſtat du Roy tenu à Paris le neuviéme jour de Iuin 1638. Signé,* De Bordeaux.

# Aliud eiuſdem Conſilii Decretum. an. 1653.

*Extraict des Regiſtres du Conſeil d'Eſtat.*

SVr la Requeſte preſentée au Roy eſtant en ſon Conſeil, par les Agents generaux du Clergé de France, contenant que ſur la queſtion generale de Regale pendante audit Conſeil, au rapport du ſieur Boucherat Maiſtre des Requeſtes, il eſt intervenu deux Arreſts les 12. Avril & 2. Iuin 1651. par leſquels il eſt ordonné qu'auparavant faire droit ſur toutes les Inſtances & Requeſtes en Regale, dans ſix mois les Scindics des Dioceſes de France rapporteront les titres dont ils entendent ſe ſervir pour l'exemption de ladite Regale, deſquels les Gens de ſa Majeſté au Parlement de Paris auroient communication, pour ſur iceux donner leur avis, & le tout rapporté au Conſeil eſtre fait droit; & fait defenſes de troubler les poſſeſſeurs des Benefices ſcituez au pays de Languedoc, & cependant surſis durant leſdits ſix mois le iugement de toutes les Inſtances particulieres de Regale, pendantes tant audit Conſeil qu'au Parlement de Paris, avec defenſes aux parties d'y faire aucunes procedures. En execution deſquels Arreſts ayans eſté remis pluſieurs titres iuſtificatifs de la liberté des Egliſes & aneantiſſement du pretendu droit de Regale és mains dudit ſieur Boucherat, Rapporteur deſdites inſtances, il n'a reſté que fort peu deſdites Egliſes qui n'y ayent pas ſatisfait, au moyen des deſordres arrivez dans le Royaume, qui oſtoient la liberté d'apporter ou envoyer leſdits titres. C'eſt pourquoy les Supplians ſans approbation

*deſdits Arreſts du Conſeil des douziémé Avril & deuxiéme Iuin mil ſix cens cinquante-un, en ont obtenu un autre le cinquieſme Decembre audit an, par lequel le delay porté par leſdits Arreſts eſt prorogé pour trois mois, pendant lequel temps ſurcis au iugement de toutes les Inſtances particulieres de Regale, tant au Conſeil qu'au Parlement de Paris. En execution duquel dernier Arreſt il a encore eſté remis pluſieurs titres és mains dudit ſieur Boucherat pour l'exemption de ladite Regale: En ſorte qu'il ne reſte qu'à faire ſon rapport audit Conſeil, ce qu'il n'a pu faire, à cauſe qu'il n'a pas ſuivy ſa Maieſté és voyages qui ſe ſont faits toute l'année derniere: & dans le temps que les Supplians eſperoient ſortir de cette affaire ſi importante au Clergé, ledit ſieur Boucherat eſt party pour aller par ordre de ſa Maieſté és Eſtats de la Province de Languedoc, & par ce moyen les particuliers ſe trouvent dans l'impoſſibilité d'avoir Iuſtice en leurs inſtances, qui ſe decident par la queſtion generale qui eſt preſte à iuger ſur les titres remis par les Dioceſes deſquels ils ne ſe peuvent ſervir: Et cependant les Regaliſtes font tous leurs efforts pour faire renvoyer tous leurs differends au Parlement de Paris, lequel n'en peut connoiſtre, puis que toutes les inſtances de Regale ont eſté evoquees au Conſeil. Requeroient à ces cauſes qu'il pleuſt à ſa Majeſté ordonner que l'inſtance generale de Regale pendante au Conſeil ſera iugee en preſence de ſadite Maieſté dans ſix mois, au rapport des ſieurs Commiſſaires qui ſeront deputez: Et cependant qu'il ſera ſurſis au iugement des Inſtances particulieres pendantes, tant au Conſeil qu'au Parlement de Paris. VEU ladite Requeſte, ſignee des Supplians, & Charlot leur Advocat, leſdits Arreſts du Conſeil des douzieme Avril, deuxieme Iuin & cinquieme Decembre mil ſix cens cinquante-un. Ouy le rapport,*

& tout conſideré : Le Roy eſtant en ſon Conſeil, ayant egard à ladite Requeſte, A ordonné & ordonne que dans ſix mois l'Inſtance generale de Regale pendante audit Conſeil ſera iugee en preſence de ſadite Maieſté, au rapport des Commiſſaires qui ſeront deputez. Et cependant ſurſoiera le iugement des Inſtances particulieres de Regale pendantes tant audit Conſeil que Parlement de Paris. Et ledit temps de ſix mois paſſé, à faute de faire iuger l'Inſtance pendante audit Conſeil, au rapport du ſieur Boucherat Conſeiller du Roy en ſes Conſeils & Maiſtre des Requeſtes ordinaire de ſon Hoſtel, ſera procedé au iugement des Inſtances particulieres de Regale pendantes audit Conſeil. Fait au Conſeil d'Etat du Roy, ſa Maieſté y eſtant, tenu à Paris le vingt-unieme iour d'Avril mil ſix cens cinquante-trois. Signé, De Guenegaud. Et ſeellé.

---

## Aliud eiuſdem Conſilii Decretum. an. 1654.

*Extraict des Regiſtres du Conſeil Privé du Roy.*

SVr la Requeſte preſentee au Roy en ſon Conſeil par les Agents generaux du Clergé de France, contenant que ſa Maieſté a par Arreſt de ſon Conſeil du 21. Avril dernier, ordonné que l'inſtance generale de Regale pendante audit Conſeil, ſera iugee en preſence de ſadite Maieſté, au rapport des Commiſſaires qui ſeront deputez; & cependant ſurſis le iugement de toutes inſtances particulieres de Regale, pendantes tant audit Conſeil que Parlement de Paris; ce qui n'a pu eſtre fait, non pas meſmes leſdits

*Commiſſaires nommez par ſa Maieſté, attendu ſon abſence de la Ville de Paris. Et d'autant qu'il eſt important au Clergé de pourvoir aux deſordres qui s'introduiſent par le iugement des inſtances particulieres, & de faire nommer des Commiſſaires pour le iugement de ladite inſtance generale; Requeroient à ces cauſes, qu'il pluſt à ſa Majeſté nommer tels Commiſſaires qu'il luy plaira, pour eſtre procedé au iugement de ladite inſtance generale de Regalle en preſence de ſadite Majeſté, conformément audit Arreſt du Conſeil du vingt-uniéme Avril dernier; & cependant ſurſeoir le iugement de toutes inſtances particulieres de Regalle, pendantes tant audit Conſeil que Parlement de Paris. Veu ladite Requeſte ſignée des ſupplians, & Charlot Advocat: Ledit Arreſt du Conſeil du 21. Avril dernier. Ouy le rapport du ſieur Boucherat: Et tout conſideré, Le Roy en ſon Conſeil, ayant aucunement égard à ladite Requeſte, a ordonné & ordonne qu'il ſera inceſſamment procedé au iugement de ladite inſtance generale de Regalle en preſence de ſa Majeſté, au rapport du ſieur Boucherat, ſur les titres & productions qui ſont en ſes mains, apres en avoir communiqué aux ſieurs Dormeſſon, Amelot, la Poterie, la Marguerie, Machault, Lezeau, Deſtampes, Vertamont, Villemontée, Priezac, la Foſſe, Conſeillers ordinaires au Conſeil d'Eſtat, ſans qu'il puiſſe eſtre accordé aux ſupplians aucun nouveau delay. Et cependant ſa Majeſté ordonne qu'il ſera ſurcis au iugement des inſtances particulieres, tant pour le principal que pour la recreance concernant ladite Regalle, & qui ſont pendantes au Conſeil & Parlement de Paris, iuſques à ce que ladite inſtance generale ait eſté iugée. Fait au Conſeil Privé du Roy, tenu à Paris le 16. iour de Ianvier* 1654. Signé, DE MONS.

# Aliud eiuſdem Conſilii Decretum. an. 1661.

*Extraict des Regiſtres du Conſeil d'Eſtat.*

SVr ce qui a eſté repreſenté au Roy en ſon Conſeil par les Archeveſques, Eveſques, & autres Beneficiers repreſentant le Corps du Clergé de France, aſſemblez par la permiſſion de ſa Majeſté, en la Ville de Paris; Qu'en execution de l'Arreſt du Conſeil du 12. Avril 1651. ils auroient remis au Greffe du Conſeil les titres des Egliſes qui ne ſont point ſujettes au droict de Regale, & mis en eſtat de iuger les inſtances pendantes pour raiſon de ce audit Conſeil; ſans que ſon Procureur General en ſon Parlement de Paris en ait pris communication, pour donner ſon advis ſur iceux, ainſi qu'il eſtoit ordonné par ledit Arreſt: Et cependant ſa Majeſté auroit declaré que ſon intention n'eſt point de ioüir de la collation des Prebendes, & autres Benefices en Regale, ſinon dans les Egliſes où les Rois ſes Predeceſſeurs en ioüiſſoient au temps de l'Edit de 1606. Et conformément à iceluy, ordonne que ceux qui ſeront pourveus par les Collateurs ordinaires, ne ſeront troublez par les pourveus en Regale, iuſques au iugement deſdites inſtances. Au preiudice duquel, comme ils ſont continuellement troublez en la poſſeſſion de leur droict, par les proviſions que ſa Maieſté accorde en Regale, comme ſi leurs Egliſes y eſtoient ſuiettes: Requeroient qu'il pleuſt à ſa Maieſté ordonner qu'à faute d'avoir par ſondit Procureur General audit Parlement de Paris, pris communication deſdits titres remis au Greffe dud. Conſeil, par leſdites Egliſes non ſuiettes à ladite Regale

elles en demeureront exemptes à l'avenir ; & à cet effet faire deſenſes à toutes perſonnes d'impetrer aucuns Benefices, pretendus vacquans par Regale, dans leſdites Egliſes, ny de troubler ceux qui ſont pourveus par les Ordinaires à peine de trois mille d'amende, nullité des proviſions, & de tous deſpens, dommages & intereſts. Veu ledit Arreſt du Conſeil dudit iour 12. Avril 1651. & autres Arreſts du 5. Decembre audit an, 21. Avril 1653. 12. Avril 1657. & autres pieces ; Ouy le rapport du ſieur d'Aligre Conſeiller de ſa Maieſté en ſes Conſeils, Maiſtre des Requeſtes ordinaire de ſon Hoſtel, qui en a communiqué aux ſieurs d'Ormeſſon, de la Poterie, Morangis, Breteüil, le Tellier, de la Foſſe, Chanut & Marin, Conſeillers audit Conſeil, & tout conſideré ; Le Roy en ſon Conſeil a ordonné & ordonne, que conformement auſdits Arreſts, ledit Procureur General de ſa Maieſté audit Parlement de Paris, prendra communication dans un mois, de tous les titres remis au Greffe dudit Conſeil, par les Egliſes qui ſe pretendent exemptes du droict de Regale, pour donner ſon advis à ſa Maieſté dans ledit temps, pour iceluy veu & rapporté eſtre fait droict & pourveu par ſa Maieſté, ainſi qu'il appartiendra par raiſon. Fait au Conſeil d'Eſtat du Roy, tenu à Paris le 13. iour de Ianvier 1661.

Signé, BERRYER.

EDITVM

# Edictum Ludovici XIII. quo Fructus Epiſcopatuum vacantium, Regi iure Regalicæ debiti, ac Theſaurario & Canonicis S. Sacelli Pariſienſis anteà ceſſi, in fiſcum revocantur, ſucceſſoribus à Rege concedendi; attributa Theſaurario & canonicis prædictis S. Nicaſij Rhemenſis Abbatia. an. 1642.

*LOUIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre : A tous preſens & advenir, Salut. Les Rois nos predeceſſeurs avoient iugé qu'ils ne pourroient plus dignement employer le revenu des Archeveſchez & Eveſchez de ce Royaume qui nous appartient par droict de Regale, qu'en l'affectant à la ſainte Chappelle pour donner moyen d'y celebrer le ſervice avec plus de dignité. Nous avons iuſques à preſent continué dans ce meſme deſſein, & depuis noſtre advenement à la Couronne, Nous avons tellement maintenu noſtre ſainte Chappelle en la perception deſdits droicts à Nous appartenans, qu'ils n'ont eſté divertis & appliquez à autre uſage, ainſi que quelques fois nos predeceſſeurs l'avoient fait; mais comme le temps découvre par l'experience, les deffauts des Ordres qu'on eſtime les meilleurs, nous avons reconneu qu'encores que la deſtination de ce revenu ait eſté faite à bonne*

uendant deſdites Archeveſchez & Eveſchez de noſtre Royaume, eſquels nous avons droict de Regale, le revenu d'iceux ſoit mis en noſtredite main, pour eſtre adminiſtré pendant l'ouverture de ladite Regale par perſonnes ſolvables, qui ſeront à cét effet commiſes, à la charge que la Regale eſtant cloſe, le revenu qui ſera provenu deſdits Archeveſchez & Eveſchez, ſera remis par celuy qui aura eſté commis pour l'adminiſtration, entre les mains des Archeveſques & Eveſques, qui en auront eſté pourveut ſur noſtre nomination, duquel revenu, en tant que beſoin eſt, Nous avons fait don par ces preſentes auſdits Archeveſques & Eveſques, ſans qu'à l'advenir il puiſſe eſtre diverty ny employé ailleurs. Et dautant qu'il n'eſt pas iuſte qu'ayant privé noſtre ſainte Chappelle de la iouïſſance du droict de Regale qui luy avois eſté accordé par nos predeceſſeurs, elle demeure ſans un revenu certain neceſſaire pour faire les fonctiens : Nous uniſſons à ladite ſainte Chappelle l'Abbaye de S. Nicaize de Reims, voulans pour cét effet que toutes Lettres d'union ſoient expediées en bonne forme, & délivrées aux Treſorier & Chanoines de noſtre ſainte Chappelle, qu'à l'avenir ils en puiſſent iouyr paiſiblement, à condition que le revenu qui proviendra de ladite Abbaye, ſoit perceu & employé avec le meſme Ordre que celuy qui provenoit des Regales l'a eſté iuſques à preſent.

Si donnons en mandement à nos Amez & Feaux Conſeillers, les gens de nos Comptes à Paris, que ces preſentes ils ayent à faire lire, publier & regiſtrer, & le contenu en icelles, garder & obſerver ponctuellement ſelon leur forme & teneur. Nonobſtant tous Edits, Declarations, & autres Lettres à ce contraires : auſquelles en tant que beſoin eſt, ou ſeroit, Nous avons dérogé & dérogeons par ceſdites preſentes. Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, Nous

avons à icelles fait mettre noſtre ſeel, ſauf en autre choſe noſtre noſtre droict, & l'autruy en toutes. Donné à S. Germain en Laye, au mois de Decembre, l'an de grace mil ſix cens quarante-un. Et de noſtre Regne le trente-deuxiéme. Signées, LOVYS. Et ſur le reply, Par le Roy, De Lomenie. Et à coſté viſa, & ſeellées ſur lacs de ſoye, du grand ſeel de cire verte. Et au bas dudit reply eſt écrit ce qu'enſuit.

## Aliud eiuſdem editum eadem de in. an. 1644.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre: A tous preſens & aduenir, Salut, Le feu Roy noſtre tres-honnoré Seigneur & pere, que Dieu abſolve, ayant par ſes Lettres patentes du mois de Decembre 1641. revoqué la conceſſion faite par les Rois nos predeceſſeurs à la ſainte Chappelle, noſtre Oratoire Royal, du revenu procedant du droict de Regale, & d'iceluy fait don à ceux qui ſeroient à l'avenir pourveus des Archeveſchez & Eveſchez de noſtre Royaume à ſa nomination, & pour remplacement dudit revenu uny à ladite ſainte Chappelle, l'Abbaye de ſaint Nicaiſe de Reims, les gens tenans noſtre Cour de Parlement & Chambre de nos Comptes de Paris, auroient apporté de grandes difficultez à la verification deſdites Lettres, & neanmoins preſſez de pluſieurs commandemens tres-expres dudit Seigneur Roy meſme par ſes Lettres de juſſion du 18. Avril 1641. ils auroient icelles regiſtrées n'ayant peu lors à cauſe de l'éloignement de noſtredit feu Seigneur & pere qui eſtoit en ſon Camp de Perpignan, luy en faire les remonſtrances que l'importance

*du ſujet pouvoit requerir. Mais depuis, noſtre amé & feal Meſſire Leonard Deſtampes, Archeveſque de Reims, s'eſtant preſenté en noſtredite Chambre pour avoir mainlevée de la ſaiſie faite du temporel dudit Archeveſché durant le temps de la Regale ouverte ; & iouyr du Benefice dudit don ; les gens de nos Comptes ingeant la conſequence de la remiſe & alienation de ladite Regale temporelle à perpetuité, & ſur l'oppoſition formée par les Treſorier, Chanoines de ladite ſainte Chappelle à ladite mainlevée, ils ſe ſeroient adreſſez à Nous & à la Reine Regente, noſtre tres-honorée Dame & Mere ; pour nous en faire de tres-humbles remonſtrances, ce qu'ils auroient fait de viue voix par deux diverſes fois, & auroient encore preſenté des memoires bien amples par leſquels ils nous auroient fait reconnoiſtre la dignité, l'importance & longue poſſeſſion du droict de Regale, tant ſpirituelle que temporelle, comme c'eſt un droict de noſtre Couronne, inſeparable de la ſouveraineté l'un des principaux fondemens que nos predeceſſeurs ont eu, & que nous avons à preſent de la nomination aux Archeveſchez & Eveſchez de noſtre Royaume ; que le don du revenu des Eveſchez & Arhceveſchez fait à perpetuité en faveur des Prelats, pendant l'ouverture de la Regale eſtoit de toute autre conſideration que ſa conceſſion faite à la ſainte Chappelle, que cette remiſe aux Eccleſiaſtiques eſtoit une eſpece d'extinction dudit droict temporel qui pouvoit donner atteinte & tirer à conſequence la perte ou diminution de la Regale ſpirituelle, que l'un & l'autre eſtoient un droict precieux qui ne pouvoit eſtre donné, aliené, ny transferé, & deuoit eſtre conſervé comme une marque de l'autorité ſouveraine & independance que nous avons ſur les Eccleſiaſtiques de noſtre Royaume : joint que ſi les nommez aux Archeveſchez & Eveſchez eſtoient*

*aſſurez de joüir des fruits & revenus d'iceux, pendant le temps de la Regale ouverte, & avant la main-levee, ils pouvoient negliger d'en pourſuivre & obtenir les Bulles, nous preſter le ſerment de fidelité, rendre l'hommage & faire les fonctions Epiſcopales, nous ayans en outre leſdites gens de nos Comptes fait entendre les raiſons qui auroient meu la pieté des Rois nos predeceſſeurs de deſtiner le revenu de la regale tenu par elle à noſtre ſainte Chapelle pour eſtre employé, moitié à l'entretenement du ſervice divin qui ſe celebre nuit & jour en icelle, & l'autre moitié aux reparations du lieu, en ornemens, luminaires, & autres deſpenſes ſemblables, laiſſées de temps immemorial a la direction & adminiſtration de noſtredite Chambre, que le revenu de l'Abbaye de ſaint Nicaiſe unie à la ſainte Chapelle, n'eſtoit pas égal à celuy des regales, qu'il eſtoit onereux à cauſe des frais des Bulles, des reparations neceſſaires à faire en l'Abbaye, de difficile recouvrement, ayant ſes terres ſur la frontiere & dans le pays ennemy, & n'eſtoit pas proportionné ny ſuffiſant pour les deſpenſes neceſſaires à l'entretenement de ladite ſainte Chapelle qui nous devoit eſtre en ſinguliere veneration, tant à cauſe du ſacré depoſt des ſaintes & precieuſes reliques du Myſtere de noſtre Redemption, que de la fondation du Roy ſaint Louys noſtre ayeul qui les y avoit miſes & apportées : Sçavoir faiſons que cette affaire ayant eſté miſe en deliberation en noſtre Conſeil, où le merite d'icelle a eſté meurement pezé & conſideré, de l'avis de la Reyne Regente noſtre tres-honorée Dame & Mere, de noſtre cher & amé Oncle le Duc d'Orleans, de noſtre tres cher Couſin le Prince de Condé, autres Princes & Officiers de noſtre Couronne, Grands & Notables perſonnages de noſtredit Conſeil, & de noſtre certaine ſcience, pleine puiſſance & authorité Royale, Nous avons*

*dit & declaré, & par les preſentes Diſons & declarons que nous avons remis & remettons en noſtre main pour demeurer inſeparablement uny à noſtre Couronne, ledit droit de regale temporelle pour en uſer par nous & nos ſucceſſeurs Rois, ſelon & ainſi que nos predeceſſeurs Rois en ont uſé avant la Conceſſion faite à ladite ſainte Chapelle pleinement & ſouverainement. Voulons & Nous plaiſt, vacation advenante des Archeveſchez & Eveſchez de noſtre Royaume, Pays, Terres & Seigneuries de noſtre obeïſſance, que les fruits, & revenus d'iceux ſoient ſaiſis & mis en noſtre main à la requeſte de noſtre Procureur General en noſtre Chambre des Comptes de Paris, regis & adminiſtrez par perſonnes ſolvables, commiſes à cét effet pendant l'ouverture de la Regale, & les deniers en provenans portez par leſdits Commiſſaires és mains du Receveur des Regales pour les charges ordinaires deſdits Archeveſchez & Eveſchez acquittées, eſtre par Nous diſpoſé du ſurplus deſdits revenus en faveur de ceux qui ſeront par Nous nommez auſdites Prelatures ou en œuvres pies, ainſi que nous le jugerons pour le mieux, en vertu de lettres patentes qui ſeront à cette fin adreſſées a noſtredite Chambre, apres toutefois que leſdits Archeveſques & Eveſques nous auront preſté le ſerment de fidelité, & que la Regale ſera cloſe par l'enregiſtrement d'iceluy en icelle Chambre en la maniere accouſtumé. Et d'autant que les Treſorier & Chanoines de noſtredite ſainte Chapelle nous ont fait voir que le revenu de l'Abbaye de S. Nicaiſe de Reims n'eſt à beaucoup pres ſuffiſant pour ſatisfaire aux dépenſes aſſignées par nos predeceſſeurs ſur le revenu deſdites Regales, nous voulons qu'il en ſoit dreſſé un eſtat par les gens de noſd. comptes*

*leſdits Treſorier & Chanoines appellez, pour nous eſtre par eux repreſenté, & leur eſtre par nous pourveu au manque de fonds, ſoit en autres Benefices que nous unirons à ladite ſainte Chappelle, ou ſur autres nos revenus, ſelon qu'il ſera iugé plus convenable en noſtre Conſeil; & eſtre le tout employé & adminiſtré, ainſi qu'ont eſté les deniers du droict de Regale, auparavant leſdites Lettres de noſtredit feu Seigneur & pere du mois de Decembre 1641.* SI DONNONS *en mandement à nos amez & feaux les gens tenant noſtre Cour de Parlement & Chambre de nos Comptes à Paris, que ces preſentes, ils faſſent lire, publier & enregiſtrer & le contenu en icelles, garder & obſerver inviolablement, ſans permettre qu'il y ſoit contrevenu en aucune maniere: nonobſtant leſdites Lettres de conceſſion faite à ladite ſainte Chappelle, celles de noſtredit feu Seigneur & pere du mois de Decembre 1641. Lettres de Iuſſion & Arreſts intervenus ſur icelles en noſtredite Cour & Chambre, & toutes autres choſes à ce contraires, auſquelles & à la derogatoire des derogatoires & contenus, Nous avons derogé & derogerus par ces preſentes: Car tel eſt noſtre plaiſir; Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à toujours, Nous avons fait mettre noſtre ſeel à ceſdites preſentes. Données à Paris au mois l'An de grace mil ſix cens quarante quatre & de noſtre regne le premier.*

# REGVM AC REGNI FRANCORUM PRÆCIPVA IVRA EX CAROLI DE GRASSALIO. REGALIVM FRANCIÆ

Libris duobus ſummatim excerpta cum Joannis Feraldi de privilegiis Regni Franciæ collata.

*Ex Libro I.*

1. FRancorum Rex primus & maior eſt inter totius orbis Reges & Principes, fideles & infideles, & tanquam dignior in primo loco ſedet, & collocatur.

2. Nullus Rex ungitur oleo cœlitus miſſo, niſi Rex Francorum. Inſigne liliorum Clodovæo Regi cœlitus demiſſum.

3. Illuſtriſſimus Francorum Rex ſuper alios Reges excellentiſſimo Chriſtianiſſimi nomine decoratur *Idem obſervat Io. Ferault. in tract. de Privileg. reg. Francor. privil* 2. Rex Franciæ tanquam Chriſtianiſſimus virtutum reginam iuſtitiam adeo colit, & cunctis mi-

# INDULTA NOVA REGI CHRISTIANISSIMO A CLEMENTE IX. CONCESSA, SUO LOCO ſuperiùs prætermiſſa.

*Ne quid eorum quæ ad Regiæ Nominationis nova Indulta pertinent, huic editioni deeſſe videretur, antè ſuo loco prætermiſſa Regi Chriſtianiſſimo à Clemente X. conceſſa, hic ſubjungere viſum eſt.*

# INDULTUM AB ALEXANDRO VII. LUDOVICO XIV. REGI CONCESSUM pro Nominatione ad Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem ac Virdunenſem.

*Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro* LUDOVICO, *Francorum Regi Chriſtianiſſimo.*

ALEXANDER PP. VII.

CHARISSIME in Chriſto Fili noſter, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Orthodoxæ Fidei conſervandæ, ac Chriſtianæ Religionis tuendæ & propagandæ zelus, quem etiam nuper miſſis in Hungariam adverſus Turcas validis Armatorum ſubſidiis egregiè oſtendiſti; ac præclara, & Chriſtianiſſimo Rege digniſſima, Majeſtatis tuæ erga Nos & Apoſtolicam Sedem filialis obſervantia quam Nobis laudabiliter teſtatus es, dum authoritatem, & potentiam tuam pro continendis in debita Nobis & eidem Sedi fidelitate & ſubjectione, noſtris & dictæ Sedis Subditis in Civitate Avenionenſi & Comitatu Venaiſſino noſtris, commorantibus, Nobis & Miniſtris noſtris præſto ſemper futuram, tum per litteras tuas, tum per dilectum filium nobilem Virum Carolum Ducem Crequium Majeſtatis tuæ apud Nos, & Sedem prædictam Oratorem ſpopondiſti; aliáque eximia ejuſdem Majeſtatis tuæ, ac progenitorum, & Majorum tuorum Regum Chriſtianiſſimorum, Principum longè clariſſimorum, inviĉtiſſimorúmque Chriſti Athletarum, & egregiorum dictæ Sedis Apoſtolicæ cultorum promerita, ſicuti firmam Nobis in Domino ſpem, atque fiduciam præſtant, fore ut viæ eorumdem majorum tuorum veſtigiis impreſſæ inhærens, populos tuæ ditioni creditos in Catholica fide, & vetere erga Sedem prædictam obedientia, & obſervantia continere pari laude conaturus, conſtitutioneſque Apoſtolicas in univerſis Dominiis tuis debitæ ſemper executioni mandari, ac Sedis ejuſdem honorem, & authoritatem illibatos conſervari omni ſtudio curaturus ſis: ita paternam benevolentiam, & charitatem noſtram facilè adducunt ad ea tibi favorabiliter concedenda, per quæ clarè innoteſcat Nos tui honoris, quem ſemper fecimus maximi, & Deo dan-

te in poſterum faciemus, condignam, & præcipuam habuiſſe rationem. Volentes itaque tibi, qui (ut accepimus) Metenſem, Tullenſem & Virdunenſem civitates de præſenti poſſides, quò regiam beneficentiam tuam erga perſonas bene meritas, tibique gratas & acceptas exercere valeas, gratiam facere ſpecialem; ac ſperantes te in nominandis ad earumdem civitatum Cathedrales Eccleſias perſonis, quæ vitæ integritate, religione, fide, & doctrina præſtent, & Epiſcopalis muneris prærogativa dignæ ſint, ſummum ſtudium, ſummâmque diligentiam ſemper adhibiturum, nec conſcientiam tuam hac in re ullo modo lædi paſſurum eſſe: motu proprio, ac ex certa ſcientia noſtris, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Majeſtati tuæ, quoad vixerit, jus Nominandi Nobis, & pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris, perſonas probatas, boni nominis, & ſecundum Sacrorum Canonum diſpoſitionem idoneas, ad Cathedrales Eccleſias, Metenſis, Tullenſis, & Virdunenſis civitatum à te poſſeſſarum, quoties illas quibúſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, non tamen per obitum apud Sedem Apoſtolicam prædictam, vacare contigerit, per Nos, & Succeſſores noſtrós præfatos ad Nominationem hujuſmodi eiſdem Eccleſiis reſpectivè præficiendas tenore præſentium reſervamus, concedimus, & aſſignamus. Decernentes jus Nominandi ejuſmodi ad Cathedrales Eccleſias præfatas; tibi quoad vixeris, competere debere; neque ſub quacumque quantumvis ſpeciali derogatione comprehendi, vel ei quovis modo, & ex quacumque cauſa derogari; & ſi ei derogari contingat, minimè ſuffragari poſſe: & nihilominus quaſ-

cumque earumdem Eccleſiarum proviſiones, ac alias de eis diſpoſitiones etiam cum juris nominandi hujuſmodi derogatione, contra earumdem præſentium tenorem, etiam per Nos, & Succeſſores prædictos, & Sedem eamdem, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, quoquo modo pro tempore faciendas, & deſuper conficiendas literas, ac inde ſecutura quæcumque, nulla & invalida, nulliúſque roboris & momenti fore & eſſe. Sicque, & non aliter per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper eis à quoquam, quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis generalibus, vel ſpecialibus Eccleſiarum prædictarum reſervationibus, ſeu affectionibus Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam quomodolibet factis, ſeu pro tempore faciendis, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis, & edendis, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, & in Vniverſalibus, Provincialibúſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dictarum Eccleſiarum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus. Privilegiis quoque, & Indultis, & Litteris Apoſtolicis, etiam quaſvis clauſulas, & reſervationes in ſe continentibus per eoſdem Prædeceſſores, ac Nos, & Sedem eam-

dem Eccleſiis præfatis, illarúmque Capitulis, & perſonis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorúmque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua exquiſita forma ad id ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ad præmiſſorum effectum harum ſerie, ſpecialiter & expreſsè, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, & ad plenum derogatum eſſe volumus, cæteríſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem ut intra ſex menſes à die vacationis Eccleſiarum hujuſmodi computandos, perſonas idoneas Nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici pro proviſione obtinenda Nominare omninò tenearis; alioquin dictis ſex menſibus elapſis de Eccleſiis præfatis, ut præfertur vacantibus, per Nos, ſeu pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem liberè diſponi poſſit. DATUM Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 11. Decembris 1664. Pontificatus noſtri anno decimo. Sic ſignatum, S. VGOLINUS.

*Enregiſtré és Regiſtres du Grand Conſeil du Roy, ſuivant l'Arreſt ce iourd'huy donné en iceluy. A Paris le 25. Ianvier 1670. Signé*, HERBIN.

# LETTRES D'ATTACHE SVR LES INDVLTS DES PAPES ALEXANDRE VII. ET CLEMENT IX.

## POVR LA NOMINATION aux Eveſchez de Mets, Toul, & Verdun.

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE: *A tous preſens & à venir*, SALVT. *Sçavoir faiſons, qu'ayant plû à nôtre S. Pere le Pape Clement IX. à preſent ſéant ſur la Chaire de S. Pierre, Nous accorder un Bref ou Indult Apoſtolique le vingt-troiſiéme Mars mil ſix cens ſoixante-huit, portant ampliation, & explication de celuy que feu Noſtre S. Pere le Pape Alexandre VII. ſon prédeceſſeur Nous auroit accordé l'onziéme Decembre mil ſix cens ſoixante-quatre, pour la diſpoſition des Beneſices Conſiſtoriaux, & autres y mentionnez, qui ſe trouvent ſituez dans les trois Eveſchez de Metz, Toul, & Verdun: Et voulant que leſdits Indults ſortent leur plein & entier effet, ſans qu'il ſoit allé cy-aprés directement ou indirectement au contraire:*

POVR CES CAVSES, *& autres à ce Nous mouvant, aprés qu'il nous eſt apparû que dans leſdits Indults, cy-attachez ſous le contreſcel de noſtre Chancellerie, il n'y a rien de contraire aux Saints Decrets, Droits de noſtre Couronne, Privileges, & Libertez de l'Egliſe Gallicane, Nous les avons acceptez, approuvez, & confirmez; & par ces Preſentes ſignées de noſtre main, acceptons, approuvons, & confirmons: Voulons, & nous plaiſt, qu'ils ſoient executez de point en point ſelon leur forme & teneur. Et à cette fin Nous avons pour raiſon de tous procés & differends, circonſtances & dépendances qui naiſtront en conſequence; & exécution deſdits Indults pour raiſon des Preſentations, & Nominations qui seront par Nous faites en vertu d'iceux, aux Benefices ſituez dans leſdits trois Eveſchez, attribué, & attribuons toute Cour, Iuriſdiction, & connoiſſance à noſtre grand Conſeil; icelle interdite, & interdiſons à toutes nos autres Cours & Iuges.* SI DONNONS EN MANDEMENT *à nos amez & feaux les Gens tenant noſtredit Grand Conſeil, que leſdits Indults, & ces Preſentes, ils aient à faire lire, publier, & enregiſtrer; & tout le contenu en iceux garder, & faire garder, & obſerver de point en point, ſans aller, ny ſouffrir qu'il ſoit allé directement ou indirectement au contraire, nonobſtant tous Vſages, Réglemens, Arreſts, & autres choſes à ce contraires: Auſquelles, pour ce regard ſeulement, & ſans tirer à conſequence, Nous avons dérogé, & dérogeons par ceſdites Preſentes:* CAR *tel eſt noſtre plaiſir. Et afin que ce ſoit choſe ferme, & ſtable à toûjours, Nous y avons fait mettre noſtre Scel, ſauf en autre choſe noſtre droit, & l'autruy en toutes.*

Donne' à Saint Germain en Laye au trois de Novembre, l'an de grace mil ſix cens ſoixante-neuf, & de noſtre Regne le vingt-ſeptiéme. Signé LOVIS : Et ſur le repli, Par le Roy, De Lionne.

Enregiſtré és Regiſtres du Grand Conſeil du Roy, ſuivant l'Arreſt ce jourd'huy donné en iceluy. A Paris, le 25. Ianvier 1670. Signé, Herbin.

Et à coſté : Viſa, Segvier. Pour ſervir aux Lettres Patentes, portant approbation des Indults accordez par les Papes Alexandre VII. & Clement IX. pour la nomination du Roy aux Eveſchez de Metz, Toul, & Verdun, & autres Benefices Conſiſtoriaux, qui ſont dans l'étenduë deſdits Eveſchez.

# INDULTUM PAPÆ CLEMENTIS IX. REGI CONCESSUM. PRO NOMINATIONE ad Conſiſtorialia per Belgium Beneficia.

*Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro* Ludovico, *Francorum Regi Chriſtianiſſimo*,

CLEMENS PP. IX.

Cariſſime in Chriſto Fili noſter: Salutem, & Apoſtolicam benedictio-

nem. Præclara Majeſtatis tuæ, ac progenitorum, & Majorum tuorum Regum Chriſtianiſſimorum, Principum longè clariſſimorum, inviƈtiſſimorúmque Chriſti Athletarum, ac egregiorum Sedis Apoſtolicæ cultorum promerita exigunt, ac præcipuus, quo eamdem Majeſtatem tuam filiali erga Nos, & eamdem Sedem obſervantia ac pietate, Orthodoxæ Fidei conſervandæ & propagandæ zelo, aliiſque Rege Chriſtianiſſimo dignis virtutibus atque decoribus multipliciter præfulgentem proſequimur, paternæ charitatis affeƈtus Nos urget atque impellit, ut tibi luculenta Pontificiæ noſtræ benignitatis dona largiamur: firma ſpe atque fiducia in Domino freti, fore ut tu, viæ eorumdem Majorum tuorum veſtigiis impreſſæ inhærens, populos ditioni tuæ creditos, in Fide Catholica, ac vetere erga Sedem prædiƈtam obedientia continere pari laude conaturus, Conſtitutionéſque Apoſtolicas in univerſis dominiis tuis debitæ ſemper executioni mãdari, ac Sedis ejuſdem honorem & authoritatem illibatos conſervari omni ſtudio ſis curaturus. Volentes itaque tibi, qui, ut accepimus, Vrbes Atrebatum, Heſdinum, Bapalmam, Bethuniam, Lilerium, Lentiacum, Comitatum Sanƈti Pauli, Tervanam, Paſſium, earúmque Balliviatus, alios quoque Balliviatus, & Caſtellanias agri Atrebatenſis, necnon Rentiacum, Vrbes itidem, Arcéſque Gravelingam, Arcem Philippeam, Sluſam, Hannuinum, Burburgum, & Vrbem Sanƈti Venantij in Flandria, Landrecejum, & Quercetum in Hannonia, Avennam quoque, Mariæburgum, ac Philippopolim, inſuper in agro Lucemburgico Theodonis-villam, Malmedium, Damvillerium, urbem Ivodium, ejúſque Præpoſitatum, &

Marvillam, earum Balliviatus, Caſtellanias, Præfecturas, Præpoſituras, Territoria, Dominia, ditiones, acceſſiones, appendices & adjuncta de præſenti poſſides, & per totum annum *1666.* poſſediſti, quò regiam benevolentiam erga perſonas bene meritas, tibique gratas, & acceptas exercere valeas, gratiam facere ſpecialem; ac ſperantes te in nominandis ad infraſcripta Beneficia perſonis, quæ vitæ integritate, religione, fide, & doctrina præſtent, ſummum ſtudium, ſummámque diligentiam ſemper adhibiturum, nec conſcientiam tuam hac in re ullo modo lædi paſſurum eſſe; tuis hac in parte ſupplicationibus inclinati, tibi, tua tantum vita durante, & quandiu in ſinceritate fidei & unitate S. R. E. necnon obedientia, ac devotione noſtris, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium perſtiteris, jus & facultatem Nominandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, tam ad dignitates Abbatiales, aut quorumcumque Monaſteriorum regimina, etiam per priores aut Præpoſitos regi & gubernari ſolitorum, quàm etiam ad quoſcumque Prioratus, Præpoſituras, aut Præpoſitatus Conventum habentes intra Vrbes Atrebatum, Heſdinum, Bapalmam, Bethuniam, Lilerium, Lentiacum, Comitatum S. Pauli, Tervanam, Paſſium, earúmque Balliviatus, alios quoque Balliviatus, & Caſtellanias agri Atrebatenſis, necnon Rentiacum, Vrbes itidem Arcéſque Gravelingam, Arcem Philippeam, Sluſam, Hannuinum, Burburgum, & Vrbem Sancti Venantij in Flandria, Landreceium, & Quercetum in Hannonia, Avennam quoque, Mariæburgum, & Philippopolim, inſuper in agro Lucemburgico Theodonis-villam, Malmedium,

Damvillerium, Vrbem Ivodium, ejúſque Præpoſituram, Caſtrum Chavantiacum, ejúſque Præpoſituram, & Marvillam, earum Balliviatus, Caſtellanias, Præfecturas, Præpoſituras; territoria dominia, ditiones, acceſſiones, appendices, & adjuncta prædicta, à te de præſenti, & per totum annum 1666 ut præfertur, poſſeſſa dumtaxat conſiſtentes, & conſiſtentia, dummodo intra ſepta illorum exiſtant, etiamſi ſub temporali dominio aliorum Procerum conſiſterent, vel temporalem Iuriſdictionem habeant, ac etiamſi Prioratus, Præpoſituræ, aut Præpoſitatus, nec non Monaſteria nuncuparentur, pro tempore vacantes, ſeu vacantia, per Nos, & Romanos Pontifices Succeſſores noſtros ad nominationem tuam infra decem menſes à die cujuſlibet vacationis faciendam; ac Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti præſentandam, conferendos, & conferenda authoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ concedimus, & Indulgemus: Ita ut de dictis, dignitatibus Abbatialibus, aut quibuſcumque Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, & Præpoſitatibus prædictis pro tempore vacantibus, abſque nominatione tua præfata; de aliis verò ſub nominatione hujuſmodi non comprehenſis, & abſque illa liberè conferendis dignitatibus videlicet ſæcularibus, principalibus, & regularibus actu non conventualibus infra prædictos diſtrictus conſiſtentibus, nonniſi de locis tuæ ditioni ſubjectis, aut tibi gratis, & acceptis perſonis per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, & Sedem eamdem pro tempore diſponi, & reſpectivè provideri minimè poſſit. Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſingulorum Prioratuum,

Præpoſiturarum, & Præpoſitatuum prædictorum, ac Ordinum, quorum illi ſunt, ſeu à quibus dependent, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis eorúmque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. DATUM Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Aprilis 1668. Pontificatus noſtri anno primo. Sic ſignatum I. G. SLUSIUS.

*Enregiſtré és Regiſtres du Grand Conſeil du Roy, ſuivant l'Arreſt ce jourd'huy donné en iceluy. A Paris l'onziéme jour de Iuillet* 1670. Signé, HERBIN.

# INDULTUM ALIUD CLEMENTIS IX.

## QVO REGI CONCEDITVR, NOMINATIO AD ALIA Beneficia Belgij Franciçæ ditioni ſubjecti.

*Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro* LUDOVICO, *Francorum Regi Chriſtianiſſimo.*

CLEMENS PP. IX.

CHARISSIME in Chriſto Fili noſter, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Præclara Majeſtatis tuæ, ac progenitorum, & Majorum tuornm Regum Chriſtianiſſimorum, Principum longè clariſſimorum, invictiſſimorúmque Chriſti Athletarum, & egregiorum Sedis Apoſtolicæ cultorum promerita, exigunt, ac præcipuus, quo eamdem Majeſtatem tuam filiali erga Nos, & eamdem Sedem obſervantia ac pietate, Orthodoxæ Fidei conſervandæ & propagandæ zelo, aliiſque Rege Chriſtianiſſimo dignis virtutibus atque decoribus multipliciter præfulgentem proſequimur, paternæ charitatis affectus Nos urget, atque impellit, ut tibi uberiora Pontificiæ noſtræ benignitatis dona largiamur: firma ſpe, atque fiduciâ in Domino freti, fore ut tu viæ eorumdem Majorum tuorum veſtigiis impreſſæ inhærens,

populos ditioni tuæ creditos in Fide Catholica, ac vetere erga Sedem prædictam obedientia continere pari laude, conaturus; Conſtitutionéſque Apoſtolicas in univerſis dominiis tuis debitæ ſemper executioni mandari, ac Sedis ejuſdem honorem, & authoritatem illibatos conſervari omni ſtudio ſis curaturus. Aliàs ſiquidem nos tuis ſupplicationibus inclinati, tibi, tuâ tantum vitâ durante, & quandiu in ſinceritate fidei, & unitate S. R. E. necnon obedientia & devotione noſtris, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Canonicè intrantium perſiſteres jus & facultatem Nominandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, tam ad dignitates Abbatiales, aut quorumcumque Monaſteriorum regimina, etiam per Priores, aut Præpoſitos regi & gubernari ſolitorum, quàm etiam ad quoſcumque Prioratus, Præpoſituras, aut Præpoſitatus Conventum habentes intra urbes Atrebatum, Heſdinum, Bapalmam, Bethuniam, Lilerium, Lentiacum, Comitatum S. Pauli, Tervanam, Paſſium, earúmque Balliviatus, alios quoque Balliviatus, & Caſtellanias agri Atrebatenſis, necnon Rentiacum, Vrbes itidem Arcéſque Gravelingam, Arcem Philippeam, Sluſam, Hannuinum, Burburgum, & urbem Sancti Venantij in Flandria, Landreceium, & Qurecetum in Hannonia, Avennam quoque, Mariæburgum, & Philippopolim, inſuper in agro Lucemburgico Theodonis-villam, Malmedium, Damvillerium, urbem Ivodium, ejúſque Præpoſituram, Caſtrum Chavanciacum, ejúſque Præpoſituram, & Marvillam, earum Balliviatus, Caſtellanias, Præfecturas, Præpoſituras, Territoria, Dominia, ditiones, acceſſiones, appendices, & adjuncta à te nunc,

& per totum annum 1666. poſſeſſa dumtaxat conſiſtentes & conſiſtentia, dummodo intra ſepta illorum exiſterent, etiamſi ſub temporali dominio aliorum Procerum conſiſterent, vel temporalem Iuriſdictionem haberent, ac etiamſi Prioratus, Præpoſituræ, aut Præpoſitatus, necnon Monaſteria nuncuparentur, pro tempore vacantes, ſeu vacantia per Nos, & Romanos Pontifices Succeſſores noſtros ad Nominationem tuam infra decem menſes à die cujuſlibet vacationis faciendam, ac nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti præſentandam conferendos, & conferenda, authoritate Apoſtolica de ſpecialis dono gratiæ conceſſimus, & indulſimus: ita ut de dictis dignitatibus Abbatialibus, aut quibuſcumque Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, & Præpoſitatibus prædictis pro tempore vacantibus, abſque nominatione tua prædicta; de aliis vero ſub nominatione hujuſmodi non comprehenſis, & abſque illa liberè conferendis, dignitatibus videlicet ſæcularibus, principalibus, & regularibus actu non Conventualibus, infra prædictos diſtrictus conſiſtentibus, nonniſi de locis tuæ ditioni ſubjectis, aut tibi gratis, & acceptis perſonis, per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos, Pontifices, & Sedem eamdem pro tēpore diſponi, & repective provideri minime poſſet, & aliàs prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis die 9. Aprilis proximè præteriti expeditis Litteris, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberiùs continetur. Cum autem, ſicut accepimus, chariſſimus in Chriſto Filius noſter Carolus, Hiſpaniarum Rex Catholicus nonnullas alias Civitates, Oppida, Arces,

Regiones, diſtrictus, & loca in Belgicis ditionibus conſiſtentia Majeſtati tuæ per Tractatum Pacis inter utriuſque veſtrûm Plenipotentiarios in Oppido Aquiſgrani Leodienſis Diœceſis, die 2. Maij proximè præteriti initum, & ſubinde utrinque ratificatum, in perpetuum ceſſerit, & renunciaverit: Nos Majeſtatem tuam, quò regiam benevolentiam erga perſonas bene meritas, tibique gratas & acceptas uberiùs exercere valeas, amplioris gratiæ favore proſequi volentes; ac ſperantes te in nominandis ad infraſcripta Beneficia perſonis, quæ vitæ integritate, Religione, fide, & doctrina præſtent, ſummum ſtudium, ſummámque diligentiam ſemper adhibiturum, nec conſcientiam tuam hac in re ullo modo lædi paſſurum eſſe; iteratis tuis hac in parte ſupplicationibus inclinati, tibi tua tantùm vitâ durante, & quandiu in ſinceritate fidei, & unitate S. R. E. necnon obedientia ac devotione noſtris, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium perſtiteris, conceſſionem juris & facultatis Nominandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti ad ſupradictas dignitates Abbatiales & regimina Monaſteriorum, etiam per Priores & Præpoſitos regi & gubernari ſolitorum, necnon Prioratus, & Præpoſituras, aut Præpoſitatus Conventum habentes, tibi à Nobis per Litteras noſtras prædictas factam, ut præfertur, ad quaſcumque ſimiles dignitates Abbatiales, ac regimina quorumcumque Monaſteriorum, etiam per Priores & Præpoſitos regi & gubernari ſolitorum, necnon quoſcumque Prioratus, Præpoſituras, aut Præpoſitatus Conventum habentes in Civitatibus, Oppidis, Arcibus, Regionibus, diſtrictibus, & locis tibi à memorato Carolo

Rege per prædictum Tractatum Pacis ceſſis, & renunciatis, & quæ de præſenti poſſides, & in futurum vigore Tractatus Pacis hujuſmodi in Belgio pacificè poſſidebis dumtaxat conſiſtentes, & conſiſtentia, ſervata tamen in reliquis ſupradictarum Litterarum formâ, diſpoſitione, ac cum omnibus; & ſingulis Clauſulis, Decretis, Declarationibus, & Indultis in eiſdem Litteris quomodolibet contentis, & expreſſis; eadem authoritate, tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſingulorum Prioratuum, Præpoſiturarum, & Præpoſitatuum prædictorum, ac Ordinum, quorum illi ſunt, ſeu à quibus dependent, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis Clauſulis, Decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. DATUM Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Auguſti 1668. Pontificatus noſtri anno ſecundo. Sic ſignatum, I. G. SLUSIUS.

*Enregiſtré és Regiſtres du Grand Conſeil du Roy: ſuivant l'Arreſt ce jourd'huy donné en*

*en iceluy. A Paris, l'onziéme Iuin 1670;* *Signé*, HERBIN.

# INDULTUM PAPÆ CLEMENTIS IX. CONCESSUM REGI. EIUSQUE SUCCESSORIBUS pro Nominatione ad Epiſcopatum Tornacenſem.

*Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro* LUDOVICO, *Francorum Regi Chriſtianiſſimo.*

CLEMENS PP. IX.

CHARISSIME in Chriſto Fili noſter, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Præclara Majeſtatis tuæ, ac progenitorum, & Majorum tuorum Regum Chriſtianiſſimorum, Principum longè clariſſimorum, invictiſſimorúmque Chriſti Athletarum, ac egregiorum Sedis Apoſtolicæ cultorum promerita exigunt; ac præcipuus, quo eamdem Majeſtatem tuam filiali erga nos, & eamdem Sedem obſervantia ac pietate, Orthodoxæ Fidei conſervandæ & propagandæ zelo, aliiſque Rege Chriſtianiſſimo dignis virtutibus, atque decoribus multipliciter præfulgentem proſequimur, paternæ charitatis affectus Nos urget atque impellit, ut tibi, tuiſque ſucceſſoribus Regibus Chriſtianiſſimis luculenta Pontificiæ noſtræ benignitatis dona largiamur: firma ſpe atque fiducia in Domino freti, fore

tertam tu, quàm ſucceſſores tui Reges præ-
dicti, viæ anteceſſorum Regum veſtigiis im-
preſſæ inhærentes, popnlos ditioni veſtræ cre-
ditos in Fide Catholica, ac vetere erga Se-
dem prædictam obedientia continere pari lau-
de conaturi, Conſtitutionéſque Apoſtolicas
in univerſis Dominiis veſtris debitæ ſemper
executioni mandari, ac Sedis ejuſdem ho-
norem & authoritatem illibatos conſervari,
omni ſtudio ſitis curaturi. Volentes itaque
tibi, qui, ut accepimus, Civitatem Torna-
cenſem Majeſtati tuæ à chariſſimo in Chriſto
Filio noſtro Carolo Hiſpaniarum Rege Ca-
tholico, per Tractatum Pacis inter utriuſ-
que veſtrum Plenipotentiarios in oppido A-
quiſgrani Leodienſis Diœceſis die 2. Maij
proximè præteriti initum, & ſubinde utrin-
que ratificatum, in perpetuum ceſſam & re-
nnuciatam de præſeuti poſſides, tuiſque ſuc-
ceſſoribus Regibus Francorum Chriſtianiſſi-
mis, quò regiam benevolentiam erga per-
ſonas benemeritas, vobiſque gratas & acce-
ptas exercere valeatis, gratiam facere ſpecia-
lem; & ſperantes te, ac illos in nominandis
ad Eccleſiam Tornacenſem nunc, & pro
tempore Paſtoris ſolatio deſtitutam, perſo-
nis, quæ vitæ integritate, Religione, fide,
& doctrina præſtent, ac Epiſcopalis muneris
prærogativa dignæ ſint, ſummum ſtudium,
ſumámmque diligentiã ſemper adhibituros,
nec conſcientiam veſtram hac in re ullo mo-
do lædi paſſuros eſſe; motu proprio, ac ex
certa ſcientia noſtris, déque Apoſtolicæ po-
teſtatis plenitudine, tibi, tuiſque ſucceſſo-
ribus Regibus Francorum Chriſtianiſſimis,
qui pro tempore eamdem Civitatem Torna-
cenſem poſſederint, jus Nominandi perſonam
idoneam, in Theologia Magiſtrum, aut in
Decretis Doctorem, ſeu Licentiatum nobi-

lium Vniverſitatum more, diligenti Examine præcedente promotum, ad Eccleſiam Tornacenſem prædictam nunc vacantem, & quotieſcumque illam vacare contigerit, Nobis & Romano Pontifici, qui pro tempore fuerit, per Nos, & eumdem Pontificem in Epiſcopum Tornacenſem, ad nominationem hujuſmodi inſtituendum, tenore præſentium in perpetuum reſervamus, atque concedimus; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictæ Eccleſiæ Tornacenſis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis etiam eidem Eccleſiæ, ejúſque Capitulo, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibúſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac conſiſtorialiter conceſſis, ac etiam iteratis vicibus confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & formâ in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis aliàs in

ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effe-ctum, hac vice dumtaxat ſpecialiter & ex-preſsè derogamus, illáque adverſus præmiſ-ſa ſuffragari nullomodo poſſe, ſeu debere de-cernimus, cæteriſque contrariis quibuſcum-que. DATUM Romæ apud Sanctam Ma-riam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Auguſti 1668. Pontificatus noſtri Anno ſecundo. Sic ſignatum, I. G. SLUSIUS.

*Enregiſtré és Regiſtres du Grand Conſeil du Roy, ſuivant l'Arreſt ce jourd'huy donné en iceluy. A Paris, l'onziéme Iuin 1670.* Signé, HERBIN.

# BULLA PIJ IV. PP.

quâ Privilegia Eligendi Eccleſiis Cathedralibus & Monaſteriis Regni ac Delphinatus conceſſa ſuſpenduntur in gratiam Caroli IX. Francorum Regis.

PIVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dej: Cariſſimo in Chriſto Filio, Carolo Francorum Regi Chriſtianiſſimo ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Singulare ſtudium, qno, ab ipſo Regni tui principio, Majorum tuorum veſtigia perſequendi, & populos tibi ſubditos in unitate Fidei Catholicæ, vetuſtâque hujus ſanctæ Sedis obſervantiâ continendi, apertiſſimis documentis te flagrare indicaſti, nec non egregia iſta virtutis indoles, quæ jam nunc ex ſeſe mirificos, & multò quàm pro ætate majores extulit fructus, facilè nos adducunt, ut, quæ claræ memoriæ Regibus Franciſco primo avo, & Henrico ſecundo genitori à Prædeceſſoribus noſtris, & poſtea Franciſco ſecundo fratri tuo, à nobis conceſſa fuerunt, eadem nos quoque tibi & illorum Succeſſori & virtutis imitatori tribuamus.

Aliàs ſiquidem, poſtquàm fœlicis recordationis Leo Papa decimus prædeceſſor noſter, ex certis rationalibus cauſis tunc expreſſis, de fratrum ſuorum unanimi conſenſu ac certa ejus ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, per ſuas litteras iuter alia ſtatuerat & ordinaverat, quòd ex tunc de cætero, perpetuis futuris temporibus, loco certæ

Conſtitutionis in regno Franciæ vigentis, quæ Pragmatica vocabatur, ac omnium & ſingulorum Capitulorum in eâ contentorum Cathedralibus & Metropolitanis Eccleſiis in dicto Regno & Delphinatu ac Comitatu Viennenſi & Valentinenſi, tunc & pro tempore, etiam per ceſſionem in manibus ipſius Leonis Prædeceſſoris & Succeſſorum ſuorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, ſponte factam vacantibus, illorum Capitula & Canonici ad Electionem, ſeu poſtulationem futuri inibi Prælati procedere non poſſent; ſedillarum occurrente vacatione, Rex pro tempore exiſtens virum gravem, Magiſtrum ſeu Licentiatum inTheologia, aut in utroque, vel in altero Iurium Doctorem, ſeu Licentiatum in Vniverſitate famoſa cum rigoroſo examine, ac in vigeſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno ad minus conſtitutum, & aliàs idoneum, infra ſex menſes, a Die vacationis Eccleſiarum computandos, eidem Prædeceſſori & Succeſſoribus ſuis Romanis Pontificibus, ſeu dictæ ſedi Nominare, ac de perſona hujuſmodi per Regem nominata, per Prædeceſſorem & Succeſſores, ſeu Sedem hujuſmodi provideri; & ſi contingeret præfatum Regem perſonam taliter non qualificatam ad dictas Eccleſias ſic vacantes nominare, per Prædeceſſorem & Succeſſores, ſeu ſedē præfatos, de perſona ſic nominata eiſdem Eccleſiis minime provideri deberet; ſed teneretur idem Rex, infra tres alios menſes à Die recuſationis perſonæ nominatæ non qualificatæ, ſollicitatori nominationem non qualificatam proſequenti Conſiſtorialiter factæ, intimandæ computandos, alium ſuprà dicto modo qualificatum Nominare; alioquin Eccleſiæ ſic vacanti per Prædeceſſorem & Succeſſores ſeu Sedem hujuſmodi, de per-

ſona ut præfertur qualificata; nec non Eccleſiis per obitum apud Sedem prædictam vacantibus ſemper, nulla dicti Regis præcedente Nominatione, liberè provideri poſſet, decernens Electiones contra præmiſſa attentatas, ac Proviſiones per eum & Succeſſores ſeu Sedem hujuſmodi aliàs factas, nullas & invalidas exiſtere: conſanguineis tamen præfati Regis ac perſonis ſublimibus, ex cauſa rationabili & legitima in Nominatione ac litteris Apoſtolicis exprimenda, necnon Religioſis Mendicantibus reformatis eminentis ſcientiæ & excellentis doctrinæ, qui juxta ſui ordinis regularia Inſtituta, ad gradus hujuſmodi aſſumi non poſſent, ſub prohibitione præmiſſa minimè comprehenſis, ſed de eorum perſonis, dictis Eccleſiis pro tempore vacantibus ad dicti Regis Nominationem per Prædeceſſorem & Succeſſores, ſeu Sedem hujuſmodi liberè provideri poſſet: Monaſteriis verò & Prioratibus Conventualibus & verè Electivis, videlicet in quorum Electionibus forma Capituli, Quia propter ſervari & Confirmationes Electionum hujuſmodi ſolenniter peti conſueverunt, in Regno, Delphinatu & Comitatu hujuſmodi, tunc & pro tempore etiam per ſimilem ceſſionem vacantibus, Illorum Conventus ad Electionem ſeu poſtulationem Abbatis ſeu Prioris procedere non poſſent: ſed idem Rex, illorum occurrente hujuſmodi vacatione, Religioſum ejuſdem Ordinis, in ætate 23. annorum ad minus conſtitutum, infra ſimile tempus ſex menſium a Die vacationis Monaſteriorum & Prioratuum hujuſmodi computandorum, Prædeceſſoribus, & Succeſſoribus aut Sedi hujuſmodi Nominare, & de perſona per Regem hujuſmodi Monaſterio vacanti nominata, per Prædeceſſorem, & Succeſſores ſeu Sedem hujuſmodi

juſmodi provideri; Prioratus verò perſonæ ad illum per eundem Regem Nominatæ conferri deberet. Si verò idem Rex presbyterum ſecularem aut Religioſum alterius Ordinis, vel minorem viginti trium annorum, ſeu aliàs inhabilem, Prædeceſſori aut Succeſſoribus, ſeu Sedi præfatis, infra dictum ſemeſtre nominaret, talis Nominatus recuſari, & nullatenus ſibi provideri deberet: Sed Rex ipſe à Die recuſationis, ut præfertur intimandæ computandum, alium ſupradicto modo qualificatum eidem Monaſterio ſeu Prioratui tunc vacanti Nominare, & de perſona ad Monaſterium Nominata illi provideri; ad Prioratum verò Nominato Prioratus ipſe per eoſdem Prædeceſſorem & Succeſſores aut Sedem conferri deberet; alioquin dictis novem menſibus effluxis, nullâ, ſeu de perſona minus idonea, & modò præmiſſo non qualificata facta Nominatione, ac etiam de vacantibus apud Sedem prædictam ſemper, vel nullâ dicti Regis expectata Nominatione, per Prædeceſſores & Succeſſores ſeu Sedem præfatos Monaſteriis provideri, Prioratus verò perſonis ut præfertur qualificatis duntaxat conferri liberè poſſent. Electiones autem & [illegible]lorum Confirmationes, nec non proviſiones, per Prædeceſſorem & Succeſſores aut Sedem hujuſmodi, contra præmiſſa pro tempore factas nullas, irritas & invalidas eſſe decreverat: Non intendens per præmiſſa, in aliquo præjudicare capitulis Eccleſiarum, & Conventibus Monaſteriorum & Prioratuum, Privilegia à Sede prædicta proprium eligendi Prælatum obtinentibus, quominus ad Electionem Epiſcoporum, & Abbatum ac Priorum juxta Privilegia eis conceſſa, liberè procedere poſſent juxta formam in eorum Privilegiis contentam; & ſi in

eorum Privilegiis forma aliqua expreſſa non foret, tunc formam Concilij Generalis dicti Capituli quia propter, ſervare tenerentur, dummodo de Privilegiis illis conceſſis hujuſmodi, per litteras Apoſtolicas, ſeu aliàs authenticas ſcripturas doceretur, omni aliâ ſpecie Probationis in eo adempta; Et volens, quod ſi dictus Franciſcus primus Rex litteras ipſius Prædeceſſoris ſuper ſtatuto & ordinatione prædictis tunc confectas, ac omnia & ſingula in eis contenta immobiliter obſervari cum effectu non faceret, eædem litteræ & inde ſequuta quæcumque caſſa & nulla, nulliusque roboris, vel momenti forent.

Et deinde, piæ memoriæ Clemens Papa ſeptimus etiam Prædeceſſor noſter ad tollenda certa tunc expreſſa inconvenientia, & aliis certis etiam tunc expreſſis rationalibus cauſis, etiam de fratrum ſuorum conſilio & aſſenſu, Privilegia Capitulis Metropolitanarum & aliarum Cathedralium Eccleſiarum, ac Conventibus Monaſteriorum, præterquam eorum, quæ per Generales ſuorum Ordinum regebantur ſeu regi conſueverant, & Prioratuum Conventualium & Electionum Regni, Delphinatus & Comitatus prædictorum, Eligendi ſibi Prælatum conceſſa, quandiu dictus Franciſcus Rex vitam duceret in humanis, ad hoc, ut Canonici & Religioſi Monaſteriorum & Prioratuum Conventualium & Electivorum hujuſmodi ſe tales virtutibus & moribus præſtare ſtuderent, ut mererentur in Archiepiſcopos & Epiſcopos Eccleſiarum, ac Abbates Monaſteriorum ac Priores Prioratuum hujuſmodi, illorum occurrente vacatione ab eodem Franciſco primo Rege, eidem Clementi Prædeceſſori & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, Nominari per ſuas litteras ſuſpenderat, & eidem Franciſco Regi, quan-

diu viveret duntaxat, perſonas idoneas, ac juxta Concordata prædicta qualificatas, Eccleſias & Monaſteria præterquam ea, quæ per dictos Generales regebantur, ſeu regi conſueverant, nec non Prioratus hujuſmodi, pro tempore vacantes, Clementi Prædeceſſori & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti præfatis, modo quo ſuprà, in Concordatis prædictis Nominandi licentiam & facultatem conceſſerat: Decernens ex tunc Electiones & poſtulationes, ac illarum Confirmationes & admiſſiones, necnon Nominationes contra præmiſſa attentatas, ac proviſiones, commendas, & aliàs diſpoſitiones per Clementem Prædeceſſorem & Romanum Pontificem ſeu Sedem præfatos pro tempore factas, ac inde ſequuta quæcumque, nulla & inualida, nulliuſque roboris vel momenti, ac irritum & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis autoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari.

Eodem Franciſco primo Rege ab hac luce ſubtracto, cum præfatus Henricus Rex ſtatim recolendæ memoriæ Paulo Papæ tertio ſimiliter Prædeceſſori noſtro ſignificaſſet, quod cauſæ, propter quas præfatus Clemens Prædeceſſor Privilegia prædicta ſuſpenderat, & dicto Franciſco Regi licentiam & facultatem hujuſmodi conceſſerat, etiam tunc durabant, ſeu quod durare poſſent, veriſimiliter formidabatur; & propterea ab eodem Paulo Prædeceſſore inſtanter requiſiviſſet, ut eiſdem cauſis Privilegia prædicta, de novo ad vitam ſuam ſuſpendere, ac ſimilem licentiam & facultatem Nominandi ſibi concedere vellet, ipſeque Paulus Prædeceſſor eaſdem cauſas per nonnullos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales diligenter examinari & conſiderari feciſſet, & eas ſi in facto conſiſterent

graves, & ad ſuſpenſionem, ac licentiæ & Facultatis conceſſionem hujuſmodi urgentes inveniſſet; volens de earum ſubſiſtentia plenius informari, & ne interim aliqua ex inconvenientibus in litteris Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi narratis ſubſequerentur, opportunè providere: Privilegia ipſa ad annum obitus præfati Franciſci primi Regis, ſeu aſſumptæ per dictum Henricum Regem Regni Franciæ Adminiſtrationis computandum vivæ vocis oraculo & ſucceſſivè motu proprio, ac ſimilibus ſcientiâ & poteſtatis plenitudine etiam ſuſpendit, ſimilemque Nominandi facultatem eidem Henrico Regi, ad dictum annum duntaxat conceſſit; & ſubſequentem annum prædictum ad tres primò, & deinde ad alios duos menſes, à fine anni & trium menſium prædictorum reſpectivè computandos, & poſtremò ad totum menſem Decembrem anni Domini 1548. tunc proximè futuri motu ſimili extendit & prorogavit. Et ſucceſſivè ſimilis memoriæ Iulius Papa tertius etiam Prædeceſſor noſter volens pariter de ſubſtantia hujuſmodi informari, Privilegia præmiſſa ad quatuor menſes ex tunc computandos, etiam ſuſpendendo, præfato Henrico Regi, ſimilem interim Nominandi licentiam & facultatem conceſſit, & deinde ſuas hujuſmodi ſuſpenſionem, ac licentiæ & facultatis conceſſionem ad alios duos menſes, à fine dictorum quatuor menſium computandos extendit: præterea verò, cum ipſe de præmiſſis omnibus informatus cauſas in litteris Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi expreſſas etiam tunc ſubſiſtere comperiſſet, habita pariter ſuper his, cum fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, matura diſcuſſione diligentique examine, ac de eorum conſilio & unanimi conſenſu, Privilegia

Eligendi à Die ultima dicti menſis Decembris citra, juxta litteras Clementis hujuſmodi formam ſemper ſuſpenſam remanſiſſe, ac Electiones & poſtulationes contra præmiſſa pro tempore attentatas & factas nullius roboris vel momenti fuiſſe & fore, decernens & declarans, eadem Privilegia, quandiu ipſe Henricus Rex vitam duceret in humanis, denuo ſuſpendit; eidemque Henrico Regi, quandiu viveret duntaxat, eandem Nominandi licentiam & facultatem conceſſit.

Ac poſtmodùm ipſo Henrico Rege de medio ſublato, cum Nobis qui jam antea dicto Iulio, & deinde Marcello ſecundo, ac Paulo quarto Romanis pontificibus ſimiliter Prædeceſſoribus noſtris ab humanis exemptis, ad ſummum Apoſtolatus apicem, Divina favente Clementiâ aſſumpti fueramus, per præfatum Franciſcum ſecundum Regem tunc in humanis agentem expoſitum fuiſſet, quod cauſæ ſupradictæ etiam tunc durabant, noſque eas ſubſiſtere inveniſſemus, de ſimili conſilio, Privilegia Nominandi prædicta, etiam a Die ultima dicti menſis Decembris citra, juxta formam litterarum Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi, ſemper remanſiſſe ſuſpenſa; Nominationes verò perſonarum per eundem Franciſcum Regem à Die obitus dicti Henrici Regis Romano Pontifici ſeu dictæ Sedi, perinde ac ſi facultas Nominandi hujuſmodi ei ab ipſa Sede tunc conceſſa fuiſſet, validas & efficaces fuiſſe & fore etiam decrevimus & declaravimus, illaque, quo ad ipſe Franciſcus 2. Rex ageret in humanis, pariter ſuſpendimus, ac eidem perſonas ut præfertur, qualificatas, modo præmiſſo, quandiu viveret, Nominandi licentiam & facultatem ſimiliter conceſſimus.

Et demum ipſo Franciſco Rege rebus hu-

manis exempto, cum tu, ſtatim ab initio tuæ aſſumptionis ad regale faſtigium Nobis exponi feciſſes, quòd cauſæ in litteris Clementis Prædeceſſoris expreſſæ prædictæ etiam tunc durabant, & propterea Nobis cum maxima diligentia ſupplicari feciſſes, ut Privilegia ipſa ſuſpendere, tibique ſimiles Nominandi licentiam & facultatem concedere dignaremur: Nos pariter volentes de ſubſiſtentia cauſarum hujuſmodi plenius informari, & ne interim Eccleſiæ, Monaſteria, & Prioratus prædicta, ſi vacarent, detrimenta paterentur, providere; Privilegia hujuſmodi, ad ſex menſes ex tunc computandos etiam ex certa ſcientia ſuſpendimus, tibique interim Nominandi ad Eccleſias, Monaſteria & Prioratus hujuſmodi, licentiam & facultatem conceſſimus, ac Privilegia ipſa eatenus ſuſpenſa remanſiſſe. Nominationes quoque per te, à Die, obitus Franciſci ſecundi Regis Nobis ſeu Sedi hujuſmodi factas, ut præfertur, validas & efficaces fuiſſe, eſſe & fore decrevimus. Et deinde poſteriores ſuſpenſionem ac licentiam & facultatem noſtras hujuſmodi, ad alios ſex menſes jam pridem elapſos prorogavimus, prout in prædictis ac diverſis aliis dictorum Prædeceſſorum Noſtriſque deſuper confectis litteris plenius continetur.

Cum autem ſicut inſuper, tu tam per tuas litteras, quàm etiam per dilectum filium nobilem virum Henricum de Ville Pariſis ſupremæ militiæ tuæ Sancti Michaëlis equitem, Oratorem tuum ad Nos deſtinatum Nobis ſignificaſti, cauſæ ſupradictæ continuatæ noſcantur, tuque pro filiali obedientiâ quâ Nos & dictam Sedem proſequeris, litteras Leonis Prædeceſſoris hujuſmodi modò & forma, quibus conceſſæ fuerunt, immobiliter obſervare, ac in Regno & Delphinatu & Comita-

tu prædictis obſervari facere, & pro illorum obſervatione tuas ſimiles eis, quas præfatus Henricus Rex ad dictum Iulium Prædeceſſorem tranſmiſerat, ( quarum tenorem de Verbo ad Verbum præſentibus inſeri fecimus ) infra ſex proximè futuros, & infra alios ſex menſes ex tunc immediate ſequentes, alias tuas de litterarum Leonis Prædeceſſoris & Henrici, ac tuarum hujuſmodi in dictis Regno Delphinatu & Comitatu, uſu & viridi obſervantia, plenam fidem facientes patentes litteras ad Nos & dictam Sedem tranſmittere intendas; ac proinde Nos inſtanter requiſiveris, ut Privilegia ſupradicta etiam ad vitam tuam ſuſpendere, tibique quoad vixeris ſimilem Nominandi facultatem concedere dignaremur: Nos, qui de præmiſſis omnibus informati cauſas hujuſmodi adhuc ſubſiſtere comperimus, volentes incommoditatibus omnibus occurrere, ac ſperantes, quod tu, pro tua pietate Neminem niſi, qui vitæ integritate, fide, doctrina & Religionis ſinceritate præditus ſit, ad Eccleſias, Monaſteria & prioratus hujuſmodi ſis Nominaturus, habitâ etiam ſuper his cum fratribus noſtris matura diſcuſſione, diligentique examine, de eorum conſilio & unanimi conſenſu, ſingularum litterarum Prædeceſſorum ac noſtrarum hujuſmodi veriores tenores, ac ſi de Verbo ad Verbum insererentur præſentibus, pro expreſſis & inſertis habentes; Nec non Privilegia Capitulis Metropolitanam & aliarum Eccleſiarum Cathedralium ac Conventibus Monaſteriorum, ( non tamen eorum, quæ per Generales ſuorum Ordinum reguntur, & regi conſueverunt, ut præfertur ) ac Prioratuum Conventualium & Electivorum Regni, Delphinatus & Comitatus prædictorum Eligendi ſibi Prælatum conceſ-

ſa, à die obitûs dicti Franciſci ſecundi Regis citra, juxta litterarum Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi formam ſemper ſuſpenſa remanſiſſe, ac Electiones & Poſtulationes contra præmiſſa huc uſque attentatas & factas nullius roboris & momenti; Nominationes verò perſonarum idonearum, ut præfertur qualificatarum, ad Eccleſias & Monaſteria, (non tamen ea, quæ per præfatos Generales reguntur, ſeu regi conſueverunt) nec non Prioratus hujuſmodi, quæ antea vacarunt, per ſe ab ipſo Regni tui principio Nobis & ſedi præfatæ factas, perinde ac ſi facultas & licentia Nominandi perſonas ad Eccleſias, Monaſteria & Prioratus hujuſmodi per nos huc uſque continuata fuiſſet, validas & efficaces fuiſſe, eſſe & fore decernentes & declarantes, Privilegia Capitulis Metropolitanarum & Cathedralium Eccleſiarum; ac Conventibus Monaſteriorum (non tamen eorum quæ per Generales ſuorum Ordinum reguntur & regi conſueverunt) ut præfertur, ac Prioratuum Conventualium Electivorum Regni ac Delphinatus & Comitatus prædictorum eligendi ſibi Prælatum conceſſa, quandiu vitam duxeris in humanis duntaxat, autoritate prædictâ tenore præſentium ſuſpendimus; Tibique, quandiu vixeris, perſonas idoneas, ac juxta ſtatutum & Ordinationem Leonis Prædeceſſoris qualificatas ad Eccleſias & Monaſteria (non tamen ea, quæ per dictos Generales reguntur ſive regi conſueverunt) nec non Prioratus Regni, Delphinatus, & Comitatus hujuſmodi pro tempore vacantia, nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, modo in eiſdem ſtatuto & ordinatione contento, Nominandi licentiam & facultatem concedimus: Decernentes ex nunc, quaſcumque Electiones

& poſtulationes ac illarum confirmationes & admiſſiones, nec non alias Nominationes contra præmiſſa in poſterum attentandas, ac Proviſiones, Præfectiones, Commendas & alias diſpoſitione per nos & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, & ſedem præfatos faciendas, ac inde ſequuta quæcumque nulla & invalida, nulliuſque roboris, vel momenti fore, ac irritum & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis autoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis ac omnibus illis, quæ ſinguli Prædeceſſores præfati voluerunt in ſingulis eorum, noſque in noſtris litteris prædictis volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, quòd ſtatutum & ordinationem Leonis Prædeceſſoris hujuſmodi, ac alia in ſingulis prædictis, nec non præſentibus litteris contenta, & per ipſum Henricum Regem promiſſa, ac etiam in ipſius patentibus litteris contenta, in omnibus & per omnia juxta illorum tenores plenariè & cum effectu in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis ac aliàs ubi opus fuerit obſervare & obſervari facere, & infra ſex menſes proximè futuros, tuas ratificationis & acceptationis omnium & ſingulorum tam in ſtatuto & ordinatione Leonis Prædeceſſoris hujuſmodi, quàm litteris patentibus prædictis contentorum prædictorum, ac infra alios ſex menſes ex tunc immediatè ſequentes, alias tuas patentes litteras ratificationis & acceptationis, etiam omnium & ſingulorum tam in ſtatuto & Ordinatione Leonis Prædeceſſoris, quàm litteris patentibus hujuſmodi contentorum prædictorum, & quòd in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis obſervan-

tur, & in viridi obſervantia exiſtunt, plenam fidem de hujuſmodi obſervantia per eas faciendo, ad nos & ſedem eandem tranſmittere omnino tenearis: alioquin primò & ultimo dictis ſex menſibus elapſis, & deinde toties quoties illa & eorum aliqua, ut præfertur, non obſervari, aut in viridi uſu non eſſe, ſed ex eis aliquid detrahi contigerit, præſentes literæ & ſingula privilegia & indulta prædicta, nec non inde ſecuta quæcumque, reſoluta, revocata, caſſa & extincta ac annullata, irritã & inania, nulliuſque efficaciæ roboris, vel momenti ſint & eſſe cenſeantur; prout nos illa in hujuſmodi eventu ex nunc, prout ex tunc & contra, eiſdem autoritate, tenore & ſcientia, ac conſilio & aſſenſu revocamus, caſſamus, annullamus & irritamus, ac reuocata, caſſa, nulla, irrita & inania fore & eſſe, ſicque judicari debere decernimus & declaramus.

Tenor vero patentium litterarum Henrici Regis hujuſmodi talis eſt, Henricus Dei gratia Francorum Rex, &c. ut ſuprà pag. 54.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſpenſionis, conceſſionis, voluntatis, revocationis, caſſationis, annullationis, irritationis, decretorum & declarationum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1564. 4. idus Maij Pontificatus noſtri anno 5. & ſignatũ ver, ex. Glorierius ſub plica Fed. Cardinalis Ceſius, & ſuper plica eadem manu, qua totum ſuperius cum majuſculis accuratiſſimis H Cumyn, & à tergo: Regiſtratã apud Cæſarem Secretarium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google